divinitus accipit, sed quae vera dona sunt, et spiritus sancti ac pro-
phetarum et apostolorum dominique ipsius auctoritate comprobata.
Ioannes siquidem apostolus sic in epistola sua nos admonet: *Pro-* 1. Ioann. 4, 1.
*bate spiritus, si ex deo sunt.* Et rursum: *Audistis quia Antichristus* 1. Ioann. 2, 18.
*venit; et nunc Antichristi multi sunt. E nobis exierunt, sed non erant
e nobis. Si enim e nobis fuissent, mansissent utique vobiscum: sed ut
manifesti fiant, quoniam non sunt e nobis, idcirco scribo vobis, filio-
li etc.* Quocirca verum est illos e sanctorum grege non esse. Ab
iis enim contendendi studio recesserunt, et erroris ac fabularum
auctores spiritus consectati sunt.

Ecce tibi vel eo ipso, quod sibi propositum habent, aperte con- Cap. II.
vincuntur nequaquam istud ipsum, quod contentiosa illa ambitione
prae se ferunt, obtinere posse. Nam si coelestia illa dona recipienda
sunt, iisque praeditam ecclesiam esse convenit, cur post Montanum
ac Priscillam et Maximillam nullos habent amplius prophetas? Di-
vinumne est munus exhaustum? At in ecclesia catholica minime id
quidem est exhaustum. Absit. Quod si aliquo tenus prophetae va-
ticinati sunt, et vaticinari modo desinunt, consequens est, ne Pri-
scillam quidem atque Maximillam, secundum apostolorum vaticinia
quae in ecclesia recepta sunt, oraculum ullum edidisse. Quamobrem
utrimque illorum insania constringitur. Nam aut prophetas post Ma-
ximillam aliquos ostendant, ne ea, quam illi iactitant, gratia ex-
tincta videatur, aut Maximilla cum suis falsae vatis nomine censen-
dae sunt, quae post praescriptum prophetici doni officiique tempus
non sancti spiritus, sed immissi a daemonibus erroris afflatum ad-
mittere non sunt veritae, ac suis auditoribus illudere. Enimvero ex
iis ipsis, quae asserunt, eorum mendacia refellentur. Sic enim
vates illorum Maximilla praedicat: *Post me nulla amplius erit prophe-
tissa, sed finis sequetur.* Vides ut undique se prodat erroris spiri-
tus? Nam quaecumque prophetae locuti sunt, ea scientes intelli-
gentesque dixerunt, planeque uti nuntiata sunt acciderunt, et hodie-

2. *Parum accurate haec verba converterunt interpretes. Verte:* et audientibus illudere, audientes utique etiam quomodo ex iis ipsis quae asserunt illorum mendacia refelluntur.

πληροῦται. Αὕτη δὲ εἶπε μετ᾽ αὐτὴν εἶναι συντέλειαν, καὶ οὔπω συν-
ετελέσθη, μάλιστα τοσούτων βασιλέων γενομένων, καὶ τοσούτου χρόνου
pag. 404. ὑπερβεβηκότος. Ἔτη γάρ εἰσιν ἔκτοτε πλείω ἢ ἐλάσσω διακόσια [3] ἐν-
νεακαίδεκα ἕως τοῦ ἡμετέρου χρόνου, δωδεκάτου ἔτους Οὐαλεντινια-
νοῦ καὶ Οὐάλεντος καὶ Γρατιανοῦ βασιλείας, καὶ οὔτε ἡ συντέλεια κατὰ
τὴν ἠχήσασαν ἑαυτὴν προφήτιδα, μὴ γνοῦσαν μήτε τὴν ἡμέραν τῆς
αὐτῆς τελευτῆς. Καὶ ἰδεῖν ἔστι πῶς πάντες οἱ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἑαυ-
τοὺς ἀλλοτριώσαντες οὐκ ἐν εὐσταθείᾳ τινὶ λόγου μεμενήκασιν, ἀλλ᾽ ὡς
νήπιοι ὑπὸ τοῦ ἀεὶ πλανῶντος ὄφεως παραπεποιημένοι εἰς ἀπώλειαν
ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασι, καὶ εἰς τὸ γενέσθαι κατάβρωμα τοῦ λύκου, ἐκ
τῆς μάνδρας αἱρεθέντες παρελκυσθῆναι καὶ οὕτως ἀπολέσθαι, μὴ κρα-
τοῦντες τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ καταλείψαντες τὴν ἀλήθειαν, ἐν ναυαγίῳ
ἑαυτοὺς καὶ ἐν κλύδωνι τῆς πάσης πλάνης παραδεδώκασιν. Εἰ γὰρ
λέξει Μαξιμίλλα ὅτι προφήτης οὐκέτι ἔσται, ἄρα ἀναιρεῖ τὸ εἶναι παρ᾽
αὐτοῖς τὸ χάρισμα, καὶ εἰς ἔτι δεῦρο φέρεσθαι· εἰ δὲ ἕως αὐτῆς, ὡς
προεῖπον μὲν, τὸ χάρισμα, [4] ἄρα καὶ αὐτὴ οὐ μετέσχε τῶν χαρισμάτων.

Κεφ. γ'. Πεπλάνηται γάρ. Ἐσφράγισε γὰρ ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν, καὶ
ἐπλήρωσεν [1] αὐτῇ τὰ χαρίσματα. Ὅτε γὰρ ἦν χρεία ἐν προφήταις, ἐν
ἀληθινῷ πνεύματι καὶ ἐρρωμένῃ διανοίᾳ καὶ παρακολουθοῦντι νῷ οἱ
αὐτοῦ ἅγιοι τὰ πάντα προεφήτευσαν, ἐμπιπλώμενοι πνεύματος ἁγίου
κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἐκ πνεύματος χαρισμάτων ἑκάστῳ διδομένων,
καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως πρὸς τὸ συμφέρον. Τί οὖν συμ-
φέρον οὗτοι εἰρήκασιν; ἢ ποῖον ἀνάλογον τῆς πίστεως; Πῶς δὲ οὐχὶ
μᾶλλον οὗτοί εἰσι περὶ ὧν εἶπεν ὁ κύριος ὅτι, Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευ-
δοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσω-
θεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες; Συγκρίνοντες γὰρ τὰ παρ᾽ αὐτῶν εἰρημένα
καὶ [2] κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην καὶ καινὴν ἐν ἀληθείᾳ ὄντα καὶ ἐν
ἀληθείᾳ γενόμενα καὶ πεπροφητευμένα δοκιμάσωμεν ποία προφητεία
τυγχάνει, καὶ ποία ψευδοπροφητεία. Ὁ προφήτης μετὰ καταστάσεως
λογισμῶν καὶ παρακολουθήσεως ἐλάλει καὶ ἐφθέγγετο ἐκ πνεύματος
ἁγίου, τὰ πάντα ἐρρωμένως λέγων· ὡς Μωϋσῆς ὁ θεράπων τοῦ θεοῦ
pag. 405. καὶ πιστὸς ἐν οἴκῳ Ὁ βλέπων [3] ἐλέγετο. Ὁ προφήτης ἐν τῇ παλαιᾷ
διαθήκῃ, Ὅρασις, φησὶν, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς ὁ προφήτης·
Εἶδον, φησὶ, τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ ἐπηρ-
μένου· καὶ εἶδον Σεραφὶμ καὶ Χερουβίμ· καὶ ἤκουσα φωνῆς κυρίου
λεγούσης πρός με, Βάδιζε, εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ, Ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ

3. *Emendatio est Ios. Scaligeri, cum libri omnes (etiam cod. Venet.) habeant* διακόσια ἐννενήκοντα. *Pelavius volebat* διακόσια εἴκοσι.

4. *In libris vulgatis et in cod. Rhedig. scriptum est* ἆρα.

Cap. III. — 1. αὐτῇ *emendatio est Petavii. Libri habent* αὐτή.

que perficiuntur. At illa post se rerum omnium exitum fore praedixit, quod hactenus nondum accidisse cernimus, praesertim cum tot sibi imperatores successerint, ac tantum sit temporis interlapsum. Anni siquidem ad hoc tempus, qui est Valentiniani ac Valentis et Gratiani imperationis annus XII., plus minus CCXC numerantur, et tamen hic ille praedictus ab inani seseque ostentante prophetissa nondum rerum exitus advenit; quae quidem diem obitus sui minime compertum habuit. Hinc illud videre licet, omnes qui se a veritate segregant, nullam in sermonibus habere constantiam, sed infantium more ab impostore serpente deceptos ultro se in exitium perniciemque committere. Nam cum, ut a lupo devorentur, a caula longius aberrare ac perire voluerint, non *retento principio*, sed repudiata veritate, in naufragium errorumque omnium tempestatem sese coniecerunt. Nam si hoc Maximilla dixerit, prophetam amplius neminem futurum, divinum hoc illis munus funditus eripit, ut ad hodiernum tempus minime perseveret. Quod si ad illam usque, ut ante diximus, eadem propagata gratia est, ne ipsa quidem eiusmodi donorum compos est facta. Coloss. 2, 19.

Sed nimirum vehementer errat. Etenim deus ecclesiam suam velut obsignavit, ac divina illa munera complevit. Quamdiu enim prophetis opus fuit et veri spiritus instinctu, cum animi firmitate atque constantia et eorum quae loquerentur intelligentia sanctissimi viri sua omnia responsa et oracula dederunt, iidemque pro cuiusque concessorum a sancto spiritu donorum ac fidei ratione, communem ad utilitatem illo ipso spiritu repleti sunt. Quid igitur ab illis est ad hominum utilitatem praedictum, aut quae habita fidei ratio? Nonne eiusmodi potius habendi illi sunt de quibus locutus est dominus: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces?* Age vero quae ab illis dicuntur cum iis quae in utroque Testamento revera continentur, quaeque certissime gesta ac praedicta sunt, comparantes, discernamus quae sit vera quaeque falsa prophetis. Verus quippe propheta cum sui compos, tum ea quae dicebat intelligens, futura nuntiabat, proque eo ac spiritus sanctus impulerat, praecipuo quodam animi robore vaticinari solebat. Sic *servus ille dei Moyses, ac fidelis in domo.* Unde et *videns* in Vetere Testamento propheta dicitur. *Visio*, inquit, *quam vidit Isaias filius Amos propheta. Vidi dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum. Et vidi Seraphim et Cherubim; et audivi vocem domini dicentem ad me. Vade dic populo huic: Auditu* Cap. III. Matth. 7, 15. Num. 12, 7. 1. Reg. 9, 9. Isai. 1, 1. et 6, 1 sqq.

2. *Repono* καὶ τὰ κατὰ τὴν *cett.*
3. *In libris perperam distinctum inveneram* ὁ βλέπων ἐλέγετο ὁ προφήτης ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ. ὅρασις *cett.*

οὐ μὴ μάθητε, καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Καὶ ἀκούσας παρὰ τοῦ κυρίου ἐλθὼν πρὸς τὸν λαὸν ἔφη· Τάδε λέγει κύριος. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι παρακολουθοῦντος ὁ λόγος, καὶ οὐκ ἐξισταμένου, οὔτε ὡς ἐξισταμένης διανοίας ἡ φθογγὴ ἀπεδίδοτο; ὡςαύτως δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ ὁ ἅγιος καὶ προφήτης ἀκούων παρὰ κυρίου ὅτι, Ποίησον σεαυτῷ ἄρτον ἐπὶ κόπρου ἀνθρωπείας, ἔλεγε· Μηδαμῶς, κύριε· οὐδέποτε κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον εἰςῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Γινώσκων γὰρ τὴν δι' ἀπειλὴν λεγομένην πρὸς αὐτὸν ῥῆσιν ὑπὸ κυρίου, καὶ οὐχ ὡς ἐν ἐκστάσει διανοίας φερόμενος ἐπεβάλλετο τοῦτο πράττειν, ἀλλ' [4] ἠξίου, ἐρρωμένην ἔχων τὴν διάνοιαν καὶ παρακολουθοῦσαν, καὶ ἔλεγε, Μηδαμῶς, κύριε. Ταῦτα γὰρ ἀληθῶς προφητῶν ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἐρρωμένην ἐχόντων τὴν διάνοιαν καὶ τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν διαλογήν. Ὁ δὲ Δανιὴλ οὐχ εὑρίσκεται πάσης συνέσεως ἔμπλεως, καὶ τοῖς φρονήμασι παρακολουθῶν; ὃς τὰ αἰνίγματα τοῦ Ναβουχοδονόσωρ ἐπέλυσε, καὶ ἃ ἐκεῖνος δι' ὀνειράτων ἐθεάσατο, καὶ ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἑωρακότος, οὕτως ὑπομιμνήσκει, καὶ τὴν ἐπίλυσιν εὐθὺς ἐπέφερεν ἐρρωμένῃ καταστάσει, καὶ ὑπερβολῇ χαρίσματος, περιττοτέρως τὴν φρόνησιν ἔχων ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον, διὰ τὸ χάρισμα τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ σοφίζον ὄντως τὸν προφήτην, καὶ τοὺς διὰ τοῦ προφήτου τῆς διδασκαλίας τῆς ἀληθείας καταξιουμένους. Ἃ δὲ οὗτοι ἐπαγγέλλονται προφητεύειν, οὐδὲ εὐσταθοῦντες φανοῦνται, οὔτε παρακολουθίαν λόγου ἔχοντες. Λοξὰ γὰρ τὰ παρ' αὐτῶν ῥήματα καὶ σκαληνὰ, καὶ οὐδεμιᾶς ὀρθότητος ἐχόμενα.

Κεφ. δ'. Εὐθὺς γὰρ ὁ Μοντανός φησιν, Ἰδοὺ, ἄνθρωπος ὡςεὶ λύρα, κἀγὼ [1] ἵπταμαι ὡςεὶ πλῆκτρον· ὁ ἄνθρωπος κοιμᾶται, κἀγὼ γρηγορῶ· ἰδοὺ, κύριός ἐστιν ὁ [2] ἐξιστάνων καρδίας ἀνθρώπων, καὶ διδοὺς καρδίας ἀνθρώποις. Τίς τοίνυν τῶν παρακολουθούντων καὶ
pag. 406. μετὰ συνέσεως δεχομένων τὸν τῆς ὠφελείας λόγον καὶ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμελομένων οὐ καταγνώσεται τῆς τοιαύτης παραπεποιημένης ὑποθέσεως καὶ τοῦ λόγου τοῦ αὐχοῦντος ἑαυτὸν ἐν προφήταις καταλέγεσθαι, μὴ δυναμένου τὰ ὅμοια λέγειν προφήταις; οὔτε γὰρ πνεῦμα ἅγιον ἐλάλησεν ἐν αὐτῷ. Τὸ γὰρ εἰπεῖν [3] Ἐφίπταμαι, καὶ Πλήσσω, καὶ [4] Γρηγορῶ, καὶ Ἐξιστᾷ κύριος καρδίας, ἐκστατικοῦ ῥήματα ὑπάρχει ταῦτα, καὶ οὐχὶ παρακολουθοῦντος, ἀλλὰ ἄλλον χαρακτῆρα [5] ὑποδεικνύοντος

4. I. e. deprecatus est.

Cap. IV. — 1. ἅπτομαι volebat Gatakerus Opp. Critt. p. 795. ἐφίπταμαι cod. Venet.

2. ἐξιστάνων scripsi cum Ios. Scaligero et Gatakero pro ἐκστάνων, quod reperitur in cod. Rhedig. et in utraque editione. Cod. Regius, auctore Petavio, habet ἐτάζων, quod correctoris manus videtur esse. Scripturam ἐξιστάνων firmant ea quae infra leguntur „καὶ ἐξιστᾷ κύριος καρδίας, καὶ ἐκστατικοῦ“ cett.

*audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, et non aspicietis.* Quae cum audisset a domino, tum ad populum accedens ita narrabat: *Haec dicit dominus.* Videsne intelligentis haec esse quae dicat, non eius qui extra potestatem exierit? Nam eiusmodi vox nullam fuisse mentis perturbationem significat. Ita sanctus Ezechiel propheta dicente domino, *Fac tibi panem in stercore humano*, respondit, Ezech. 4, 14.
*Absit, domine: nihil unquam commune et immundum intravit in os meum.* Cum enim minitandi gratia sibi a domino dictum illud animadverteret, non velut e mentis statu deiectus statim facere istud aggressus est, sed constanti animi robore praeditus ac sibi praesens ita respondit, *Absit, domine.* Haec enim prophetarum revera propria sunt, qui firmam ac stabilem in spiritu sancto mentem retinent, ac docendi discernendique facultatem. Nam Daniel ipse nonne plenus omni sa- Dan. 2.
pientia fuisse, quaeque animo conceperat plane intellexisse videtur? qui et Nabuchodonosoris aenigmata dissolvit, et quae ei per somnium oblata fuerant, sed illum ipsum qui viderat effugerant, non aliter in memoriam reduxit, et cum eadem animi firmitate ac coelesti illo dono uberrime perfusus citra ullam moram interpretatus est; cum prudentia, intelligentiaque ceteris hominibus antecelleret, ob eam scilicet qua praeditus erat spiritus sancti gratiam, quae non modo prophetam informat, sed et nos omnes, quibus illius adminiculo deus doctrinam veritatis impertit. At contra quae isti vaticinare se iactitant, neque certa cum animi firmitate praedicant, nec quae dicunt intelligentia consequuntur. Sed obliqua sunt illorum ac perplexa verba, nec recti omnino quicquam effutiunt.

Sic enim Montanus exempli gratia loquitur: *Ecce homo tan-* Cap. IV.
*quam lyra, ego vero ceu plectrum volo. Homo dormit, ego vero vigilo. Ecce dominus est qui corda hominum in stuporem vertit, et corda dat hominibus.* Quis est igitur, qui si utilissimam fidei doctrinam percipiat, intelligentiaque comprehendat, ac vitae suae nonnullam curam habeat, non argumentum istiusmodi ab otioso homine confictum et arrogantiae plenam eius orationem condemnet, qui se prophetarum numero insolenter adscribet, cum interim eadem dicere quae olim prophetae nequeant? Non enim spiritus sanctus in illo locutus est. Atque haec ipsa verba: *Volo*, et *Percutio*, et *Vigilo*, et *Dominus corda in stuporem vertit*, furiosi hominis verba sunt, minimeque quae loquitur assequentis; in quo alia prorsus nota figura-

3. ἐφάπτομαι *corrigit Galakerus l. l.* ἐφίσταμαι *habet cod. Venet. — Verbum* πλήσσω, *ne quid in verbis Montani supra adscriptis excidisse suspiceris, refer ad* πλῆκτρον.
4. ἐγρηγορῶ *cod. Venet.*
5. ὑποδεικνῦντος *cod. Venet.*

παρὰ τὸν χαρακτῆρα τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἐν προφήταις λελαληκότος.

Εἰ δὲ θελήσουσι παραπλέκειν τῇ ἀληθείᾳ τὸ ψεῦδος, καὶ ἀγνοεῖν τὸν νοῦν τὸν τῆς ἀκριβείας ἐπιμελόμενον, ἑαυτοῖς δὲ ἐπισωρεύειν λόγους δι' ὧν παραποιητεύονται τὴν ἑαυτῶν πλάνην ὁμοίαν τινὰ ἀποτελέσαι, [6] παραστήσουσιν ἀπὸ τοῦ τὴν ἁγίαν γραφὴν εἰρηκέναι, Ἐπέβαλεν ὁ θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε. Καὶ οὐκέτι ὅμοιον τοῦτο ἐκείνου. [7] Οὐ γὰρ καὶ ἐνταῦθα σῶμα ἔμελλε πλάσσειν ὁ θεὸς, ἀφ' οὗ εἰς ἔκστασιν ἔφερεν, ἵνα τὰ ὅμοια ἐπενέγκῃ, δι' ὑπερβολὴν τῆς φιλανθρωπίας· τῷ γὰρ Ἀδὰμ ἐπήνεγκε τὴν ἔκστασιν τοῦ ὕπνου, οὐκ ἔκστασιν φρενῶν. Ἔκστασις δὲ κατὰ διαφορὰς πολλὰς ἔχει τὸν τρόπον. Ἔκστασις δι' ὑπερβολὴν θαύματος λέγεται· ἔκστασις λέγεται ἡ μανία, διὰ τὸ ἐκστῆναι τοῦ προκειμένου. Ἐκείνη δὲ ἡ τοῦ ὕπνου ἔκστασις κατὰ ἄλλον τρόπον ἐῤῥέθη, κατὰ τὴν φυσικὴν ἐνέργειαν, μάλιστα δὲ τῷ βαθυτάτως αὐτὴν ἐπενηνέχθαι τῷ ἁγίῳ Ἀδὰμ, καὶ ἐν χειρὶ θεοῦ πεπλασμένῳ.

Κεφ. ε'. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἔστιν ἰδεῖν, ὡς δικαίως ἔκστασιν ταύτην ἡ θεία γραφὴ [1] κέκληκεν. Ἐν τῷ γὰρ ὑπνοῦν τὸν ἄνθρωπον μεθίστανται πᾶσαι αἱ αἰσθήσεις εἰς ἀνάπαυσιν τραπεῖσαι. Ὡς οἷον εἰπεῖν, παροῦσα ἡ διορατικὴ οὐχ ὁρᾷ· ἀποκέκλεισται γὰρ τὸ ὄμμα, ἡσυχάζει τὸ κινοῦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ πνεῦμα, εἴτ' οὖν ψυχή. Δυςοδμίας οὔσης ἐν οἴκῳ καὶ εὐοδμίας, καί τοί γε παρούσης τῆς ὀσφραντικῆς αἰσθήσεως, οὐκ ἀντιλαμβάνεται· ἐξέστη γὰρ ἡ τοιαύτη αἴσθησις εἰς ἀνάπαυσιν τραπεῖσα. Πικρῶν ὄντων χυμῶν ἐν τῷ στόματι, ἢ ἁλμυρῶν, ἢ γλυκέων, τὸ γευστικὸν οὐκ αἰσθάνεται, ἐπειδήπερ ἐν ἐκστάσει τῆς ἀναπαύσεως
pag. 407. κεῖται μὴ ἐνεργοῦν, ὅπερ ἐν τῷ ὕπαρ ἐνήργει. Ἀκοὴ πάρεστιν, ἀλλ' ἀργεῖ τὸ ἀκουστικὸν κατὰ τὴν αἴσθησιν, καὶ πολλάκις τῶν λαλούντων ἐν οἴκῳ, εἰ μή τι διυπνισθῇ ὁ ἄνθρωπος, οὐχ ὑπακούει τῶν παρά τινων ῥηθέντων, διὰ τὸ ἀποστῆναι τὴν ἐνέργειαν πρὸς τὴν ὥραν. Τινῶν κνωδάλων διερχομένων διὰ τοῦ ἡμετέρου σώματος οὐκ αἰσθανόμεθα τῆς αὐτῶν περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν ἀφῆς, εἰ μή τι βαρέως ἐπιθῶνται ἡμῖν τὰ κνώδαλα, ὡς τοῦ παντὸς ὀργάνου διὰ τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ ὕπνου ἐκστάντος ἀπὸ τῆς ἐνεργείας. Τὸ μὲν γὰρ ὄργανον φύσεως ὂν γηΐνης, καὶ [2] περιττὴν ψυχὴν ἔχον, διὰ τὸ οὕτως ἐκ θεοῦ τῶν χρησίμων ἡμῖν γεγενῆσθαι, ἀποδίδοται τῷ ὕπνῳ καιρὸς, μεθιστῶν αὐτὸ ἀπὸ τῆς ἐνεργεστάτης αἰσθήσεως εἰς μετάστασιν ἀναπαύσεως· αὐτὴ δὲ

6. *Male distinxerunt Cornarius et Petavius* πλάνην, ὁμοίαν τινὰ ἀποτελέσαι παραστήσουσιν, ἀπὸ *cett.*

7. *Verterim:* Neque enim, quod ad illum attinet, deus tum corpus figuraturus erat, ut illum in stuporem conjicere opus haberet, et pariter eum, ut olim Adamum, afficiendo largae suae benignitati satisfaceret.

que cernitur quam quae spiritus sancti, qui per prophetas olim locutus est, germana videatur ac propria.

Quod si veritati mendacium admiscere voluerint, et accuratum sacrarum literarum dissimulare sensum, ac loca quaedam accumulare quibus errorem suum procudant et divinis oraculis quam simillimum reddant puta quod scriptura dixerit, *Misit deus ἔκστασιν, hoc* Gen. 2, 21.
*est soporem, in Adam, et dormiit:* sciant longe aliam hic esse quam in illorum negotio rationem. Non enim, quod ad istos attinet, novum quoddam corpus a deo designabatur, cuius gratia, quod olim Adamo fecerat, pro sua benignitate stuporem immitteret. Nam Adami stupor ille somni quidam torpor extitit, non mentis insania. Stuporis porro vocabulum pluribus modis usurpari solet. Alius enim est, quem vehemens quaedam parit admiratio. Alias pro furore et insania sumitur, ex eo quod animus a proposito ἐκστῆναι, hoc est aberrare, dicitur. At ille somno stupor alio, nimirum ad naturales functiones, referendus est praesertim cum Adamo viro sancto ac dei manibus perpolito altissimus sit ille stupor iniectus.

Constat enim quam merito stuporis hoc nomen a scriptura fue- Cap. V.
rit usurpatum. Quandoquidem homine consopito sensus omnes ad quietem sese transferunt. Sic videndi facultas, exempli gratia, tametsi praesens adsit, clausis oculis nihil omnino discernit, propterea quod tum ille quo movemur spiritus sive anima requiescit. Sic quantavis domi fragrantia sit aut foetor, nihil tamen odoratu, qui sane praesens est, percipere possumus, eo quod sensui illi ad quietem composito velut quidam torpor obrepsit. Item licet amarus in ore sit sapor, aut salsus, aut dulcis, nihil gustatu sentitur, eo quod stupidus hic sensus ac sopitus functionem nullam exercet, cuiusmodi praestare vigilans solebat. Manet et auditus ipse, sed audiendi est facultas otiosa: adeo ut plerumque domi loquentibus nonnullis, nisi qui dormit expergefactus fuerit, quae ab iis dicuntur non audiat, quod omnis eo tempore intercepta sit actio. Postremo cum quaedam per corpus oberrent bestiae, harum contactus minime tum a nobis percipitur, nisi forte vehementius pupugerint. Cuius ea caussa est, quod sensus nostri domicilium in illa somni quiete ab omni actione cessaverit. Quod quidem sensus instrumentum, cum sit natura terrenum animaque nihilominus excellenti praeditum, quod ita deus utilitatis nostrae caussa constituit, suum habet somno tempus attributum, per quod ab acerrima sentiendi functione in quietem

Cap. V. — 1. κέκληκεν *correxi cum Petavio. Sic iterum cap.* 5 „ἐκεῖ δὲ, inquit, περιττοτέρως ἐκείνην ἔκστασιν κέκληκεν.“ *Libri veteres habent* βέβληκεν.

2. περιττὴν *scripsi cum Petavio pro* περὶ τὴν, *quod cod. Rhedig. et liber Cornarii praebent.*

ἡ ψυχὴ οὐκ ἐξέστη τοῦ ἡγεμονικοῦ, οὐδὲ τοῦ φρονήματος. Πολλάκις γὰρ φαντάζεται ἑαυτὴν, ὡς ἐν γρηγορήσει, καὶ περιπατεῖ καὶ ἐργάζεται καὶ ποντοπορεῖ, καὶ ἐν πλείοσι καὶ μείζοσι τούτων δι' ὀνειράτων ἑαυτὴν θεωμένη, οὐ μὴν κατὰ τὸν ἀφραίνοντα καὶ ἐν ἐκστάσει γινόμενον ἐκστατικὸν ἄνθρωπον, τὸν τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ἐγρηγορότα τὰ δεινὰ μεταχειριζόμενον καὶ πολλάκις ἑαυτῷ δεινῶς χρώμενον καὶ τοῖς πέλας. Ἀγνοεῖ γὰρ ἃ φθέγγεταί τε καὶ πράττει, ἐπειδήπερ ἐν ἐκστάσει γέγονεν ἀφροσύνης ὁ τοιοῦτος.

Κεφ. ϛ'. Ταῦτα δὲ πάντα διὰ τὸ, Ἐπέβαλε κύριος ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ ὕπνωσεν, ἀνάγκην ἐσχήκαμεν, ὦ ἐπιπόθητοι, συναγαγεῖν τὰς διαφορὰς τῶν τρόπων τῆς ἐκστάσεως, καὶ ἐφράσαμεν δι' ἣν αἰτίαν ἐκεῖ παρὰ κυρίου ἔκστασις εἴρηται ἡ τοῦ ὕπνου μετοχὴ, ὅτι διὰ τὴν τοῦ θεοῦ φειδὼ καὶ φιλανθρωπίαν, ἣν πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὁ αὐτὸς δεδώρηται εἰς τὸ μεταφέρεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ μερίμνης εἰς ἀνάπαυσιν ὕπνου, καὶ τῶν τῷ βίῳ χρειωδῶν πραγμάτων. Ἐκεῖ δὲ περιττοτέρως ἐκείνην ἔκστασιν κέκληκε, διὰ τὸ ποιῆσαι αὐτὸν πρὸς τὴν ὥραν μὴ αἰσθάνεσθαι πόνου, δι' ἣν ἔμελλε λαμβάνειν πλευρὰν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ πλάττειν αὐτὴν αὐτῷ εἰς γυναῖκα· ἀλλὰ οὐκ ἦν ἔκστασις φρενῶν καὶ διανοημάτων. Εὐθὺς γὰρ ἀναστὰς ἐπέγνω, καὶ εἶπε· Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη
pag. 408. κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. Καὶ ἐπίσταται γὰρ, ὡς ὁρᾷς, καὶ τὰ πρῶτα καὶ τὰ παρόντα, καὶ προφητεύει περὶ τῶν μελλόντων. Ἰδοὺ γὰρ, ἐπέγνω τὰ πρῶτα, ὅτε ἦν ἐν ὕπνῳ, λέγων ὅτι, Ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου· καὶ ἐπέγνω τὰ παρόντα, μετὰ τὸ πλασθῆναι τὴν γυναῖκα ἐπιγνοὺς αὐτὴν [1] ἀπὸ τοῦ σώματος ἡρμένην· καὶ προεφήτευσε περὶ τῶν ἐσομένων ὅτι, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ταῦτα δὲ οὐκ [2] ἦν ἐκστατικοῦ ἀνδρὸς, οὐδὲ ἀπαρακολουθήτου, ἀλλὰ ἐρρωμένην ἔχοντος τὴν διάνοιαν.

Κεφ. ζ'. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ, Ἐγὼ εἶπον ἐν τῇ ἐκστάσει μου, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, λεκτέον, ἑτέρα πάλιν αὕτη ἡ δύναμις, οὐχ ὃν τρόπον τινὸς ἀφραίνοντος ἀνθρώπου καὶ ἐκστατικοῦ, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ὑπερθαυμάζοντος καὶ διανοουμένου [1] ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν συνήθειαν λογισμῶν τῶν συμμέτρως ὁρωμένων τε καὶ πραττομένων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐθαύμασεν προφήτης, διὰ θαυμασμὸν ἐνταῦθα λέγει. Γεγόνασι δὲ ἐν ἐκστάσει οἱ προφῆται, οὐκ ἐν ἐκστάσει λογισμῶν. Γέγονε γὰρ καὶ Πέ-

Cap. VI. — 1. *Mallem* ἀπ' αὐτοῦ σώματος. 2. ἦν *correxi cum Petavio. Libri habent* οὐκ ἐν ἐκστατικοῦ ἀνδρὸς.

torporemque resolvitur. Interim animae pars illa praecipua intelligendique vis eiusmodi est stuporis expers. Saepe enim semetipsam sibi quasi vigilantem obiicit, ambulans, agens aliquid, navigans, atque in pluribus et maioribus negotiis versari per somnium existimat. Quamquam longe istud alio modo quam a furioso ac fanatico geritur, qui corpore animoque vigilans atrocia quaedam perpetrat, et cum sibi tum ceteris omnibus infestus est. Nescit enim quid dicat aut faciat, quoniam a rationis statu deiectus et in furorem versus est.

Haec nos omnia illius occasione loci: *Immisit deus stuporem in* Cap. VI.
*Adamum, et dormiit*, necessario disputavimus, ac diversos stuporis modos proposuimus, atque illud ipsum explicavimus, cuius rei gratia somnus ille iniectus a domino stupor appelletur. Nimirum hoc singulari dei cautione ac benignitate perfectum, quam generi hominum impertiit, quo se ad somni requiem a quotidiana negotiorum cura ac sollicitudine traduceret. Quamquam illic potiori iure stuporis vocabulum illud adhaeserit, eo quod aliquanto illum tempore ab omni sensu doloris exemit, cum ei costam detracturus esset quam in mulierem converteret. Non erat ille mentis aut animi stupor. Nam statim atque expergefactus est, quod gestum erat agnovit ac dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea: haec* Gen. 2, 21.
*vocabitur virago, quia ex viro suo sumpta est.* Vides, opinor, quemadmodum tam priora quam posteriora noverit, ac futura praedicat. Etenim priora quidem intellexit, quae dormiente se gesta fuerant, ut ex iis illius verbis colligitur: *Os ex ossibus meis.* Praesentia vero ac mulieris procreationem subsecuta cognovit, quippe de suo corpore translatam illam animadvertit. Postremo futura quoque vaticinatus est, cum ita pronuntiavit: *Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt ambo in carnem unam.* Haec igitur non fanatici hominis sunt, non quid dicat ignorantis, sed animi robore ac firmitate praediti.

Iam vero ut de loco illo: *Ego dixi in excessu meo, Omnis homo* Cap. VII.
*mendax*, aliquid dicamus, alia quaedam huius verbi notio est, non Ps. 115, 11.
ea videlicet quae amenti ac furioso tribuitur. Absit ut id in animum inducamus. Sed hominem incredibilem in modum obstupescentem significat, et usitatis ac quotidianis eorum quae videntur aut aguntur cogitationibus majora versantem. Cum enim propheta miraculo esset attonitus, prae admiratione ita locutus est. Quod vero prophetae extra se rapti leguntur, non sic accipiendum est, quasi

Cap. VII. — 1. ὑπὲρ τὸ κατὰ τὴν συνήθειαν *Petavius putabat scribendum.*

τρος ἐν ἐκστάσει, οὐχὶ μὴ παρακολουθῶν τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὁρῶν τῆς καθημερινῆς ἀκολουθίας ἕτερα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ὁρώμενα. Εἶδε γὰρ ὀθόνην καθιεμένην, καὶ πάντα τὰ τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ τοῦ οὐρανοῦ τὰ πετεινὰ ἐν αὐτῇ. Ὅρα δὲ ὅτι [2] παρακολουθεῖ, καὶ οὐκ ἦν ἐν ἐκστάσει φρενῶν ὁ ἅγιος Πέτρος. Ὅτε γὰρ ἤκουσεν, Ἀνάστα, θῦσον καὶ φάγε, οὐχ ὡς μὴ τὸν νοῦν ἐρρωμένος ἐπείσθη, ἀλλά φησι πρὸς τὸν κύριον, Μηδαμῶς, κύριε· οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον εἰςῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Καὶ Δαβὶδ ὁ ἅγιος εἶπεν ὅτι, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· ὁ δὲ λέγων, Εἶπον ἐγὼ, ἰδίᾳ ἔλεγε, καὶ περὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι, ἔλεγε, ψεύδονται. Ἆρα αὐτὸς οὐκ ἐψεύδετο, ἐκπληττόμενος δὲ καὶ θαυμάζων τὴν [3] αὐτοῦ φιλανθρωπίαν καὶ τὰ αὐτῷ παρὰ τοῦ κυρίου κεκηρυγμένα ἐθαύμαζε καθ' ὑπερβολὴν, καὶ ὁρῶν πάντα ἄνθρωπον ἐνδεόμενον τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ μόνῳ κυρίῳ τὸ ἀληθεύειν ἐπέδωκε, πάντα δὲ ἄνθρωπον ὑπὸ ἐπιτίμιον ἔγνω, ἵνα δείξῃ τὸ ἀληθινὸν πνεῦμα τὸ ἐν προφήταις λαλῆσαν, καὶ τὰ βάθη αὐτοῖς
pag. 409. ἀποκαλύψαν τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως καὶ ἀκριβείας. Ἐγένετο δὲ καὶ Ἀβραὰμ ἐν ἐκστάσει, οὐκ ἐν ἐκστάσει φρενῶν, ἀλλὰ ἐκστάσει φόβου. Ἔβλεπε γὰρ κλίβανον καὶ λαμπάδας περὶ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν. Καὶ ἄλλοι προφῆται ὁρῶντες τὰ ὁράματα ἐν διανοίᾳ ἐρρωμένῃ ἔλεγον· ὡς ὁ Μωϋσῆς φησιν, Ἔμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Ἔγνω δὲ Ἀβραὰμ τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου λεγόμενα· Γινώσκων γνώσῃ ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ ἔτη τετρακόσια. Καὶ ὁρᾷς ὡς ἔστι τὰ πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἰδεῖν παρὰ τοῖς προφήταις εἰρημένα, καὶ ἐν ἐρρωμένῃ διανοίᾳ, καὶ ἐν σώφρονι λογισμῷ, καὶ οὐκ ἐν παραπληξίᾳ.

Κεφ. η'. Εἰ δὲ καὶ πάλιν θελήσουσι λέγειν οὐχ ὅμοια τὰ πρῶτα χαρίσματα τοῖς ἐσχάτοις, πόθεν τοῦτο ἔχουσι δεῖξαι; ὁμοίως γὰρ ἀλλήλοις οἱ ἅγιοι προφῆται καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι προεφήτευσαν. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνερχομένου τοῦ σωτῆρος εἰς τὸν οὐρανὸν [1] καὶ ἰδόντες τοὺς δύο τοὺς ἐν ἐσθήσεσι λευκαῖς οὐκ ἐν παραπληξίᾳ ὁρῶσιν, ἀλλὰ ἤκουον ἐρρωμένῃ τῇ διανοίᾳ ὅτι, Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἀτενίζοντες; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναληφθεὶς οὕτως ἐλεύσεται, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα δὲ καὶ ὁ Πέτρος, ὡς ἔφην, ὁρῶν καὶ ἀκούων καὶ ἀποκρινόμενος καὶ λέγων, Μηδαμῶς, κύριε, εὐσταθῶν ἦν τῇ διανοίᾳ. Ἄγαβος γὰρ προφητεύων ἔλεγε, καὶ κατὰ σχήματος θαυμαστοῦ αἰνιττόμενος λαβὼν τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, καὶ δήσας

2. *Forlasse reponendum est* παρηκολούθει.

3. *Rescribo* θεοῦ φιλανθρωπίαν.

Cap. VIII. — 1. *Forlasse* κατιδόντες.

rationis usum amiserint. Nam et Petrus extra se raptus aliquando dicitur, non quod habitum ultro citroque sermonem ignorarit, sed quod praeter quotidianum usum nonnulla fieri inter homines animadverteret. *Vidit enim linteum demissum, et omnia quadrupedia ac* Act. 10, 11. *reptilia et coeli volucres in eo contineri.* Quam porro quae dicerentur animo perceperit, nec a statu rationis alienus fuerit, ex eo potes discernere quod, cum audisset: *Surge, occide et manduca,* non illico velut mentis minime compos obsequitur, sed ita domino respondet: *Absit, domine: nihil unquam commune vel immundum intravit in os meum.* Quod autem ad Davidem attinet, qui dixit, *Omnis homo mendax,* cum adiecit, *Ego dixi,* privatim et ex sua persona locutus est, ut mentiri homines affirmaret, mendacii ipse esset expers. Sed nimirum dei benignitatem vehementer admiratus est, tum quod numinis afflatu quamplurima olim ventura praedixisset, cumque universis hominibus necessariam esse dei misericordiam cerneret, soli domino veritatem attribuit, ac mortales omnes reprehensioni obnoxios esse pronuntiavit; ut verum in prophetis locutum esse spiritum ostenderet, cumque iis altissima divinae cognitionis accurataeque scientiae arcana communicasse. Abraamus itidem extra se fuisse raptus scribitur, non ut animi impotens esset, sed duntaxat timore perculsus. Vidit enim sub solis occasum clibanum cum lampadibus. Eodemque modo prophetae ceteri, cum obiecta sibi visa cernerent, in eodem mentis vigore perstiterunt. Sic enim Moyses dicebat: *Timore perculsus sum ac cohorrui.* Abraamus vero quae a Hebr. 12, 21. domino sunt dicta percepit: *Scito praenoscens, quod peregrinum fu-* Gen. 15, 13. *turum sit semen tuum in terra aliena annis quadringentis.* Iam illud animadvertere te puto, quae a prophetis pronuntiantur omnia et cum eadem animi praesentia et cum certa ac prudenti ratione proferri.

Quod si illud obiiciant, posterioribus donis priora non fuisse Cap. VIII. similia, quibusnam id argumentis efficient? Certe enim prophetae omnes, et apostoli non dissimili a se invicem ratione vaticinati sunt. Inprimis cum ascendente in coelum domino duos illos in vestibus albis aspicerent, non amentes furiosique viderunt, sed integro animi iudicio suique compotes audierunt: *Viri Galilaei, quid statis aspicien-* Act. 1, 11. *tes in coelum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in coelum, sic veniet, etc.* Quin et Petrus videns, uti dictum est, et audiens atque his verbis respondens: *Absit, domine,* eandem retinebat animi Act. 21, 11. constantiam. Agabus similiter afflatu prophetico instructus admirabili quodam habitu gestuque quod futurum erat adumbrare volens

*Quamquam illud* καὶ *apte possis interpretari* vel, etiam, *ut aliquid mutare vix opus sit.*

τοῖς ἰδίοις ποσί φησιν οὕτως· Τὸν ἄνδρα οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, δήσουσιν αὐτὸν, καὶ ἀποίσουσιν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐν Ἀντιοχείᾳ κατῆλθον προφῆται, καὶ κατήγγελλον λιμὸν ἔσεσθαι καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· καὶ οὐ διέπεσεν ὁ τούτων λόγος. Ἀλλ' ἵνα δείξῃ αὐτοὺς ἀληθινοὺς προφήτας, ἡ γραφὴ εὐθὺς ἐπιφέρει λέγουσα, Ἥτις ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος. Παῦλος δὲ ὁ ἁγιώτατος ἀπόστολος προφητεύων ἔλεγε, Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν ἄλλοτε ὅτι, Ἀποστήσονταί τινες τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας, προσέχοντες πλάνοις καὶ
pag. 410. διδασκαλίαις δαιμόνων, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν ἡμῖν, τοῖς μετ' εὐχαριστίας· ὡς σαφῶς ἐφ' ὑμῖν καὶ τοῖς ὁμοίοις ὑμῖν πεπλήρωται ἐξ αὐτῶν τῶν προκειμένων Αἱ γὰρ πλείους τῶν αἱρέσεων τούτων τοῦ γαμεῖν κωλύουσιν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων παραγγέλλουσιν, οὐχ ἕνεκεν πολιτείας προτρεπόμενοι, οὐχ ἕνεκεν ἀρετῆς μείζονος καὶ βραβείων καὶ στεφάνων, ἀλλὰ βδελυκτὰ τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου γεγενημένα ἡγούμενοι.

Κεφ. ϛ'. Ἡ δὲ ἁγία ἐκκλησία καὶ παρθενίαν δοξάζει καὶ μονότητα, καὶ ἁγνείαν καὶ χηροσύνην ἐπαινεῖ, καὶ γάμον σεμνὸν τιμᾷ καὶ δέχεται, πορνείαν δὲ καὶ μοιχείαν καὶ ἀσέλγειαν ἀπαγορεύει. Ὅθεν ἰδεῖν ἔστι τὸν χαρακτῆρα τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τοὺς παραπεποιημένους τῶν ἄλλων τρόπους, καὶ τὰ δοκιμασθέντα ἀποδιδράσκειν ἀπὸ πάσης πλάνης καὶ σκολιᾶς ὁδοῦ καὶ τρίβου [1] ἐναντίως διακειμένης. Ἔφην γὰρ ἄνω ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου προείρηται, καὶ πάλιν ἐρῶ, ὅτι ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἁγίας ἐκκλησίας διαιρῶν ἀπὸ τῆς τῶν αἱρέσεων πλάνης ἔφη, ὡς τολμηρῶς τὰ ἐκ θεοῦ καλῶς τεταγμένα ἀπαγορεύοντες νομοθετοῦσι, φήσας περί τινων κωλυόντων γαμεῖν καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων. Καὶ γὰρ συμμετρίᾳ τινὶ ὁ θεὸς λόγος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ φήσας, Θέλεις τέλειος γενέσθαι; Συγγνωμονῶν τῇ τῶν ἀνθρώπων πλάσει καὶ [2] ἀσθενείᾳ χαίρει ἐπὶ τοῖς τὰ δοκίμια τῆς θεοσεβείας δυναμένοις ἐνδείκνυσθαι, παρθενίαν ἀσκεῖν αἱρουμένοις, καὶ ἁγνείαν καὶ ἐγκρατείαν· τὴν δὲ μονογαμίαν τιμᾷ, εἰ καὶ μάλιστα τὰ χαρίσματα τῆς ἱερωσύνης διὰ τῶν ἀπὸ μονογαμίας ἐγκρατευσαμένων καὶ τῶν ἐν παρθενίᾳ διατελούντων κοσμήσας προετύπου, ὡς καὶ οἱ αὐτοῦ ἀπόστολοι τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τῆς ἱερωσύνης εὐτάκτως καὶ ὁσίως διετάξαντο. Εἰ δέ τις κατὰ ἀσθένειαν ἐπιδεηθείη μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς ἰδίας γαμετῆς συναφθῆναι δευτέρῳ γάμῳ, οὐκ ἀπαγορεύει τοῦτο ὁ κανὼν τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὸν μὴ

Cap. IX. — 1. ἐναντίως διακειμένης *scripsi Petavium secutus. Cod. Rhedig. habet* ἄναντι διακειμένης, *editi libri* ἀνάντη διακειμένης. *Olim incideram in* ἀπέναντι (*vel* ἔναντα) διακ. *Cornarius vertit* „ab omni errore et obliqua atque acclivi calle refugiamus.“

2. *Editores distinxerunt post* ἀσθενείᾳ.

Pauli zonam arripuit eaque pedes suos alligans ita locutus est: *Virum cuius est haec zona, ligabunt illum et adducent in Hierusalem.* Ad haec Antiochiam prophetae quidam venisse narrantur, famemque nuntiasse toto terrarum orbe futuram. Nec vana praedictorum fides fuit. Atque ut veros illos prophetas fuisse monstraret, scriptura statim adiunxit: *Quae facta est sub Claudio Caesare.* At Paulus sanctissimus apostolus instinctu prophetico dixit: *Spiritus autem* 2. Tim. 3, 1.
*manifeste dicit, In novissimis diebus instabunt tempora difficilia, etc.* Item alio in loco: *Discedent quidam a sana fide, attendentes spiriti-* 1. Tim. 4, 1.
*bus erroris, et doctrinis daemoniorum, prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos deus creavit ad percipiendum nobis, qui cum gratiarum actione utimur;* id quod in vobis ac vestri similibus esse perfectum res ipsa declarat. Etenim pleraeque illarum haereseon nuptiis atque usu quorumdam ciborum interdicunt, non ut sanctioris vitae genus instituant, aut ad praestantiorem virtutem ac coelestia praemia et coronas comparent, sed quod detestanda quae a domino condita sunt existiment.

At ecclesia catholica et virginitatem praedicat et coelibem vi- Cap. IX.
tam, ac castimoniam viduitatemque collaudat, et honestas nuptias colit et approbat; stupra vero, adulteria ac libidines prohibet. Ex quo veram ac germanam ecclesiae catholicae notam et adulterinos aliorum ritus licet intueri, ac quemadmodum sincerae religionis dogmata ab omni errore ac flexuosis ambagibus et abruptis ac salebrosis itineribus declinent. Hoc enim et ante monui ab apostolo esse praedictum, et iterum monebo: uti nos cautiores efficeret, ac sacrosanctam ecclesiam propriis quibusdam notis ab haereticorum errore discerneret, ita pronuntiasse: Quae a deo recte constituta sunt incredibili audacia prohibentes istos privata quaedam decreta sancire. Quod ad eos pertinet qui nuptias prohibent, et a cibis abstinere praecipiunt. Atqui deus ipse verbum in Evangelio moderationem ei rei quandam apposuit: *Vis*, inquit, *perfectus esse.* In Matth. 19, 21.
quo se ad humanam conditionem et imbecillitatem accommodare voluit. Iis enim delectatur quidem qui eiusmodi pietatis specimen praestare potuerint, ut virginitatem, castimoniam continentiamque profiteantur: singulares porro nuptias commendat, cum sacerdotalia munera et ornamenta cum iis qui post unas nuptias continentiam servaverint, aut in virginitate perstiterint, communicanda esse velut in quodam exemplari monstraverit; id quod apostoli deinde ecclesiastica sacerdotii regula honeste ac religiose decreverunt. Quod si quis post uxoris obitum secundas nuptias pro sua imbecillitate desiderat, minime id quidem veritatis regula prohibet, in eo duntaxat

ὄντα ἱερέα. Οὗτοι δὲ κωλύουσι [3] κατὰ τὸ εἰρημένον, Κωλυόντων γαμεῖν· ἐκβάλλουσι γὰρ τὸν δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντα, καὶ ἀναγκάζουσι μὴ δευτέρῳ γάμῳ συνάπτεσθαι. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀνάγκην ἐπιτιθέαμεν, pag. 411. ἀλλὰ παραινοῦμεν μετὰ συμβουλίας ἀγαθῆς προτρεπόμενοι τὸν δυνάμενον, οὐκ ἀνάγκην δὲ ἐπιτιθέαμεν τῷ μὴ δυναμένῳ, οὐκ ἐκβάλλομεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ζωῆς. Ὁ γὰρ ἅγιος λόγος παντὶ ἐκήρυξε τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀσθενούντων βαστάζειν· ὡς καὶ αὐτὸς ὁ ἅγιος ἀπόστολος εὑρεθήσεται λέγων, καὶ ἐλέγχων τοὺς τοιούτους μὴ ὄντας τοῦ αὐτοῦ χαρίσματος ὅτι, νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. Αἱ γὰρ ἐπαγγειλάμεναι καὶ ἀθετήσασαι ἔχουσι κρίμα· αἱ δὲ μὴ ἐπαγγειλάμεναι, ἀλλὰ συναφθεῖσαι δι᾽ ἀσθένειαν, κρίμα οὐκ ἔχουσιν. Εἰ δὲ καὶ κρίμα ἔμελλον ἔχειν, πῶς ἔλεγε· Γαμείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν;

Κεφ. ι΄. [1] Πᾶς τοίνυν προφητεύων παρακολουθῶν εὑρίσκεται, κἄν τε ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, κἄν τε ἐν τῇ καινῇ· ὡς καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει ἔλεγε, Τάδε ἀπεκάλυψε κύριος τοῖς αὐτοῦ δούλοις διὰ τοῦ δούλου αὐτοῦ Ἰωάννου, καὶ, Τάδε λέγει κύριος. Ὁ ταῦτα λέγων ἐρρωμένην εἶχε τὴν διάνοιαν, καὶ παρηκολούθει. Ἰδοὺ τοίνυν, Τάδε λέγει κύριος, καὶ, Ὅρασις ἣν εἶδεν. Ὁ δὲ Μοντανὸς οὗτος ὁ αὐχῶν ἑαυτὸν εἶναι προφήτην, καὶ πλανήσας τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ πεπλανημένους, ἀσύστατα κατὰ τὰς θείας γραφὰς διηγεῖται. Λέγει γὰρ ἐν τῇ ἑαυτοῦ λεγομένῃ προφητείᾳ· Τί λέγεις τὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον σωζόμενον; λάμψει γὰρ ὁ δίκαιος, φησὶν, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἑκατονταπλασίονα, οἱ δὲ μικροὶ ἐν ὑμῖν σωζόμενοι λάμψουσιν ἑκατονταπλασίονα ὑπὲρ τὴν σελήνην. Ὁ δὲ κύριος ἐλέγχει τὸν τοιοῦτον, ὁ ἔχων τὴν ἐξουσίαν χαρίσασθαι τὸ λάμπειν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, καὶ φαιδρύνας τὸ πρόσωπον τοῦ Μωϋσέως, καὶ μεταβαλὼν τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἀναστάσει τῶν σωμάτων, τοὺς σπειρομένους ἐν τῇ ἀτιμίᾳ καὶ ἐγειρομένους ἐν δόξῃ, οὐκ ἄλλα σώματα παρὰ τὰ ὄντα, ἀλλὰ αὐτὰ τὰ ὄντα ἐγειρόμενα ὅλα, λαμβάνοντα δὲ δόξαν παρ᾽ αὐτοῦ μετὰ ἀνάστασιν, παρὰ τοῦ τὴν δόξαν ἀφθόνως παρέχοντος τοῖς αὐτοῦ ἁγίοις, ἐπειδὴ ἔχει τὴν ἐξουσίαν δοῦναι καὶ χαρίσασθαι, ὡς θεὸς καὶ κύριος. Ἔχων δὲ τοῦ [2] χαρίσασθαι, οὐκ ἐπηγγείλατο κατὰ Μοντανὸν, ἀλλὰ φησὶ,

3. κατὰ τὸ εἰρημένον *habet cod. Rhedig.; ut emendaverat iam Petavius. Editi libri illud* τὸ *non agnoscunt.*

Cap. X. — 1. *Libri habent* Πῶς, *quod vitium correxerunt Cornarius et Petavius.*

2. τοῦ χαρίσασθαι τὴν ἐξουσίαν οὐκ *coniecit Petavius; quamquam illud sub-*

qui sacerdos non fuerit. At isti prohibent, adeoque Pauli illa sententia comprehenduntur: *Prohibentium nubere.* Nam eum, qui secundis nuptiis illigatus fuerit, expellunt, ac ne facere istud audeat vim ac necessitatem adhibent. Nos autem neque necessitate ulla constringimus, sed suademus, nec aliter quam honestis praeceptis ac consiliis eum qui quidem possit ad id praestandum impellimus; eum vero qui minus potest nulla vi cogimus, nec a salute prorsus excludimus. Nam tenuiorum imbecillitatem ferendam cuilibet divino sermone praecipitur. Atque hoc sanctus apostolus non dixisse modo reperietur, sed et istos aperte refellere, et ab ea quam habebat gratia alienos ostendere: *Adolescentiores*, inquit, *viduas devita. Cum* 1.Tim.5,11.
*enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Si quidem quae castitatem professae irritam eam professionem fecerint, damnationem habere dicuntur. Quae vero minime professae fuerint, sed pro infirmitate sua nupserint, damnationis sunt prorsus expertes. Si enim ulli essent obnoxiae, cur diceret: *Nubant, domui praesint?*

Omnis igitur propheta, tam in vetere quam in novo testamento, Cap. X.
quae dicit intelligentia consequitur. Unde et Ioannes ita in Apocalypsi loquitur: *Haec revelavit dominus servis suis per servum suum* Apoc. 1, 1.
*Ioannem*, et: *Haec dicit dominus.* Quae qui dixit, profecto firmo erat iudicio praeditus, ac quid loqueretur animo perceperat. Hinc illae formulae: *Haec dicit dominus,* et: *Visio quam vidit.* Montanus vero, qui se prophetam iactitat ac sectatoribus illudit suis, ea dicit quae sacris literis nequaquam consentanea videntur. Sic enim in ea quam appellant eius prophetia scriptum est: *Quid eum dicis, qui supra hominem cum sit, salutem adipiscitur? Iustus enim,* inquit, *centuplo quam sol splendidiori luce fulgebit. At qui inter vos exigui sunt, lunam centuplo superabunt.* Sed hunc domini ipsius auctoritas refellit, penes quem ius omne ac potestas est id sanctis suis tribuendi, ut eorum vultus splendore collustrentur. Qui Moysis faciem eiusmodi luce perfudit, qui eosdem sanctos in corporum resurrectione commutat, sanctos, inquam, illos, qui quadam velut cum ignominia sati cum gloria ac dignitate resurgunt, non ut alia praeterquam vera propriaque corpora, sed ut eadem, atque integra penitus excitentur, ita tamen ut ab eo secundum resurrectionem novum quoddam decus ac maiestatem accipiant, qui sanctis suis incredibilem gloriae ubertatem impertit, quandoquidem largiendi huius, utpote dominus ac deus, amplissima est potestate praeditus. Atqui tametsi summa, uti dixi, penes illum sit potestas, nihil tamen eiusmodi promisit

*intelligi commode possit. Sed quod silendum non est, post τοῦ χαρίσασθαι in cod. Rhedig. comparet sane rasura per spatium decem vel undecim literarum.*

pag. 412. Λάμψει ὑμῶν τὰ πρόσωπα ὡς ὁ ἥλιος. Εἰ τοίνυν ὁ ἔχων τὴν ἐξουσίαν καὶ ἀληθῶς ὑπάρχων δεσπότης καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡς ὁ ἥλιος λέγει τὰ πρόσωπα τῶν δικαίων λάμψειν, πῶς Μοντανὸς ἐπαγγέλλεται περιττότερον ἑκατονταπλασίονα; εἰ μὴ ἄρα ὅμοιος εἶ ἐκείνῳ τῷ ἐπαγγειλαμένῳ τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ ὅτι, [3] Ἔσεσθε ὡς θεοὶ, φήσαντι, καὶ ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς [4] δόξης καὶ παραδείσου τρυφῆς παρασκευάσαντι αὐτοῖς τὴν ἐκβολὴν γενέσθαι, καὶ εἰς φθορὰν θανάτου κατενεχθῆναι.

Κεφ. ια'. Ἔτι δὲ προστίθησιν ὁ αὐτὸς Μοντανὸς, οὕτω λέγων· Ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ καταγινόμενος ἐν ἀνθρώπῳ. Ἄρα οὖν καλῶς ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ ἐπασφαλίζεται, καὶ ἡ ἀκόλουθος τοῦ ἁγίου πνεύματος διδασκαλία, νουθετοῦσα ἡμᾶς, ἵνα γινώσκωμεν ποῖά ἐστι τὰ μιμηλὰ τοῦ ἀλλοτρίου πνεύματος, καὶ τὰ ἀντίθετα πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ὅτε γὰρ εὐθὺς τοῦτο εἶπε Μοντανὸς, ὑπόνοιαν ἡμῖν δέδωκεν ἀναμνησθῆναι τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰρημένα. Οὕτω γάρ φησιν ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἐδέξασθέ με· ἄλλος ἐλεύσεται ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, καὶ δέξονται τὸν τοιοῦτον. Ἀσύμφωνος τοίνυν παντάπασιν ὁ τοιοῦτος τῶν θείων γραφῶν ηὑρέθη, ὡς παντί τῳ σαφές ἐστι τῷ νουνεχῶς ἐντυγχάνοντι. Εἰ τοίνυν ἀσύμφωνος ὑπάρχει, ἀλλοτριός ἐστι τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν αὐχοῦσα αἵρεσις προφήτας ἔχειν καὶ χαρίσματα, ἃ μὴ εἴληφεν, ἀλλὰ ἐκ τούτων ἀπέστη. Τίς τοίνυν τολμήσειε παρακολουθῶν τούτους προφήτας καλεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον πλάνους εἶναι τοὺς τοιούτους; Χριστὸς γὰρ ἡμᾶς ἐδίδαξε λέγων ὅτι, Τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον ἀποστέλλω ὑμῖν· καὶ τὰ σημεῖα διδοὺς ἔλεγεν ὅτι, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει· ὡς τὰ ἀληθῆ ἔστιν ἰδεῖν ὅτι οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι τὸ παράκλητον πνεῦμα λαβόντες Χριστὸν ἐδόξασαν, οὗτος δὲ ὁ Μοντανὸς ἑαυτὸν δοξάζει. Ὁ κύριος τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐδόξασε, καὶ ὁ κύριος πάλιν ὁ Χριστὸς τὸ πνεῦμα ἐδόξασε, λέγων αὐτὸ πνεῦμα ἀληθείας, ὁ Μοντανὸς δὲ ἑαυτὸν δοξάζει μόνον, καὶ λέγει εἶναι πατέρα παντοκράτορα καὶ ἐν αὐτῷ ἐνοικῆσαι, ἵνα πανταχόθεν δειχθῇ οὐκ αὐτὸς ὢν, οὐδὲ ὑπ' ἐκείνου ἀπεσταλμένος, οὐδὲ παρ' αὐτοῦ λαμβάνων. Ἐν γὰρ τῷ κυρίῳ ηὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι
pag. 413. σωματικῶς, καὶ ἀπὸ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες οἱ προφῆται εἰλήφασι, κατὰ τὸν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου λόγον. Καὶ ὁρᾷς πῶς πάντες οἱ παλαιοὶ Χριστὸν κατήγγελλον, καὶ οἱ μετέπειτα Χριστὸν ἐδόξασαν καὶ αὐτὸν ὡμολόγησαν. Μοντανὸς δὲ εἰσέφρησεν ἑαυτόν τινα λέγων, ὅπως δειχθῇ ὅτι οὔτε ἔστιν, οὔτε ἀπ' αὐτοῦ ἀπέσταλται, οὔτε παρ' αὐτοῦ εἴληφεν.

3. ἔσεσθαι cod. Rhedig.

4. Post vocabulum δόξης in edit. Cornarii asterisci nota conspicitur.

quale Montanus finxit, sed hoc unum pollicetur: *Fulgebunt facies vestrae sicut sol.* Itaque cum is penes quem omnis est potestas, quique vere omnium dominus est, Christus, inquam, Iesus dominus noster, solis instar illustrandos esse iustorum vultus definiat, qua fronte centuplo clariores fore Montanus affirmat? Nisi forte illius es similis, qui id primis hominibus pollicebatur: *Eritis sicut dii,* quique ut ab ea quam consecuti fuerant gloria ac paradiso deiicerentur et in exitii corruptelam incurrerent calliditate sua perfecit. Matth. 13, 43. Gen. 3, 5.

Sed haec insuper Montanus adiicit: *Ego sum dominus deus, qui in homine versor.* Praeclare quidem nos scriptura sacra et consentanea sibi sancti spiritus doctrina commonitione sua comparat, ut quae alieni sunt spiritus ad veri imitationem conficta dogmata ac veritati contraria discernamus. Statim enim ac Montanus hoc dixit, ea nobis in memoriam revocavit quae a domino praenuntiata leguntur. Ita enim in evangelio testatus est: *Ego veni in nomine patris, et non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, et talem suscipient.* Quocirca Montanum a sacris literis dissentire omnino demonstravimus, idque nemini non perspicuum est qui eius scripta cum iudicio revolverit. Quod si ita est, restat ut tam ipse ab ecclesia catholica alienus existimetur quam eius haeresis, quae prophetas ac coelestia illa dona penes se esse praedicat, quae nequaquam acceperit, sed ab iis potius desciverit. Ecquis igitur, si paululum quid dicat intelligat, prophetas istos, ac non planos et veteratores appellandos censeat? Christus enim nos docuit et: *Spiritum,* inquit, *paracletum mittam ad vos.* Nec non miraculis editis aiebat: *Ille me glorificabit.* Quod etiam reipsa contigisse cernimus, eo quod apostoli, cum paracletum spiritum accepissent, Christum glorificaverunt. Montanus vero suam ipse gloriam celebrat. Dominus patrem suum glorificavit. Idem ille spiritum quoque glorificavit, cum veritatis esse spiritum docuit. Montanus unum se glorificat, ac patrem esse dicit omnipotentem, qui in sese habitet, ut illud omnino constet, talem eum non esse qualem se videri voluerit, nec ab coelesti illo patre missum, nec a Christo quicquam accepisse. Nam in domino complacuit *omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter;* et de plenitudine eius prophetae omnes acceperunt, ut Ioannes affirmat. Vides sane quemadmodum Christum veteres omnes praedicarint, tum qui postea secuti sunt Christum praeconio suo et confessione celebrarint. At Montanus violenter irrupit, mirificum quendam hominem se esse iactitans, ut vel hoc ipso nec eiusmodi esse, nec ab illo missus, nec ab eo quicquam accepisse monstretur. Cap. XI. Ioann. 5, 43. Ioann. 16, 14. Col. 2, 9.

Εἶτα πάλιν φησὶ τὸ ἐλεεινὸν ἀνθρωπάριον Μοντανὸς ὅτι, Οὔτε ἄγγελος, οὔτε πρέσβυς, ἀλλὰ ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς πατὴρ ἦλθον. Ταῦτα δὲ λέγων φωραθήσεται ἀλλότριος ὢν, Χριστὸν μὴ δοξάζων, ὃν πᾶν χάρισμα ἐκκλησιαστικὸν ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ δοθὲν ἐν ἀληθείᾳ ἐδόξασεν. Εὑρεθήσεται γὰρ ἐκτὸς εἶναι σώματος ἐκκλησίας καὶ κεφαλῆς τοῦ σύμπαντος, καὶ μὴ κρατῶν τὴν κεφαλὴν ἐξ ἧσπερ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον αὔξει, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὁ γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἑαυτὸν ἔδειξεν ὄντως ὢν υἱὸς ἐν ἀληθείᾳ, Μοντανὸς δὲ ἑαυτὸν καὶ πατέρα λέγει.

Κεφ. ιβ'. Πῶς τοίνυν, ὦ Φρύγες, ἡμῖν πάλιν ἐπαναστάντες πολέμιοι καὶ μεμορφωμένοι εἰς Χριστιανικὴν ἐπίκλησιν, βαρβάρων δὲ ἐπανῃρημένοι μάχην καὶ τῶν Τρώων καὶ Φρυγῶν μιμούμενοι τὸ πολέμιον, πῶς πεισθῶμεν ὑμῖν, λέγουσι διὰ χαρίσματα ἀφεστάναι τῆς ἐκκλησίας; οὐκέτι γὰρ χαρίσματα εἴη τὰ ἀλλότρια χαρισμάτων ὄντα, καὶ παρὰ τὸν χαρακτῆρα τὸν ὑπὸ κυρίου ὑπισχνούμενα, ὡς οἱ καθ' ὑμᾶς προφῆται λέγουσιν. [1] Εἰςάγετε ἡμῖν πάλιν καὶ Μαξιμίλλαν· καὶ γὰρ καὶ τὰ ὀνόματα ἡμῶν διηλλαγμένα καὶ φοβερώτατα, καὶ οὔτε προςηνές τι καὶ γλυκύτατον ἔχοντα, ἀλλὰ ἄγριον καὶ βαρβαρικόν. Εὐθὺς γὰρ αὕτη ἡ Μαξιμίλλα ἡ παρὰ τοῖς τοιούτοις κατὰ Φρύγας οὕτω καλουμένοις, ἀκούσατε, ὦ παῖδες Χριστοῦ, τί λέγει· Ἐμοῦ μὴ ἀκούσητε, ἀλλὰ Χριστοῦ ἀκούσατε. Καὶ ἐν οἷς ἔδοξε Χριστὸν δοξάζειν πεπλάνηται. Εἰ γὰρ ἦν τοῦ Χριστοῦ, ἔλεγεν ἂν κατὰ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ὡς ἕκαστος λέγει. Πέτρος μὲν πρῶτος λέγων ὅτι, Ἡμεῖς παρ' αὐτοῦ ἠκούσαμεν· καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· Ὁ ὑμῶν ἀκούων ἐμοῦ ἀκούει· καὶ τοῦ Παύλου λέγοντος· Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς
pag. 414. κἀγὼ Χριστοῦ. Αὕτη δὲ ἀληθεύει ψευδομένη καὶ μὴ βουλομένη. καλῶς δὲ λέγει φάσκουσα, Ἀλλὰ Χριστοῦ. Πολλάκις γὰρ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα ἀναγκάζεται ἑαυτὰ καθαιρεῖν, οὐκ ὄντα τῆς ἀληθείας, καὶ ὑποφαίνειν τὸν κύριον αὐτῶν, θέλοντα καὶ μὴ θέλοντα, δι' ἀνάγκην. Ὡς ἡ παιδίσκη, ἡ ἔχουσα πνεῦμα Πύθωνος, ἔλεγεν, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι τοῦ θεοῦ δοῦλοι τοῦ ὑψίστου εἰσί· καὶ τὸ, Τί ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. Ὡς καὶ αὕτη ἀναγκαζομένη ἔλεγεν αὐτῆς μὴ ἀκούειν, ἀλλὰ Χριστοῦ. Πῶς οὖν τοῦτο οἱ παρ' αὐτῆς ἀκηκοότες καὶ αὐτῇ πεπιστευκότες βούλονται αὐτῆς ἀκούειν παρ' αὐτῆς μαθόντες μὴ αὐτῆς ἀκούειν, ἀλλὰ κυρίου. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἐπίγεια φθεγγομένης αὐτῆς, εἰ παρῆν αὐτοῖς σύνεσις, οὐκ ἔδει αὐτὴν ἀκούεσθαι· καὶ μὴ λέγε ὅτι παρηκολούθει. Οὐ

Cap. XII. — 1. εἰςάγετε *correxit Petavius. Libri tam scripti quam editi habent* εἰςάγεται.

Pergit Montanus infelix homuncio: *Non angelus*, inquit, *non legatus aliquis, sed egomet deus pater accessi.* Qua sua voce alienus esse deprehenditur, qui Christum minime praedicatione sua celebraverit, quem coeleste omne donum divinitus ecclesiae collatum vere semper ac magnifice praedicavit. Quare extra corpus ecclesiae, totiusque corporis caput esse reperietur, nec cum illo, inquam, cohaerere capite, *ex quo totum corpus coagmentatum crescit*, ut scri- Col. 2, 19. ptura loquitur. Quippe dominus noster Iesus Christus ita semetipsum declaravit, revera ut germanum esse parentis filium ostenderet. Montanus contra vel parentem se esse gloriatur.

Quae cum ita sint, quo tandem pacto, Phryges, qui contra nos Cap. XII. novi iterum hostes consurgitis, et externa quadam specie Christianum ad nomen usurpandum illuditis, ac Troianorum et Phrygum hostile in nos odium imitamini, qui nos, inquam, habere fidem vobis possumus, cum ob coelestia dona vos ab ecclesia discessisse iactatis? Non enim coelestia esse dona possunt quae tantopere sunt ab eiusmodi donis aliena, quaeque praeter institutam a domino formam ac rationem ostenditis, quemadmodum prophetae vestri profitentur. Sed Maximillam nescio quam nobis obtruditis; quippe vel ipsa nomina vestra a communi usu remota sunt et ad terrorem composita, neque mite quicquam illis inest aut iucundum, sed barbarum et agreste. Haec igitur Maximilla, quam Phryges isti praedicant, audite, Christi filii, quemadmodum loquitur: *Me quidem non audite, sed Christum audite.* Quibus verbis, licet Christo honorem habere videatur, iisdem tamen ipsis errorem suum demonstrat. Nam si Christi foret, eandem in loquendo formulam adhiberet, qua apostoli omnes singillatim usi sunt. Imprimis Petrus, *Nos*, inquit, *ab illo* Act. 4, 20. 2. Petr. 1, 18. *audivimus.* Sed et dominus ipse dixit, *Qui vos audit, me audit.* Luc. 10, 16. Paulus item: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* At illa men- 1. Cor. 11, 1. tiendo vel invita verum dicit: recteque istud adiicit, *sed Christum.* Saepe enim impuri spiritus semetipsos coguntur evertere, cum a veritate abhorreant, ac dominum suum, velint nolint, necessario declarant. Quemadmodum puella illa Pythonico spiritu praedita clamabat, *Homines isti dei altissimi servi sunt.* Quo et illud pertinet: Act. 16, 16. Matth. 8, 29. *Cur venisti ante tempus torquere nos? Novimus qui sis, sanctus dei.* Ita Maximilla vi quadam impulsa audiri se minime vult, sed Christum. Qui igitur hoc ab illa audierint eique crediderint, cur eam diutius audiunt, cum non ipsam, sed Christum audiendum ab illamet ipsa didicerint? Et vero cum nonnisi terrena quaedam effutiat, si ullus in eis sensus inesset, audire illam nequaquam oporteret. Nec est quod obiicias hanc intellexisse quid diceret. Non enim intelli-

pag. 447. [14] φημὶ δὲ περὶ τὸν δέκατον μῆνα, ἦλθε πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ ἐβαπτίσθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, [15] τοῦ τριακοστοῦ ἔτους [16] τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, τουτέστι κατὰ Αἰγυπτίους Ἀθὺρ δωδεκάτῃ, πρὸ ἓξ εἰδῶν [17] Νοεμβρίων, κατὰ Ἕλλήνας Δίου η', κατὰ Σαλαμινίους, τοὺς καὶ Κωνσταντιαίους, τρίτον Χοιὰκ ϛ', κατὰ Παφίους [18] Ἀπογονικοῦ ιϛ', κατὰ Ἄραβας [19] Ἀγγαλθαβαεὶθ κβ', κατὰ Μακεδόνας Ἀπελλαίου ιϛ', κατὰ Καππαδόκας Ἀρατατᾶ ιε', κατὰ Ἀθηναίους [20] Μεταγειτνιῶνος ἑβδόμῃ, κατὰ Ἑβραίους Μαρεσουὰν ἑβδόμῃ· ὡς ἐπιμαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ τὸ ἅγιον κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον, [21] ὧδέ πως λέγον· Ἦν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος [22] ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς ὡς ἐνομίζετο [23] εἶναι τοῦ Ἰωσήφ. Καὶ ἀπεντεῦθεν ἀπὸ Ἀθὺρ [24] δωδεκάτης κηρύττοντος αὐτοῦ τὸν δεκτὸν ἐνιαυτὸν κυρίου, κατὰ τὰ ἐν τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ προειρημένα ὅτι, Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν [25] ἀνταποδόσεως.

Κεφ. κε'. Ὡς ἀληθῶς [1] γὰρ ἐκήρυξεν ἐνιαυτὸν [2] δεκτὸν, τουτέστι μὴ ἀντιλεγόμενον. Τὸν γὰρ πρῶτον ἐνιαυτὸν μετὰ τριακοστὸν ἔτος τῆς αὐτοῦ ἐνσάρκου παρουσίας ἐκήρυσσε, καὶ πάντες κατεδέχοντο, καὶ οὔτε Ἰουδαῖοι ἀντέλεγον, οὔτε ἔθνη, οὔτε Σαμαρεῖται, ἀλλὰ πάντες ἡδέως ἤκουον αὐτοῦ. Ἐν ᾧ ἐνιαυτῷ ἄνεισιν εἰς Ἱεροσόλυμα, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι καὶ διελθεῖν τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ πειρασμοῦ, [3] καὶ ἃς προείπαμεν εἴκοσι ἕως τοῦ πρώτου σημείου, καὶ ἐκλέξασθαι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· ἀνακάμψας ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ διελθὼν [4] ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος, ἐπὶ τὴν [5] Ναζαρὲτ πορευόμενος, ἀνέβη δηλονότι εἰς Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς ἐκέκραγε λέγων, Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω· καὶ οὕτως ἀπῆλθεν εἰς Ναζαρὲτ, καὶ εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ [6] εἰς Σαμάρειαν, καὶ εἰς τὰ μέρη Τύρου. Καὶ πληρωθέντος [7] τοῦ πρώτου ἐνιαυτοῦ πάλιν ἄνεισιν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ λοιπὸν ἐζήτουν αὐτὸν πιάσαι ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ἐφοβήθησαν. Ἐν ᾗ ἑορτῇ ἔλεγεν ὅτι, [8] Οὐκ ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην. Οὐ γὰρ ἐψεύδετο, μὴ γένοιτο. [9] Μεσούσης γὰρ τῆς ἑορτῆς ἦλθε, φησὶ, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ

13. παρῆλθε οὖν τὰς *cod. Ven.*
14. λέγω *cod. Ven.*
15. τῷ τριακοστῷ ἔτει *cod. Ven.*
16. τῆς αὐτοῦ *cod. Ven.*
17. *In marg. cod. Veneti additum legitur* τῇ η' τοῦ νοεμβρίου.
18. Ἀπογονιστοῦ *ed. Petav.*
19. ἀγγαθαλβαεὶθ *cod. Rhedig.* ἀγγαθααβαεὶθ *cod. Ven.*
20. μεταγιτνίων *cod. Rhedig.* μετὰ γιτνίων *ed. princ.*
21. *In cod. Veneto extat plenius* ὡς πολλάκις ἔφην ὧδέ πως λέγων.
22. *Cod. Venet.* εἶναι ὡς ἐτῶν.

ab novi qui agitur anni initio quintum eum collocant, omnes illos quos supra recensuimus XXIX integros consulatus percurrit, sub tricesimo deinde consulatu, mense X., ad Ioannem accessit, ab eoque baptizatus est, anno a natali suo XXX., Athyr secundum Aegyptios XII., VI. Id. Novemb., Graecis vero Dii VIII., Salaminiis, sive Constantiensibus, tertii Choeac VI., Paphiis Apogonici XVI., Arabibus Angalthabaith XXII., Macedonibus Apellaei XVI., Cappadocibus Aratatae XV., Atheniensibus Metagitnionis VII., Hebraeis Marchesuan VII. Cui quidem sententiae Lucae quoque suffragatur evangelium, in quo ista leguntur: *Erat autem Iesus incipiens quasi annorum XXX, filius, ut putabatur, Ioseph.* Post haec a XII. die Athyr praedicavit annum acceptabilem domini, quemadmodum Isaias propheta praedixerat: *Spiritus domini super me: pro* Isai. 61, 1.
*eo quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me: praedicare captivis remissionem peccatorum et caecis visum; praedicare annum domini acceptabilem et diem retributionis.*

Plane quidem annum praedicavit acceptabilem, in quo nemo ei contradixerit. Cap. XXV. Primum enim hunc annum post XXX. a nativitate sua praedicando transegit, approbantibus universis, cum nec Iudaei resisterent, nec Gentiles, nec Samaritani, sed dicentem omnes perlibenter audirent. Quo eodem anno Hierosolymam ascendit, posteaquam baptizatus est, et dies XL tentationis exegit, ac discipulorum delectum habuit, cum ab tentatione ad Iordanem rediit, ac traiecto mari Tiberiadis Nazaretum contendens Hierosolymam pervenit. Ibi in medio festo vociferatus est dicens, *Si quis sitit, veniat ad me, et* Ioann. 7, 37.
*bibat.* Inde Nazaretum perrexit, et in Iudam ac Samariam, ac Tyriorum regionem profectus est. Post haec evoluto iam priore anno Hierosolymam revertitur. Ubi cum eum festo die comprehendere vellent, metu repressi sunt. Ac sub idem festum ita suis locutus
est: *Non ascendo ad diem festum istum.* In quo absit ut mentitum Ib. 8.
illum arbitremur. *Iam enim die festo mediante abiit,* inquit, *et ascen-* Ib. 14.
*dit in Hierusalem, et dicebant, Nonne hic est quem quaerebant com-* Ib. 25.

23. εἶναι *om. cod. Ven.*
24. δωδεκάτη *libri editi. In cod. Rhedig. extat* ἀπὸ ἐϑὺρ ιβ͂. *Scripsi* δωδεκάτης, *uti correxerat iam Petavius.*
25. *Cod. Venet.* ἀνταποδώσεως, *pro more.*
Cap. XXV. — 1. γὰρ *om. cod. Ven.*
2. κυρίῳ δεκτὸν *cod. Ven.*
3. *Verba* καὶ ἃς προείπαμεν εἴκοσι ἕως τοῦ πρώτου σημείου, *quae vulgo non extant, debentur cod. Veneto.*
4. διὰ τῆς *cod. Ven.*
5. ναζαρὲϑ *cod. Ven., ubique.*
6. εἰς τὴν Σαμάρειαν *cod. Ven.*
7. τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦ πρώτου *cod. Ven.*
8. Οὐκ ἀναβαίνω *cod. Ven. Vulgo* Οὐ καταβαίνω.
9. μεσαζούσης *cod. Ven.*

ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ἐζήτουν πιάσαι; [10] καὶ ἰδοὺ, παῤῥησίᾳ λαλεῖ. Μὴ ἄρα ἔμαθον οἱ ἱερεῖς ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; ἀλλὰ οἴδαμεν οὗτος πόθεν ἐστί. Μυστηριωδῶς γὰρ καὶ πνευματικῶς [11] δια-
pag. 448. λεγομένου τοῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς οὐκ ᾔδεισαν τί ἔλεγεν. Ἔλεγε γὰρ αὐτοῖς μὴ ἀναβαίνειν εἰς [12] τὸ ἱερὸν ἐν τῇ ἑορτῇ ἐκείνῃ, μηδὲ εἰς τὸν σταυρὸν, τοῦ τελειῶσαι τέως τὴν οἰκονομίαν τοῦ πάθους αὐτοῦ καὶ [13] σωτηρίας μυστήριον, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι, ἅτινα ἐπλήρου πάντα ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς πληρωθέντος τοῦ διετοῦς χρόνου, μετὰ τὸ βάπτισμα, καὶ τὴν αὐτοῦ γέννησιν, ἀπὸ Νοεμβρίου μηνὸς [14] καὶ ἀπὸ Ἰαννουαρίου μηνὸς καὶ τῶν ἐπέκεινα, λοιπὸν ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἐνσάρκου [15] οἰκονομίας, μετὰ τὸ ὑπερβῆναι αὐτὸν τὰς δύο ὑπατείας ἃς ἔφημεν, τῶν τε δύο Γεμηνῶν καὶ τὴν Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος, λοιπὸν ἐν τῇ τρίτῃ ὑπατείᾳ, ἐν τῷ τρίτῳ μηνὶ αὐτῆς, μετὰ τὸν Ἰαννουάριον καὶ [16] Φεβρουάριον, ἐν Μαρτίῳ μηνὶ τελειοῖ τὸ τοῦ πάθους μυστήριον ὁ ἀπαθὴς [17] θεὸς λόγος, παθὼν ἐν σαρκὶ [18] δι' ἡμᾶς μὲν, ὢν δὲ ἐν ἀπαθείᾳ, ὡς λέγει Πέτρος, [19] Θανατωθεὶς σαρκὶ, ζωογονηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι.

Κεφ. κϛ΄. Πάσχει δὲ [1] ἐν τῇ πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Ἀπριλλίων, ὑπερβεβηκότων αὐτῶν μίαν ἑσπέραν, τουτέστιν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης νυκτερινῇ μέσῃ. Προέλαβον γὰρ καὶ ἔφαγον τὸ Πάσχα, ὥς φησι τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἡμεῖς πολλάκις [2] εἴπομεν. Ἔφαγον οὖν τὸ Πάσχα πρὸ δύο ἡμερῶν τοῦ φαγεῖν, τουτέστι τῇ τρίτῃ [3] ἑσπέρᾳ, ὅπερ ἔδει τῇ πέμπτῃ ἑσπέρᾳ. Τεσσαρεσκαιδεκάτη γὰρ οὕτως [4] ἦν ἡ πέμπτη. Συλλαμβάνεται δὲ τῇ [5] τρίτῃ τῇ αὐτῇ ὀψὲ, ἥτις ἦν [6] ἑνδεκάτη τῆς σελήνης νυκτερινὴ, πρὸ δεκαὲξ Καλανδῶν Ἀπριλλίων· τετρὰς [7] δωδεκάτη νυκτερινὴ, πρὸ δεκαπέντε Καλανδῶν Ἀπριλλίων· πέμπτη τρισκαιδεκάτη [8] ἡμερινὴ, νυκτερινὴ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη, πρὸ δεκατεσσάρων Καλανδῶν Ἀπριλλίων· προσάββατον τεσσαρεσκαιδεκάτη [9] νυκτερινὴ, πρὸ [10] δεκατεσσάρων Καλανδῶν Ἀπριλλίων· σάββατον πεντεκαιδεκάτη ἡμερινὴ, πρὸ δεκαδύο Καλανδῶν Ἀπριλλίων· ἐπιφώσκουσα κυριακὴ πεντεκαιδεκάτη νυκτερινὴ, ὅπερ ἦν φωτισμὸς ᾅδου καὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ καὶ [11] νυκτὸς καὶ ἡμέρας, διὰ τὴν πεντεκαιδεκάτην σελήνης καὶ τὸν ἡλίου δρόμον· καὶ ὅτι ἀνάστασις καὶ ἰσημερία πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλλίων, δι' ἣν πλανηθέντες ὑπερβατὸν μίαν ἡμέραν ἐποίησαν, ὡς

10. ἰδοὺ, ἐν παῤῥησίᾳ cod. Ven.

11. αὐτοῦ διαλεγομένου cod. Ven.

12. τὸν οὖνον (h. e. τὸν οὐρανὸν) cod. Ven.

13. τῆς σωτηρίας τὸ μυστήριον cod. Ven.

14. καὶ ἀπὸ Ἰαννουαρίου μηνὸς om. cod. Ven.

15. ἐνδημίας cod. Ven.

16. Ita cod. Ven. Vulgo Φευρουάριον.

17. θεὸς addidi ex cod. Veneto.

18. δι' ἡμᾶς μὲν, ὢν δὲ cod. Venet. δι' ἡμᾶς, μένει δὲ reliqui libri.

*prehendere? Et ecce palam loquitur. Numquid vere cognoverunt sacerdotes quia hic est Christus? Sed hunc scimus unde sit.* Nam cum mystice ac spiritaliter fratribus suis loqueretur, quid diceret ignorabant. Negabat enim se illo die festo in templum aut in crucem ascensurum, ut passionis suae ac nostrae salutis administratione fungeretur, atque a mortuis excitatus evolaret in coelum; quae omnia pro sua potestate ac voluntate postea praestitit. Hinc biennio iam elapso, post baptismi ac nativitatis diem, hoc est post Novembrem ac Ianuarium et interiectos aliquot dies, anno ab incarnatione sua XXXIII. praeteritis iam, quos diximus, consulatibus duobus amborum Geminorum ac Rufi et Rubellionis, tertio demum consulatu, itidemque tertio post Ianuarium ac Februarium mense, qui Martius dicitur, verbum illud passionis omnis expers passionem in carne suam nostra caussa subiit. Quamquam in sua impassibilitate permansit, ut ait Petrus, *Mortificatus carne, vivificatus autem spiritu.* 1. Pet. 3, 18.

Passus est XIII. Cal. Apr., cum illi vesperam unam antevertissent, hoc est luna XIV. nocturna media. Siquidem ante tempus illi Pascha comederunt, ut evangelium testatur ac nos saepe monuimus. Quare biduo ante legitimum diem epulum paschale celebrarunt, hoc est feria tertia ad vesperam, quod quinta fieri oportuit. Ita enim quinta in decimam quartam incidebat. Ceterum eadem illa feria die tertia ad vesperam comprehensus est, quae erat luna XI. nocturna, XVI. Cal. Apr.: quarta feria, eademque nocturna luna XII., XV. Cal. Apr.: quinta feria XIII. diurna, nocturna vero XIV., XIV. Cal. Apr.: parasceue XIV. nocturna, XIV. Cal. Apr.: sabbatum XV. nocturna, XII. Cal. Apr.: demum dominica dies illuxit, quae inferos, terram atque coelum sua luce collustravit, propter lunam XV. solisque cursum; tum quod resurrectio et aequinoctium in a. d. XI. Cal. Apr. incidunt. Quibus de caussis hallucinati uno Cap. XXVI.

19. ὃς θανατωθεὶς *cod. Venet.*

Cap. XXVI. — 1. ἐν τῇ *om. cod. Venet. In marg. legitur* τῇ κ´ τοῦ μαρτίου.

2. εἴπαμεν *cod. Ven.*

3. *Reposui ex codd. Rhedig. et Veneto scripturam veterem, Petavio quoque, sed aliunde, notam atque notatam. Editi libri habent* ἑσπέρας, ὅπερ ἔδει τῇ πέμπτῃ ἑσπέρας. *De computi ratione v. Petav. in Animadv. ubi plura tentat.*

4. ἦν *om. cod. Venet.*

5. αὐτῇ τρίτῃ ὀψὲ *cod. Ven.*

6. *In cod. Ven. margine legitur* τῇ ιζ´.

7. ἐπιφωσκοῦσα *(sic ubique)* δωδεκάτη *cod. Ven.*

8. νυκτερίνη, ἡμερίνη δὲ δωδεκάτη *corrigit, auctore Keplero, Petavius in Animadversionibus.*

9. ἡμερίνη πρὸ δεκατριῶν *cod. Venet.*

10. δεκατριῶν *corrigit Petavius l. l.*

11. νυκτὸς καὶ ἡμέρας *cod. Ven. Vulgo desiderantur verba* νυκτὸς καὶ.

προεῖπον. Ἔχει δὲ ὥρας τινὰς ἡ ψῆφος τῆς λεπτολογίας [12] ἥτις ἐμπίπτει διὰ ἐτῶν τριῶν παρ' αὐτοῖς διαφωνουμένη [13] ἡ μία ἡμέρα. pag. 449. Προστιθέασι γὰρ τῷ σεληνιακῷ δρόμῳ μετὰ τὰς [14] τριακοσίας πεντηκοντατέσσαρας ἡμέρας καὶ ἄλλας κατ' ἔτος τέσσαρας ὥρας, ὡς εἶναι εἰς [15] τὰ τρία ἔτη ἡμέραν μίαν. Διὸ παρ' αὐτοῖς πέντε μῆνες τελοῦνται ἐμβόλιμοι εἰς ἔτη δεκατέσσαρα, διὰ τὸ ἀφαιρεῖσθαι [16] ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου τῶν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν καὶ ὡρῶν τὴν [17] μίαν ὥραν. Προστιθεμένων γὰρ τῶν ὡρῶν λοιπὸν γίνονται τξε' ἡμέραι παρὰ ὥραν μίαν· ὅθεν [18] αὐτοὶ ἑξάκις πολυπλασιάσαντες τὰ δεκατέσσαρα ἔτη [19] τοῦ ὀγδοηκοστοῦ τετάρτου ἔτους ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ πέμπτῳ τιθέασιν ἐμβόλιμον ἕνα μῆνα, εἰς τὸ εἶναι τριάκοντα καὶ ἕνα μῆνα εἰς τὰ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἔτη, οἵτινες ὤφειλον εἶναι κατὰ τὴν ἀκρίβειαν [20] τριακονταεῖς μὴν καὶ [21] εἰκοσιτέσσαρες ἡμέραι καὶ ὧραι τρεῖς.

Κεφ. κζ'. Ἕνεκεν τοίνυν τούτου τότε σφαλέντες οὐ μόνον προέλαβον θορυβούμενοι τὰς δύο ἡμέρας βεβρωκότες τὸ Πάσχα, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπέρβατον [1] προθέντες μίαν ἡμέραν, κατὰ πάντα τρόπον αὐτοὶ σφαλέντες. Ἡ δὲ οἰκονομία τῆς ἀληθείας ἀκριβέστατα τὰ πάντα ἡμῖν σωτηριωδῶς εἰργάσατο. Ὅθεν καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ τὸ Πάσχα τελειώσας ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος μετὰ τὸ βεβρωκέναι, ἐπιθυμίᾳ ἐπιθυμήσας. Καὶ ἐκεῖ τὸ Πάσχα τὸ Ἰουδαϊκὸν μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν, οὐκ ἄλλως ποιήσας, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ποιούντων ἴσως ποιήσας· ἵνα μὴ καταλύσῃ τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρώσῃ. Καὶ οὗτος μετὰ τὸ ὑπερβῆναι τριακοστὸν ἔτος, ὅτε ἐβαπτίσθη, καὶ μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος κηρύξας πληρέστατον ἐνιαυτὸν δεκτὸν καὶ μὴ ἀντιλεγόμενον, καὶ ἕτερον ἀντιλεγόμενον καὶ ἐν διωγμῷ ὄντα ἐγκοτούμενόν τε, καὶ μετὰ τὸν ἄλλον ἐνιαυτὸν ὑπερβὰς ἀπὸ τῆς τῶν γενεθλίων αὐτοῦ ἡμέρας, τουτέστιν Ἐπιφανίων, ἥτις τυγχάνει ἕκτη Ἰαννουαρίου μηνὸς, κατὰ δὲ Αἰγυπτίους Τυβὶ ἑνδεκάτῃ, ἐπὶ ὅλας ἑβδομήκοντα τέσσαρας ἡμέρας, ὡς προείπομεν, ἕως τῆς πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Ἀπριλλίων, καὶ κατὰ Αἰγυπτίους Φαμενὼθ τετάρτῃ καὶ εἰκάδι ἐτέλεσε τριακονταδύο ἔτη πληρέστατα καὶ ἑβδομηκοντατέσσαρας ἡμέρας ἀπὸ Ἐπιφανίων, καὶ ἀναστὰς κατ' Αἰγυπτίους Φαμενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι, ἥτις ἦν ἰσημερία, καὶ πρὸ ια' Καλανδῶν Ἀπριλλίων· ἵνα εὑρεθῶσι πάντες ψευδόμενοι, οἱ μὴ ὄντες υἱοὶ τῆς ἀληθείας.

pag. 450.
Κεφ. κη'. Εὐθὺς πρῶτος Οὐαλεντῖνος δραματουργήσας τριάκοντα ἡμῖν Αἰῶ-

12. ᾗ τινι *voluit Keplerus.*
13. ἡμέρα μία *cod. Ven.*
14. πεντακοσίας *cod. Ven.*
15. τὰ *om. cod. Ven.*
16. διὰ *cod. Ven.*
17. ὥραν μίαν *cod. Ven.*
18. οὗτοι *cod. Ven.*
19. διὰ τοῦ ΠΔ τιθέασιν (*omissis re-*

die legitimum tempus praetergressi sunt, ut ante diximus. Supersunt enim ex illorum ratiociniis horae aliquot appendices, quae tertio quoque anno diei apud illos unius discrimen afferunt. Quippe lunarem ad modum praeter CCCLIV dies, horas insuper quaternas adiiciunt, quae singulis trienniis diem integrum conficiunt. Ob id anni XIV menses postulant intercalares V, eo quod de solis cursu, qui est dierum CCCLXV cum horis III, unam horam decerpunt. Nam horis additis fiunt deinde CCCLXV dies, una hora minus. Unde illi XIV annis sexies multiplicatis, ut LXXXIV anni consurgant, anno LXXXV. mensem unum intercalant, quo fit ut LXXXV anni XXXI menses exhauriant, cum accurata ratio praeter menses XXX, dies praeterea XXIV ac tres horas requirat.

Quae cum illis aberrandi caussa fuisset, non modo perturbantes omnia biduo legitimum Paschatis tempus anteverterunt, sed et uno insuper die praetergressi magnis se erroribus implicarunt. Sed veritatis sapienti quadam moderatione factum est, ut quam exactissima ad salutem nostram referrentur universa. Quare post peractum Pascha Christus in montem secessit, cum hoc ipsum Pascha comedisset quod desiderio desiderasse se dicit. Proinde Pascha illic Iudaicum cum discipulis comedit; nec aliter istud egit ipse, sed eodem prorsus modo quo et illi praestiterunt, ut ne legem solveret, sed adimpleret. Hic itaque cum tricesimo anno iam elapso ad baptismum accessisset, ac post eundem tricesimum, solidum illum acceptabilem implesset annum, contradicente nemine, mox alterum addidisset, quo et repugnantes Iudaeos expertus est et eorum vexationibus atque invidia plurimum est exagitatus, ac praeterea tertium iam iniisset annum ab eo die quo natus est, hoc est Epiphaniorum, quae in VI. Ianuarii mensis, Aegyptiis vero Tybi XII. incurrunt, ad LXXIV usque dies, qui, ut dictum est, in XIII. Cal. Apr. desinunt, qui est Aegyptiis Phamenoth XXIV., hoc, inquam, modo XXXII integros annos ac dies praeterea LXXIV ab Epiphaniis implevit. Resurrexit porro, prout Aegyptii numerant, Phamenoth XXVI., ipso aequinoctii die, sive XI. Cal. Apr. Ex quo illorum omnium manifesta mendacia sunt, qui veritatis non sunt filii.

Cap. XXVII. — Luc. 22, 15. — Matth. 5, 17.

Horum primus nobis Valentinus occurrit, qui quidem ex tri- Cap. XXVIII.

*liquis)* ἐμβόλιμον ἐμβολίμων ἕνα *cod. Venet.*
20. τριάκοντα μῆνες καὶ εἴκοσι ὀκτὼ ἡμέραι *reponendum censuit Petavius. Quem vide, si placet.*
21. κα' ἡμέρα καὶ ὥρας ιγ' *cod. Ven.*
Cap. XXVII. — 1. προςθέντες *correxit Petavius.*

νας ἀπὸ τοῦ τριακονταέτους νομίζων τῆς τοῦ σωτῆρος ἀναγωγῆς καὶ ἀνδρώσεως τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, οὐκ εἰδὼς ὅτι οὐ τριάκοντα ἔτη μόνον ἐποίησεν, ἀλλ' ἐν τῷ τριακοστῷ ἐβαπτίσθη, μετὰ τὸ πληρῶσαι εἰκοσιεννέα ἔτη καὶ δέκα μῆνας, ὡς προεῖπον, τῇ δωδεκάτῃ Ἀθὺρ, πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Νοεμβρίων, καὶ μετὰ ταῦτα κηρύξας ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν καὶ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἄλλον ἐνιαυτὸν ἀντιλεγόμενον καὶ ἑβδομηκοντατέσσαρας ἡμέρας ἀντιλεγομένας, ἐξότε ἐβαπτίσθη, πρὸ τῶν αὐτοῦ γενεθλίων· ὥςτε εἶναι τὰ πάντα ἔτη τῆς αὐτοῦ ἐνσάρκου παρουσίας ἕως τοῦ πάθους ἀπὸ τῆς γεννήσεως τριακονταδύο ἔτη καὶ οδ' ἡμέρας, ἀπὸ δὲ ἀρχῆς ὑπατείας Σιλουανοῦ καὶ Νερούα δύο ἔτη καὶ ρλδ' ἡμέρας. Καὶ ἐλήλεγκται μὲν ἐνταῦθα ὁ προειρημένος Οὐαλεντῖνος, καὶ οἱ πολλοὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἀφραίνοντες. Ἠλέγχθησαν καὶ οἱ ἀποβαλλόμενοι τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, οὓς δικαίως Ἀλόγους καλέσομαι, ἐπειδὴ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἀποβάλλονται, τὸν διὰ Ἰωάννην κηρυχθέντα πατρικὸν θεὸν λόγον, ἀπ' οὐρανοῦ κατεληλυθότα καὶ σωτηρίαν ἡμῖν ἐργασάμενον τῆς πάσης αὐτοῦ ἐνσάρκου παρουσίας, ὅτι ἀπό τε τῶν [1] ὑπατειῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐτῶν καὶ ἀπὸ τῆς συστάσεως τοῦ προφήτου Ἡσαΐου καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ Ἰωάννην καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ Ματθαῖον καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ Μάρκον, καὶ ἁπαξαπλῶς πανταχόθεν ἠλέγχθησαν οἱ πεπλανημένοι ὅτι οὐ μόνον ἓν Πάσχα μετὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ κηρύγματος κατὰ περίοδον [2] χρόνου ἐνιαυτοῦ ἀπετέλεσεν, ἀλλὰ περιόδους τριῶν [3] ὑπατειῶν παρά τι ἐπλήρωσε, μετὰ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Καὶ ἐξέπεσεν ὁ τῶν ἀπαρακολουθήτων λόγος παντάπασι τῆς πλάνης καὶ ἀνοίας καὶ ἀμαθίας, οὐ μόνον μὴ γινωσκούσης τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν, ἀλλὰ καὶ ψευδῶς κατὰ τῆς ἀληθείας μάτην ἐπιστρατευομένης.

Κεφ. κθ'. Εὑρίσκομεν γὰρ καὶ ἐμφερόμενόν που τοῖς λόγοις τούτοις γεγραμμένον ὅτι ὁ τοῦ θεοῦ [1] ἐγεννήθη λόγος ἐκ τοῦ θεοῦ περὶ τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος Αὐγούστου ὅπερ λέληθε τὸν γράψαντα, ἢ τῆς διὰ τοῦ βῆτα ψήφου ἀπαλειφθείσης καὶ τοῦ μῦ μόνον παραμεμενηκότος μ'
pag. 451. [2] ἐποίησαν μόνα ἔτη. Τῷ γὰρ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει Αὐγούστου ἐγεννήθη. Φάσκει δὲ ὅτι πρὸ δεκαδύο Καλανδῶν Ἰουλίων ἢ Ἰουνίων, οὐκ ἔχω λέγειν, ἐν [3] ὑπατείᾳ Συλπικίου Καμμαρίνου, [4] Βηττέῳ Πομ-

Cap. XXVIII. — 1. ὑπατιῶν *libri veteres, ut solent.*
2. χρόνον *edit. Petav.*
3. ὑπατιῶν *libri vett.*

Cap XXIX. — 1. ἐγεννήθη *reposui de libris Rhedig. et Ven. Vulgo extat* ἀγέννητος, *ut verbum deesse Petavio sit merito visum. In cod. Veneto legitur:* ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγεννήθη περὶ τὸ *cett.*
2. ἐποίησε *cod. Ven.*
3. ὑπατίᾳ *libri vett., ut solent.*
4. *De his verbis, et de nomine alterius consulis, emendandis meliorum librorum ope destitutus paene despero. Nolo tamen reticere quod aliquam certe probabilitatis speciem videtur habere. Duplicem puto ab Epiphanio notari errorem eorum qui quadragesimo Augusti anno Christum natum esse statuerunt, primum quod non in quadragesimo secundo eius natales collo-*

cenario annorum numero, ad quem salvatoris aetatem ac virile robur existimat fuisse perductum, suam illam Aeonum triginta fabulam confinxit. In quo fugit eum ratio. Non enim triginta solos vixit, sed tricesimo anno baptizatus est, cum iam decimum mensem supra XXIX annos attigisset. Quem diem ante definivimus XII. fuisse mensis Athyr, et VIII. Id. Nov. Post haec cum placabilem domini praedicasset annum, aliumque itidem contradictione plenum ac LXXIV praeterea dies eadem molestia refertos, ab eo die quo olim baptizatus erat ante natalem suum, ut totum eius vitae tempus ab ortu ad passionem usque annos XXXII ac dies LXXIV colligat, ab ineunte vero Silani ac Nervae consulatu anni duo ac dies CXXIV fluxerint. Ita non modo Valentinus, sed et reliqui eiusdem sectatores insaniae, erroris arguuntur. Sed et illi ipsi quoque, qui Ioannis evangelium abiiciunt, quos *Ἀλόγους* merito nominamus, quoniam *Λόγον*, hoc est dei verbum praedicatum a Ioanne repudiant, patris, inquam, verbum illud ac deum, qui de coelo delapsus salutem nobis toto illo quo inter homines versatus est tempore conciliavit. Nam et consulares illos fasti et annorum series ipsa, et Isaiae prophetae firmissima probatio, et Lucae, Ioannis, Matthaei ac Marci evangelia, et, ut uno verbo dicam, omnia illos rationum pondera ac momenta convincunt, idque ipsum, quod volumus, efficiunt, non unum Pascha duntaxat a praedicationis exordio annuo celebrasse circuitu, sed cum tertio insuper consulatu vitae suae ex aliqua saltem parte tempus adaequasse, postquam a Ioanne baptizatus est. Unde imperitorum hominum ratio omnis excidit, quorum tantus grassatur error cum amentia inscitiaque coniunctus, ut neque vitam ipsi suam agnoscant, et ad oppugnandam veritatem frustra suis se mendaciis accingant.

Sed hoc in hisce libris scriptum invenimus aeternum dei verbum anno Augusti XL. natum esse. Quae est scriptoris hallucinatio; nisi forte binarius extrita litera *β* sit expunctus, et ita XL solum anni remanserint. Natum quidem constat esse Christum anno Augusti XLII. Addunt XII. Cal. Iulias sive Iunias, neque enim certo scio, istud accidisse, Sulpicio Camerino et Buteone Pompe- Cap. XXIX.

*carunt, deinde quod imperium Augusti numerarunt ab eo anno quo ille devicto Antonio rerum potitus est. A quo anno per quadraginta annos descendens usque in a. 761. a. U. C. deprehendis consules G. Poppaeum et Sulpicium Camerinum, quorum hic nomina latere paene in aperto est; solummodo illud* βεττέω, *vel* βηττέω, *alius quam Gai nominis vestigia habet. Quae cum ita sint, cumque in terminatione vocabuli* Πομπηϊανῷ *facile agnoscatur compendium vocis* ἄνϑρωπον (ἀν͂ον), *et additamentum illud* ὑπάτοις *correcturam potius magistelli alicuius sapiat, facile est rescribere* Σουλπικίου Καμμαρίνου καὶ Γαΐου Ποππαίου ἄνϑρωπον ἐδύσατο *(vel etiam* ἀνϑρώπῳ ἐνεδύσατο*).* Τοῦτο *cett. Cornarius vertit:* Dicunt autem quod ante duodecimum Calend. Iul. aut Iunii, non habeo enim quod dicam,

πηϊανῷ ὑπάτοις. Τοῦτο δὲ ἐσκόπησα, ὅτι [5] καὶ οἱ εἰπόντες τὴν ἡμέραν τῆς συλλήψεως, καὶ ὡς εὐηγγελίσατο ὁ Γαβριὴλ τὴν παρθένον, [6] εἶπον τὴν ὑπόνοιαν τῶν τινων λεγόντων ἐν παραδόσει ὡς ὅτι διὰ ἑπτὰ μηνῶν ἐγεννήθη· εὑρήκαμεν γὰρ ἀπὸ τούτου τοῦ [7] προπόσωνος ἕως ἑνδεκάτης Τυβὶ καὶ πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Ἰαννουαρίων, ὅτε ἀληθῶς τὰ θεοφάνια ἐγένετο καὶ ἐγεννήθη, ἑπτὰ μηνῶν χρόνον κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον παρὰ ἡμέρας τέσσαρας. Ὥςτε οὖν, εἰ εὕροις ἐν παρασημειώσεσί που γεγραμμένα, μὴ σφάλλου περὶ τὴν εἴδησιν· [8] τῷ μὲν γὰρ ὄντι ἡ γέννησις τοῦ Χριστοῦ ἡ βεβαία Τυβὶ ἑνδεκάτη ἐστί. Τινὲς δέ [9] φασιν ὡς δέκα μῆνας ἐνεκυμονήθη παρὰ ἡμέρας ιδ′ καὶ ὥρας ὀκτὼ, ὡς εἶναι ἐννέα μῆνας καὶ ἡμέρας δεκαπέντε, καὶ ὥρας τέσσαρας, αἰνιττόμενοι τὸ παρὰ Σολομῶντι εἰρημένον, Δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν αἵματι. Ὅμως ἐκ πανταχόθεν ἑνδεκάτη Τυβὶ κατ' Αἰγυπτίους ἡ προειρημένη τοῦ κυρίου [10] ἐν σαρκὶ γέννησις ἐγένετο. Καὶ περὶ αὐτὴν τὴν ἑνδεκάτην μετὰ ἔτη τριάκοντα γέγονε τὸ πρῶτον σημεῖον ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ὅτε τὸ ὕδωρ οἶνος ἐγένετο.

Κεφ. λ′. Διὸ καὶ ἐν πολλοῖς τόποις ἄχρι τῆς δεῦρο τουτὶ γίνεται τότε τὸ γενόμενον θεοσήμειον, εἰς μαρτύριον τοῖς ἀπιστοῦσιν, ὡς μαρτυροῦσιν ἐν πολλοῖς τόποις πηγαί τε καὶ ποταμοὶ εἰς οἶνον μεταβαλλόμενοι, Κιβύρης μὲν τῆς πόλεως τῆς Καρίας ἡ πηγὴ, καθ' ἣν ἤντλησαν ὥραν οἱ διάκονοι, καὶ εἶπε, Δότε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ· μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ἐν Γεράσῃ τῆς Ἀραβίας πηγὴ ὡσαύτως. Πεπώκαμεν ἀπὸ τῆς Κιβύρης, ἡμέτεροι δὲ ἀδελφοὶ ἀπὸ τῆς ἐν Γεράσῃ πηγῆς, τῆς ἐν τῷ [1] μαρτυρίῳ. Καὶ πολλοὶ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ περὶ τοῦ Νείλου τοῦτο μαρτυροῦσι. Διόπερ ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ Τυβὶ κατ' Αἰγυπτίους πάντες ὑδρεύονται ὕδωρ καὶ ἀποτιθέασιν, ἐν αὐτῇ τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν πολλαῖς πατρίσιν. Οὕτως γὰρ εὑρίσκεται. Μετὰ τὴν δωδεκάτην Ἀθὺρ ἀπελθόντος καὶ πειρασθέντος τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ ἐλθόντος καὶ ἐκλεξαμένου τινὰς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, καὶ ἐναρξαμένου μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ πειρασμοῦ κηρύττειν, καὶ αὐτοῦ κατελθόντος εἰς τὸν Ἰορδάνην,
pag. 452. καὶ συναντήσαντος τοῖς περὶ Ναθαναὴλ, καὶ παραλαβόντος αὐτοὺς, ὅτε ἔμειναν παρ' αὐτῷ δύο ἡμέρας, καὶ αὐτῶν ἀναχωρησάντων, καὶ αὐτοῦ ἐκβεβηκότος εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εὐθὺς διὰ τὰς πρότερον δύο ἡμέρας τὰς εἰρημένας ἔφη τὸ εὐαγγέλιον, Τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ὅπερ σύμβολον ἦν τῆς ἐκκλησίας· ἐν γὰρ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς αὐτοῦ πραγματείας, ἧς ἐν τῇ γῇ ἐποίησε, μετὰ τὸ πάθος ἀναστὰς γάμον συνῆπτε τῇ Κανᾶ.

Sulpicio Cammarino et Cneo Pompeiano consulibus. *In cod. Veneto extat:* σαουλπικίου καὶ καμμαρινοῦ βεττέω πομπηϊανῷ ὑπάτοις. *Cf. etiam Petavius in Animadverss.*

5. καὶ *om. cod Ven.*

6. εἶπαν *cod. Ven.*

7. *Hunc locum sibi suspectum esse Petavius negare noluit. Cornarius* πρὸ Πίσωνος *legit, quod nec illi displicuit (v.*

iano coss. Quin illud etiam animadverti, eos qui conceptionis diem definire conati sunt, quo sanctus Gabriel coelestem virgini nuntium attulit, nonnullorum inhaesisse sententiae, qui septimo mense Christum in lucem editum arbitrati sunt. Siquidem ab illo tempore ad XI. Tybi, sive VIII. Id. Ian., quo die vere theophania, hoc est apparatio dei, propter salvatoris ortum facta sunt, mensium lunarium septem, si dies IV excipias, spatium intercedere. Quamobrem si haec alicubi forsitan adnotata legeris, cave ne in errorem incidas. Sane quidem natali Christi fixa dies est XI. Tybi. Sed nonnullis placet X menses in utero fuisse gestatum, praeter dies XIV et horas octo, qui sunt menses IX, dies XV, horae IV. In quo ad Salomonis dictum illud allusisse videntur: *Decem mensium spatio concretus in sanguine.* Quicquid sit, non dubium est IV. die Tybi, secundum Aegyptios, salvatoris ortum accidisse. Sub idem vero postea tempus, tricesimo anno vertente, primum in Cana Galilaeae miraculum edidit, tum cum ex aqua vinum est factum. Sap. 7, 2.

Cap. XXX.

In cuius rei fidem hodieque pluribus in locis idem quod olim factum est prodigium instauratur, idque ipsum fontes fluviique testantur passim in vina conversi. Cuiusmodi ad Cibyram Cariae oppidum fons est, qui eadem illa hora qua ministri aquam hauserunt, ac salvator dixit, *Date architriclino*, in vinum vertitur. Idem et in Geraseno Arabiae fonte contingit. Nos ex Cibyrae illo fonte, fratres nostri ex Geraseno potavimus, qui in martyrio est. Plerique vero idem et de Nilo Aegypti fluvio confirmant. Quae caussa est cur Tybi XI. omnem in Aegypto aquam hauriant ac reservent, idque multis aliis in locis fieri assolet. Igitur uti certo compertum habuimus, post XII. Athyr abiit Christus ac tentationem XL dies subiit. Inde digressus discipulos aliquot delegit. Tum post XL tentationis dies praedicationem aggressus ad Iordanem perrexit. Ibi Nathanaëli et iis, qui cum eo erant, occurrit; quos et secum abduxit, cum scilicet biduo apud illum manserunt. Moxque ut iidem recesserunt, in Galilaeam profectus est. Quod vero bidui huius mentionem fecerat, ideo statim evangelium subiicit, *Tertio die nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae;* quod ad ecclesiam pertinere putandum est. Etenim tertia die omni illa, quam in terrae penetralibus post mortem obiit, administratione perfunctus, surrexit a mortuis ac

*eius adnotata). Nec mihi ipsi, sed ita interpretanti:* inveuimus enim ab eo tempore (*intell.* quo illi conceptum esse Iesum Christum statuunt) eius anni qui Pisonis (quo eum natum esse constat) praecedit usque ad XI. Tybi *cett. In cod. Veneto pro* προπόσωνος *legitur* προπόσων.

8. τῷ γὰρ ὄντι ἡ βεβαία τοῦ Χριστοῦ γέννησις *cod. Ven.*

9. φασὶ δέκα *cod. Ven.*

10. ἔνσαρκος *cod. Ven.*

Cap. XXX. — 1. In martyrum templo, *vertit Cornarius.*

Κανᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται ἡ κτησαμένη. Τίς δέ ἐστιν ἡ κτησαμένη, ἀλλ' ἡ κληρονόμος; περὶ ἧς ὁ ψαλμῳδὸς ἐν τῷ πέμπτῳ ψαλμῷ ἔλεγεν, Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, καὶ τὰ ἑξῆς. Γάμος γὰρ οὗτος ὡς ἀληθῶς εὐλογημένος, ἀπὸ τοῦ τύπου ἐκείνου λαβὼν τὴν πρόφασιν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ γάμος ἦν αἰσθητὸς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ὕδωρ ἀληθῶς οἶνος γεγονώς· καὶ ἐκλήθη κατὰ δύο τρόπους, ἵνα τὸ ὑδαρὲς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἐκβακχευομένων ἐπιστύψῃ τοῦ γάμου εἰς σωφροσύνην καὶ εἰς σεμνότητα, καὶ ἵνα [2] τὸ λοιπὸν ἐπιδιορθώσεται εἰς εὐφρασίαν τοῦ λυσιπόνου οἴνου καὶ τῆς χάριτος, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον φράξῃ τὰ στόματα τῶν κατὰ κυρίου ἐπεγειρομένων, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτός ἐστι θεὸς σὺν πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι τὸ ὕδωρ τῇ ἀμπέλῳ παρέχων, χροΐζων αὐτὸ ἐν αὐτῇ εἰς οἶνον καὶ εὐφρασίαν ἀνθρώπων. Ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ μακρότερον περὶ τούτων διηγησόμεθα, ἐνταῦθα δὲ ὡς ἐν παρεκβάσει διέδραμον τὸν λόγον. Ὅμως δύο Πάσχα μὲν κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ κηρύγματος ὁ σωτὴρ ποιεῖται, καὶ τῷ τρίτῳ πάσχει, ὡς πληροῦσθαι τὰ ἤδη μοι κατὰ λεπτὸν εἰρημένα περὶ ἡμερῶν καὶ μηνῶν καὶ ὑπατειῶν. Καὶ πανταχόθεν διέπεσεν ὁ περὶ τούτων πεπλανημένος λόγος, τῶν εὐαγγελίων συνῳδὰ πρὸς ἄλληλα ἐχόντων, καὶ μηδ' ὁπότερον τῶν εὐαγγελίων ἀντίθετον πρὸς τὸν ἕτερον ἐχόντων.

Κεφ. λα'. Ἐλεύσομαι δὲ πάλιν εἰς τὸ προκείμενον. Φάσκει πάλιν ὁ Λουκᾶς, μαρτυρῶν μοι τοῖς πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως εἰρημένοις, ὅτι, Ἐγένετο ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ· ἵνα δείξῃ σάββατον πρῶτον εἶναι τὸ ἀπ' ἀρχῆς ὁρισθὲν καὶ ῥηθὲν ὑπὸ κυρίου ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ, κατὰ περίοδον ἀπὸ τότε ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ ἑπτὰ ἡμέρας ἀνακυκλούμενον,
pag. 453. τοῦτο εἶναι πρῶτον· δεύτερον δὲ σάββατον τὸ ἀπὸ νόμου ὡρισμένον. Φάσκει γὰρ ὅτι, Λήψῃ σαυτῷ πρόβατον ἐνιαύσιον, ἄμωμον, ἄρσεν (ὅπερ ἦν ἀντίτυπον τοῦ σωτῆρος), ἀπὸ δεκάτης τοῦ μηνός· καὶ ἔσται διατετηρημένον ἄχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, καὶ θύσετε αὐτὸ ἑσπέρας τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἔσται σοι σάββατον ἡμέρα ἁγία, καὶ ἔδεσθε ἄζυμα ἑπτὰ ἡμέρας· καὶ τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ποιήσεις ἅγιον σάββατον ἡμέραν ἁγίαν. Καὶ ὁρᾶτε ὅτι δεύτερον καλεῖται σάββατον μετὰ τὸ σάββατον ἡ τοιαύτη ἁγία τοῦ [1] προβάτου ἡμέρα, εἰς σάββατον ἁγιασθεῖσα, κἄν τε κυριακὴ εἴη, κἂν δευτέρα, κἄν τε τρίτη καταντήσῃ. Εἰς δὲ ἑπτὰ ἡμέρας πάλιν ἀνακυκλούμενον δεύτερον καλεῖται πρῶτον· ἵνα δείξῃ ἐντεῦθεν, ὅτι οὐ μόνον ὁ Ἰωάννης περὶ περιόδου ἡμερῶν ἐνιαυτῶν δύο καὶ τριῶν ἑορτῶν τοῦ Πάσχα ἐσήμανεν, ἀλλὰ καὶ ὁ Λουκᾶς, καὶ οἱ ἄλλοι. Οὕτω γὰρ φάσκει ὁ νόμος· Ἀριθμήσεις

2. τὸ λυπρὸν *reponendum videtur censuisse Cornarius. Vertit enim* tum ut tristitiam corrigeret in hilaritatem vini, molestias discutientis et gratiae *cett. Cod. Rhedig. habet* τὸ λεῖπον ἐπιδιορθώσεως εἰς, *quod nihil est nisi librarii peccatum.*

nuptias cum Cana coniunxit. Cana porro *possidentem* significat. Quae est vero possidens illa nisi heres cuius psalmo quinto David meminit: *Pro hereditatem capessente?* Hae quippe nuptiae sunt ac revera benedictae, quae argumentum ex illa figura quodammodo traxerunt. Etenim in Cana Galilaeae externae sunt celebratae nuptiae, ubi in vinum aqua est revera conversa. Quare duabus mihi de caussis videtur invitatus esse Christus. Primum ut aquae similem ac diffluentem furiosorum hominum in mundo libidinem nuptiarum castimonia et honestate constringeret, tum ut quod deerat emendaret, ac iucundissimi vini suavitate mulceret et gratia, nec non et eorum obduraret ora qui adversus dominum insurgunt, atque ut eundem se cum patre, et spiritu sancto declararet esse deum, qui humorem viti suppeditans, in vini colorem ad hominum voluptatem oblectationemque commutat. Sed de ea re fusius alio loco disputabimus. Hic autem velut obiter digressi eam orationem attigimus. Verum enim vero post praedicationis exordium duo a Christo celebrata sunt Paschata; tertio est deinde passus, ut confecta omnia illa sint a me commemorata dierum, mensium ac consulatuum intervalla. Atque ita falsa omnis istorum evanescit ratio, cum sic inter sese evangelia consentiant, nullum ut ab altero discrepare videatur.

Sed ut eo iam redeam unde digressus fueram, scribit Lucas, Cap. XXXI.
id quod ad ea confirmanda valet quae sunt a me varie multipliciterque proposita, factum esse in sabbato secundo primo. Quare vox Luc. 6, 1.
indicat primum esse sabbatum illud quod initio praestitutum fuerat, de quo in mundi opificio locutus est dominus, quodque ex illo tempore deinceps ad eam diem septenorum dierum circuitu ac revolutione pervenerat: secundum vero alterum illud lege constitutum. Ita enim sancitum fuisse legimus: *Sumes tibi agnum anniculum, im-* Exod. 12, 5.
*maculatum, masculum* (quae figura salvatoris fuit), *a decima mensis: et servabitur ad XIV., et immolabitis eum ad vesperam XIV. Et erit tibi sabbatum dies sancta. Et comedetis azyma VII diebus: et VII. die facies sanctum sabbatum, diem sanctum.* Ubi illud animadvertere licet, quemadmodum secundum a priore sabbatum sancta illa parasceue nominetur, quae in sabbatum consecratur, ac sive ea dominica sit, sive secunda, sive tertia feria. At hoc ipsum secundum septem dierum orbe revoluto primum dicitur. Ut vel istud argumento sit non Ioannem modo, sed et Lucam et ceteros biennii pariter ac trium Paschatis celebritatum mentionem facere. Ita quippe

Cap. XXXI. — 1. προφήτου *cod. Venet.* προβάτου *scripsi* (προσαββάτου *libri vulgo retinent*) *praeeunte Ios. Scaligero. Petavius verba* τοῦ προσαββάτου *delenda esse censuit.*

σεαυτῷ ἑπτὰ ἑβδομάδας ἀπ' ἀρχῆς δράγματος, τοῦ βαλεῖν δρέπανον ἐπ' ἀμητῷ, καὶ [2] ποιήσῃς ἑβδόμην ἑβδομάδα ἡμέραν ἁγίαν κυρίῳ, σημαίνων περὶ Πεντηκοστῆς. Μετὰ γὰρ τὸ θῦσαι τὸ Πάσχα εἴσω τριῶν ἡμερῶν, τουτέστι μετὰ τρεῖς ἡμέρας τοῦ προβάτου, προσέταττε τὸ δράγμα εἰςφέρεσθαι· ἵνα σημάνῃ τὸ εὐλογημένον δράγμα ἐγειρόμενον ἐκ τῶν νεκρῶν μετὰ τρίτην ἡμέραν, τῆς γῆς αὐτὸ προςφερούσης, καὶ αὐτοῦ αὐτὸ πάλιν κομιζομένου ἀπ' αὐτῆς ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦ μνήματος, καὶ μένοντος σὺν τοῖς μαθηταῖς τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς πεντηκοστῆς εἰςφέροντος αὐτὸ εἰς τὰ ἐπουράνια τῷ πατρὶ τὸ πρωτότοκον τῶν πρωτοτόκων, ἡ ἀπαρχὴ ἡ ἁγία, τὸ δράγμα ὃ ἐδράξατο ἀπὸ Μαρίας, ἡ ἀγκαλισθεῖσα ἐν θεῷ, ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας, ἡ ἀπαρχὴ τῆς ἅλω. Οὐκέτι γὰρ μετὰ Πεντηκοστὴν τὸ δρέπανον ἀπαρχὴν θεῷ προςφέρει. Οὐκέτι γὰρ Χριστὸς ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ ὁρᾷς πόσα θεοῦ μυστήρια προετύπου [3] νόμος, καὶ ἐπλήρου τὸ εὐαγγέλιον· πόθεν δὲ, οὐκ ἔχομεν τούτων δεῖξαι τὴν σαφήνειαν, [4] διὰ τὸ μὴ εἰς πλάτος φέρειν τὸν λόγον. Διὸ ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν πάλιν ἐπιστρεπτέον. Φαίνεται δὲ ἀπό τε τῶν σταχύων καὶ ἀπὸ τοῦ ἀμητοῦ καὶ τῶν μαθητῶν ὡς μετὰ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν πειρασμὸν ταῦτα πάντα διηγεῖται ὁ Ἰωάννης καὶ Λουκᾶς, καὶ οἱ πάντες.

pag. 454.
Κεφ. λβ'. Οὐκ αἰδοῦνται δὲ πάλιν οἱ τοιοῦτοι κατὰ τῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου εἰρημένων ἐξοπλιζόμενοι, νομίζοντες μή πῃ ἄρα δύνανται τὴν ἀλήθειαν ἀνατρέπειν, οὐκ εἰδότες ὅτι καθ' ἑαυτῶν μᾶλλον ὁπλίζονται, ἤπερ κατὰ τῆς ὑγιοῦς διδασκαλίας. Φάσκουσι δὲ κατὰ τῆς Ἀποκαλύψεως τάδε χλευάζοντες. Τί με, φησὶν, ὠφελεῖ ἡ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου, λέγουσά μοι περὶ ἑπτὰ ἀγγέλων καὶ ἑπτὰ σαλπίγγων; οὐκ εἰδότες, πῶς ἀναγκαία καὶ ὠφέλιμα τοιαῦτα ὑπῆρξεν ἐν τῇ ὀρθότητι τοῦ κηρύγματος. Ὅσα γὰρ ἦν ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις σκοτεινὰ καὶ αἰνιγματώδη, ταῦτα ὁ κύριος ᾠκονόμησε διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς ἡμῶν σωτηρίαν τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ ἀποκαλύψαι, τὰ ἐκεῖσε σκοτεινὰ ὧδε εἰς πνευματικὰ καὶ ἔκδηλα κηρύττων. Πνευματικῶς δὲ ἡμῖν τὰ αὐτὰ ᾠκονόμει. Καὶ ἐκ δερμάτων μὲν τότε κατασκευάζει τὴν σκηνὴν, τῶν δερμάτων ἠρυθροδανωμένων καὶ ὑακινθίνων, καὶ τὰ ἑξῆς, ἵνα δείξῃ τὴν σκηνὴν ἐκεῖσε σκηνὴν μὲν οὖσαν, ἀποδεχομένην δὲ τὴν τελειοτάτην σκηνὴν τοῦ Χριστοῦ. Δέρμα γὰρ ἀπὸ σώματος γίνεται νεκρὸν ὂν, ὡς σκιὰ σώματος ζῶντος· ἵνα δείξῃ σώματα εἶναι τὴν σκηνὴν τοῦ θεοῦ, ἐπειδὴ γὰρ ἐν σώμασιν ἁγίοις

2. ποιήσεις *cod. Rhedig.*
3. *Scribe* ὁ νόμος.
4. *Vulgo extat distinctum* τὸ εὐαγγέλιον; πόθεν δὲ οὐκ ἔχομεν τούτων δεῖξαι τὴν σαφήνειαν; διὰ τὸ μὴ *cett. Unde fortasse Petavius deesse aliquid suspicatus est.*

lex praescribit: *Numerabis tibi VII hebdomadas, ex quo manipulum* Levit. 23, 15.
*obtuleris, ab ea die qua falcem in segetem miseris: et celebrabis septimam hebdomadem diem festum domino deo tuo;* quibus verbis Pentecosten indicat. Etenim post immolatum Pascha intra tertium diem offerri manipulum iubebat; ut benedicti illius manipuli adumbraret imaginem qui a mortuis excitatus et a terra quodammodo die tertia est oblatus, unde eum in illa de sepulcro resurrectione recuperavit. Inde XL diebus cum discipulis moratus postremo sub finem Pentecostes eundem patri coelestibus in domiciliis obtulit; qui est primogenitus e primogenitis, primitiae sanctae, manipulus e Maria defectus, fascis in deo comprehensus, fructus ventris, areae primitiae. Neque enim post Pentecosten deputatae falce primitiae offeruntur amplius. Quare neque *Christus iam moritur, mors ei ultra non do-* Rom. 6, 9.
*minabitur,* ut scriptum est. Iamne vides quot in lege mysteria significata sint, in evangelio perfecta? Quanta porro ad eam rem perspicue declarandam argumentorum copia suppetit? Sed ne longius excurrat oratio, ad id quod initio propositum erat redeundum nobis est. Igitur quantum ex spicis illis et messe ac discipulis coniicere possumus, apparet illam Ioannis, Lucae ceterorumque narrationem ad id tempus quod dierum XL tentationem secutum est esse referendam.

Cap. XXXII.

Atenim iidem illi citra pudorem illum sese adversus Ioannis auctoritatem accingunt, et id unum cogitant, ut aliqua ex parte, si possint, veritatem evertant; nec intelligunt contra semetipsos potius quam contra sinceram doctrinam eam se oppugnationem suscipere. Contra Apocalypsin itaque ea iactare per ludibrium solent: Quid me, inquiunt, Ioannis Apocalypsis iuvat, cum mihi VII angelos, to- Apoc. 8, 2.
tidemque tubas commemorat? Sed quam haec necessaria sint, quantumque ad Christiani dogmatis sinceritatem conferant, miseri homines ignorant. Nam quaecumque in lege ac prophetis erant obscura vel aenigmatum involucris obducta, haec ad communem nostrum omnium salutem deus servo suo Ioanni singulari quadam providentia detegere voluit, ut quae tenebrosa illic erant et abdita, hic spiritalem ac clariorem in modum conformata proponeret. Siquidem veteres illae omnes imagines propter nos spiritali plane sunt ratione dispositae. Velut quod tabernaculum ex rubricatis et hyacinthinis Exod. 25, 5.
pellibus coagmentatum legimus, ac si qua sunt eius generis alia, eo pertinent, ut in huius tabernaculum venturum esse monstraret. Pellis quippe mortuis corporibus detrahitur, ac sic tanquam vivorum umbra comes est. In quo corpora nostra dei esse tabernaculum decla-

κατασκηνοῖ ὁ θεὸς, πληρουμένου τοῦ ῥητοῦ ὅτι, Κατασκηνώσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. Ἔμελλεν οὖν πλάνη τις γίνεσθαι ἐν πιστοῖς, εἰ μὴ ἡ βίβλος πνευματικῶς ἡμῖν ἀπεκαλύφθη, ἵνα μάθωμεν μὴ σαλπίγγων εἶναι χρείαν· ἀλλὰ εἰδέναι, ὅτι πνευματική ἐστιν ἡ πᾶσα τοῦ θεοῦ πραγματεία, ἵνα μὴ κατὰ τὰς Ἰουδαϊκὰς χαλκᾶς σάλπιγγας λάβωμεν, ἢ ἀργυρᾶς, ἀλλὰ πνευματικῶς ἐννοήσωμεν ὡς ἀπ' οὐρανοῦ εἶναι τῆς ἐκκλησίας τὸ κήρυγμα. Ὡς καὶ ἄλλη που εἶπεν, Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ σαλπίσουσιν ἐν τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ. Σάλπιγγες γὰρ ἦσαν οἱ προφῆται, σάλπιγξ δὲ μεγάλη ἡ ἁγία φωνὴ τοῦ κυρίου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Διὰ τοῦτο καὶ ἀγγέλοις ἐδόθη ἀποκαλύψαι ἡμῖν. Σαλπίσει γὰρ, φησὶ, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται. Εἰ δὲ χλευάζονται παρ' ὑμῖν, ὦ οὗτοι, αἱ τῶν ἀγγέλων σάλπιγγες, διὰ τὸ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει γεγράφθαι, χλευάζεται ἄρα καὶ ἡ παρὰ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ σάλπιγξ εἰρημένη· Καταβήσεται, φησὶν, ἀπ' οὐρανοῦ ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου. Συνᾴδοντος τοίνυν τοῦ ἀποστόλου τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ Ἰωάννῃ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, ποία τις ὑπολείπεται ἀντιλογία; πῶς δὲ οὐκ εὐθὺς ἑκάστη πλάνη ἐλεγχθήσεται, τοῦ θεοῦ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἁγίων δεδωκότος μαρτυρίαν;

pag. 455.

Κεφ. λγ'. Εἶτά τινες ἐξ αὐτῶν πάλιν ἐπιλαμβάνονται τούτου τοῦ ῥητοῦ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει τῇ αὐτῇ, καὶ φάσκουσιν ἀντιλέγοντες, ὅτι εἶπε πάλιν, Γράψον τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας τῷ ἐν Θυατείροις, καὶ οὐκ ἔνι ἐκεῖ ἐκκλησία Χριστιανῶν ἐν Θυατείρῃ. Πῶς οὖν ἔγραφε τῇ μὴ οὔσῃ; Καὶ εὑρίσκονται οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοὺς ἀναγκάζοντες ἐξ αὐτῶν ὧν κηρύττουσι κατὰ τῆς ἀληθείας ὁμολογεῖν. Ἐὰν γὰρ εἴπωσιν, Οὐκ ἔνι νῦν ἐκκλησία εἰς Θυάτειρα, δεικνύουσι πεπροφητευκέναι τὸν Ἰωάννην. Ἐνοικησάντων γὰρ τούτων ἐκεῖσε καὶ τῶν κατὰ Φρύγας, δίκην λύκων ἁρπαξάντων τὰς διανοίας τῶν ἀκεραίων πιστῶν, μετήνεγκαν τὴν πᾶσαν πόλιν εἰς τὴν αὐτῶν αἵρεσιν, οἵ τε ἀρνούμενοι τὴν Ἀποκάλυψιν τοῦ λόγου τούτου εἰς ἀνατροπὴν κατ' ἐκεῖνον καιροῦ ἐστρατεύοντο. Νῦν δὲ διὰ τὸν κύριον ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ, μετὰ χρόνον ἑκατὸν δεκαδύο ἐτῶν, ἔστιν ἡ ἐκκλησία, καὶ αὔξει, καὶ ἄλλαι τινὲς ἐκεῖσε τυγχάνουσι· τότε δὲ ἡ πᾶσα ἐκκλησία ἐκενώθη εἰς τὴν κατὰ Φρύγας. Διὸ καὶ ἐσπούδασε τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀποκαλύψαι ἡμῖν, πῶς ἔμελλε πλανᾶσθαι ἡ ἐκκλησία μετὰ τὸν χρόνον τῶν ἀποστόλων, τοῦ τε Ἰωάννου καὶ τῶν καθεξῆς· ὃς ἦν χρόνος μετὰ τοῦ σωτῆρος ἀνάληψιν ἐπὶ ἐνενήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν, ὡς μελλούσης τῆς ἐκεῖσε ἐκκλησίας πλανᾶσθαι,

rat; cum nimirum in sanctorum corporibus habitet deus, ac dictum illud reipsa praestetur: *Habitabo in illis, et inambulabo.* Verum haud Levit 26, 12. et dubie fidelium mentibus quidam obrepsisset error, nisi spiritalis no- 2. Cor. 6, 16. bis sensus esset illius libri patefactus; ut inde disceremus nihil tubis istis opus esse, sed quicquid hic molitur deus, ad spiritalem sensum oportere transferri; ne scilicet Iudaicarum tubarum ex aere argentove conflatarum quiddam nobis simile fingamus, sed spiritali, ut dictum est, documento sit istud, eorum dogmatum quae ab ecclesia traduntur praedicationem e coelo manasse. Id quod et alio loco declaratur his verbis: *In illa die perstrepent tuba magna.* Nam cum Levit. 25, 9. tubae quaedam prophetae extitisse videntur, tum maior illa tuba sanctissima Christi in evangelio vox fuit. Quamobrem etiam angelis detegendi nobis munus est commissum. *Canet enim tuba,* inquit, 1. Cor. 15, 52. *et mortui resurgent.* Quod si angelorum vobis tubae illae, quae in Apocalypsi leguntur, risu dignae videntur, sequitur etiam alteram illam apud apostolum tubam non minus esse ridiculam: *Descendet,* inquit, *de coelo in novissima tuba, et mortui resurgent in novissimo die, in voce archangeli.* Postquam igitur cum apostolo Paulo apostolus aeque Ioannes in Apocalypsi adeo mirifice consentit, quid est quod ab illis possit opponi? Nonne omnis istorum error subinde dissolvitur, cum ab ambobus hisce sanctis suum deus testimonium editum esse voluerit?

Cap. XXXIII.

Sed instant illorum aliqui, et quod in Apocalypsi legitur reprehendendum putant. Dixit enim, inquiunt, in eo libro, *Scribe an-* Apoc. 2, 18. *gelo ecclesiae Thyatirorum.* Atqui nulla Thyatiris Christianorum ecclesia fuit. Qui igitur ad eam, quae nusquam erat, ecclesiam scripsit? Verum ex illis ipsis, quae adversus veritatem obiiciunt, eidem suffragari confessione sua coguntur. Nam ut illud opponant, nullam iam esse Thyatiris ecclesiam, plane Ioannem afflatu prophetico futura praevidisse significant. Cum enim illic tam haeretici illi quam Phryges habitaverint, et eorum fidelium qui simpliciores sunt animas luporum more diripuerint, oppidum universum ad suam haeresin traduxerunt. Qui cum Apocalypsin, atque omnem illam doctrinam respuerent, ad evertendam religionem vires suas ac velut exercitus compararunt. Iam vero singulari dei beneficio his temporibus accidit, ut post centum ac duodecim annos illic ecclesia cresceret, ad quam aliae deinceps accederent. Tunc vero ecclesia omnis sese in Phrygas exhauserat. Quamobrem spiritus sanctus id aperire potissimum studuit: ecclesiam post apostolorum, hoc est Ioannis, ac ceterorum tempora, ad errorem esse declinaturam, annis post ascensum Christi tribus ac nonaginta, quo tempore in er-

καὶ χωνεύεσθαι ἐν τῇ κατὰ Φρύγας αἱρέσει. Οὕτω γὰρ εὐθὺς διελέγχει ὁ κύριος· Γράψον τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας· τάδε λέγει ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ· οἶδά σου τὴν πίστιν καὶ ἀγάπην, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ ὅτι τὰ ἔσχατά σου πλείονα τῶν πρώτων· ἔχω δὲ κατά σου, ὅτι ἀφεὶς τὴν γυναῖκα Ἰεζάβελ ἀπατᾶν τοὺς δούλους μου, λέγουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκουσαν φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεύειν· καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον μετανοῆσαι, καὶ οὐ θέλει μετανοῆσαι
pag. 456. ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς, οὐχ ὁρᾶτε, ὦ οὗτοι, ὅτι περὶ τῶν γυναικῶν λέγει τῶν ἐν οἰήσει προφητείας ἀπατωμένων καὶ ἀπατωσῶν πολλούς; Φημὶ δὲ περὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας καὶ Κυϊντίλλας, ὧν οὐ λέληθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἡ αὐτῶν ἀπάτη· ἀλλὰ προεθέσπισε προφητικῶς ἐν τῷ στόματι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, ὅπερ ἐγένετο μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου κοίμησιν. Αὐτοῦ δὲ προφητεύσαντος ἐν χρόνοις [1] Κλαυδίου Καίσαρος ἀνωτάτω, ὅτε εἰς τὴν Πάτμον νῆσον ὑπῆρξεν (ὁμολογοῦσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐν Θυατείροις ταῦτα πεπληρῶσθαι), [2] ἄρα γοῦν κατὰ προφητείαν ἔγραφε τοῖς ἐκεῖ ἐν Χριστῷ κατ᾽ ἐκεῖνο πεπολιτευμένοις, ὅτι ἤμελλεν ἑαυτὴν γυνὴ προφῆτιν καλεῖν. Καὶ διέπεσεν ὁ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπεγειρόμενος πανταχόθεν ἐπινενοημένος λόγος, δεικνυμένου τοῦ κατὰ τὴν Ἀποκάλυψιν λόγου προφητικοῦ ὄντος ἐκ πνεύματος ἁγίου κατὰ ἀλήθειαν.

Κεφ. λδ'. Ἐπαίρονται δὲ πάλιν τῇ διανοίᾳ οἱ αὐτοὶ λεξιθηροῦντες ἀπείρως, ἵνα δόξωσι παρεκβάλλειν τὰ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου βιβλία, φημὶ δὲ Ἰωάννου τό τε εὐαγγέλιον καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, τάχα δὲ καὶ τὰς ἐπιστολάς· συνᾴδουσι γὰρ καὶ αὗται τῷ εὐαγγελίῳ καὶ τῇ Ἀποκαλύψει. Καί φασιν ὅτι, Εἶδον, καὶ εἶπε τῷ ἀγγέλῳ, Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς ἐπὶ τοῦ Εὐφράτου· καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τοῦ στρατοῦ, μύριαι μυριάδες καὶ χίλιαι χιλιάδες, καὶ ἦσαν ἐνδεδυμένοι θώρακας πυρίνους καὶ θειώδεις καὶ ὑακινθίνους. Ἐνόμισαν γὰρ οἱ τοιοῦτοι, μή πη ἄρα γελοῖόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια· ἐὰν γὰρ λέγῃ τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς ἐν τῷ Εὐφράτῃ καθεζομένους, ἵνα δείξῃ τὰς τέσσαρας διαφορὰς τῶν ἐκεῖσε ἐθνῶν καθεζομένων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην, οἵτινές εἰσιν Ἀσσύριοι, Βαβυλώνιοι, Μῆδοι καὶ Πέρσαι. Αὗται γὰρ αἱ τέσσαρες βασιλεῖαι κατὰ διαδοχὴν ἐν τῷ Δανιὴλ ἐμφέρονται, [1] ὡς πρῶτοι Ἀσσύριοι ἐβασίλευον, καὶ Βαβυλώνιοι ἐν χρόνοις αὐτοῦ, Μῆδοι δὲ διεδέξαντο, μετ᾽ αὐτοὺς δὲ Πέρσαι, ὧν πρῶτος γέγονε Κῦρος ὁ βασιλεύς. Τὰ γὰρ ἔθνη ὑπὸ ἀγγέλους τεταγμένα εἰσὶν, ὡς ἐπιμαρτυρεῖ μοι Μωϋσῆς ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ θεράπων, τὸν λόγον κατὰ ἀκολουθίαν ἑρμηνεύων καὶ λέγων, Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου καὶ ἀναγ-

Cap. XXXIII. — 1. Mendose pro Domitiano. (*Pelav.*)

rorem incidere, atque in Phrygum haeresin velut eliquari illius loci deberet ecclesia. Unde et coarguendi gratia statim ita dominus loquitur: *Scribe angelo ecclesiae quae est Thyatiris: haec dicit qui* Apoc. 2, 18 sqq.
*habet oculos sicut flammam ignis, et pedes eius similes aurichalco. Novi fidem tuam et caritatem et ministerium, et opera tua novissima plura prioribus. Sed habeo adversus te quia permittis mulierum Iezabel seducere servos meos, quae se dicit prophetissam, docentem manducare idolothyta et fornicari. Et dedi illi tempus, ut poenitentiam ageret, et non vult poenitere a fornicatione sua.* Num illud videre tandem potestis, de mulieribus illorum loqui quae falsa prophetici spiritus persuasione deceptae, quamplurimos deceperunt, hoc est de Priscilla, Maximilla ac Quintilla, quarum fraus latere spiritum sanctum minime potuit, sed per beati Ioannis os fore ista praedixit, quae post eius obitum acciderunt? Qui cum olim imperante Claudio Caesare vaticinium illud ediderit, cum in Patmo insula versaretur (istud vero illi quoque Thyatiris contigisse non negant), omnino Christianis, qui tum illic erant, non sine prophetico instinctu scripsit venturam aliquando mulierem quae se prophetissam appellaret. Ex quo omnis illa ad oppugnandam veritatem comparata ratio corruit; cum Apocalypsis ille liber prophetici esse generis, et a spiritu sancto verissime profectus ostenditur.

Pergunt illi vero imperitissimi vocum aucupatores, ac sese im- Cap. XXXIV.
pudenter efferunt, ut beati apostoli scripta, hoc est Ioannis evangelium et Apocalypsin, non immerito reiicere videantur, adeoque et epistolas ipsas, quae cum evangelio et Apocalypsi consentiunt. Sic igitur obiiciunt: *Vidi,* inquit ille, *et dixit angelo: Solve quatuor* Apoc. 9, 14.
*angelos, qui sunt in Euphrate. Et audivi numerum exercitus decies millies dena millia, et millies mille; et habebant loricas igneas, et sulphureas, et hyacinthinas.* At illi veritati ipsi subesse ridiculum quiddam suspicati sunt. Atqui cum quatuor angelos ad Euphraten collocat, totidem nationes significat, quae ad Euphraten habitant. Cuiusmodi sunt Assyrii, Babylonii, Medi atque Persae. Haec enim imperia quatuor apud Danielem ordine commemorantur. Quorum primi regnarunt Assyrii: tum Babylonii, qui Danielis tempore rerum potiebantur: secuti sunt Medi; ac postremo Persae, quorum primus rex Cyrus extitit. Gentes porro angelis esse subiectas testis et Moyses dei servus, qui Danielis orationem velut interpretans ait: *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi, seniores tuos, et di-* Deut. 32, 7.

2. ἄρα γοῦν *habent libri.*

Cap. XXXIV. — 1. ὧν *volebat Petavius.*

γελεῖ σοι, τοὺς πρεσβυτέρους σου καὶ ἐροῦσί σοι· Ὅτε διεμέριζεν ὁ
pag. 457. ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ· καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Εἰ οὖν τὰ ἔθνη ὑπὸ ἀγγέλους εἰσὶ τεταγμένα, δικαίως εἶπε, Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς ἐν τῷ Εὐφράτῃ καθεζομένους, καὶ ἐπεχομένους ἐπιτρέπειν τοῖς ἔθνεσιν εἰς πόλεμον, ἕως καιροῦ μακροθυμίας κυρίου, ἕως προστάξει δι' αὐτῶν ἐκδικίαν γενέσθαι τῶν αὐτοῦ ἁγίων. Ἐκρατοῦντο γὰρ οἱ ἐπιτεταγμένοι ἄγγελοι ὑπὸ τοῦ πνεύματος, μὴ ἔχοντες καιρὸν ἐπιδρομῆς, διὰ τὸ μήπω λύειν αὐτοῖς τὴν δίκην, τοῦ τὰ λοιπὰ ἔθνη λύεσθαι ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς ἁγίους ὕβρεως. Λύονται δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ ἐπέρχονται τῇ γῇ, ὡς Ἰωάννης προφητεύει καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται. Καὶ γὰρ κινούμενοι οἱ ἄγγελοι κινοῦσι τὰ ἔθνη εἰς ὁρμὴν ἐκδικίας. [2]Ὅτι δὲ πυρίνους καὶ θειώδεις καὶ ὑακινθίνους θώρακας σημαίνει, οὐδεὶς ἀμφιβάλλει. Ἐκεῖνα γὰρ τὰ ἔθνη ἀπὸ τῆς τοιαύτης χρόας ἔχει τὴν ἀμφίασιν. Τὰ μὲν γὰρ θειώδη ἱμάτια χρόα τίς ἐστι μηλίνη οὕτω καλουμένη ἐρέα· τὰ δὲ πύρινα, ἵνα εἴπῃ τὰ κοκκηρὰ ἐνδύματα, καὶ ὑακίνθινα, ἵνα δείξῃ τὴν καλλαΐνην ἐρέαν.

Κεφ. λε'. Ἀλλὰ οὗτοι μὴ δεξάμενοι πνεῦμα ἅγιον ἀνακρίνονται μὲν πνευματικῶς, μὴ νοοῦντες τὰ τοῦ πνεύματος, καὶ κατὰ τὸν λόγον βουλόμενοι λέγειν, καὶ οὐκ εἰδότες τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ χαρίσματα, ἅτινα ἀληθῶς καὶ εὐσταθῶς ἐν παρακολουθήσει καὶ ἐρρωμένῳ νῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διηγήσατο, οἵ τε ἅγιοι προφῆται καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι· ἐν οἷς καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης διὰ τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐκ τοῦ αὐτοῦ χαρίσματος τοῦ ἁγίου μεταδέδωκε Φθάνει δὲ καὶ ἐπ' αὐτοὺς τὸ εἰρημένον ὅτι, Τῷ βλασφημοῦντι εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὐδὲ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὐδὲ ἐν τῷ μέλλοντι. Καὶ γὰρ κατὰ τῶν ῥημάτων τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος εἰρημένων οὗτοι ἐστρατεύσαντο.

Τῶν δὲ τοιούτων καὶ τοσούτων εἰρημένων κατὰ τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ἱκανῶς ἔχειν νομίσας, καὶ ὡς σκολόπενδραν ἢ ἰοῦλον καλούμενον ἑρπετὸν πολύποδα, ὀλίγον μὲν τῇ δυνάμει, τῇ [1]περιοδυνίᾳ τοῦ ἰοῦ, πολύπουν δὲ καὶ [2]μακροείκελον, τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ ἀλη-
pag. 458. θείᾳ καταπατήσαντες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς πάλιν προβαίνοντες σὺν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει ἴωμεν ἀγαπητοί.

2. ὅ τι *rescribit Petavius.*
Cap. XXXV. — 1. *Sic libri. At* *supra haer.* 44, 7. *bis extat* περιωδυνία *scriptum.*

*cent tibi, Quando dividebat altissimus gentes, dispergebat filios Adam. Constituit terminos populorum, iuxta numerum angelorum dei. Et fuit pars domini populus eius Iacob; funiculus hereditatis eius Israel.* Igitur cum angelis nationes subiectae sint, merito dixit, Solve quatuor angelos, qui sedent in Euphrate, ibique detinentur, ut gentes bellis inter sese committant, usque ad tempus patientiae domini, donec per illos sanctos suos vindicari iubeat. Etenim angeli isti, quibus hoc spiritus edicit, coercebantur interim, nec invaden ditempus est illis concessum; quos nondum dei iustitia solvebat, ut ceterae gentes ad persequendam sanctorum iniuriam solverentur. Iidem tamen soluti denique terram obeunt, ut Ioannes ac prophetae ceteri vaticinati sunt. Angeli enim dum commoventur, gentes ipsas ad ulciscendum commovent. Iam cur loricas illis igneas et sulphureas et hyacinthinas tribuat, nemini dubium est, propterea quod hisce coloribus gentium illarum vestes infectae sunt. Nam quod ad sulphureas attinet, melinus iste color est, a quo et lanae quaedam appellantur. Igneae porro vestes coccineas indicant, quemadmodum hyacinthiarum vocabulo callaicae lanae, hoc est ferrugineae, significantur.

At illi cum sancti spiritus expertes sint, eiusdem vi spiritus Cap. XXXV. quae eius sunt nescire facillime iudicantur. Qui cum divino verbo consentanea loqui videri volunt, coelestia illa in ecclesiam collata dona, vaticinia scilicet, ignorant, quae vere ac constanter per eos homines, qui ea quae dicerent intelligerent, ac firma et robusta mente praediti erant, spiritus sanctus exposuit. Quales sancti prophetae et apostoli fuerunt. Quorum e numero b. Ioannes per evangelium suum atque epistolas et Apocalypsin idem coeleste munus impertiit. Ceterum in illos quadrat haec Christi sententia: *Qui bla-* Marc. 3, 29. *sphemaverit in spiritum sanctum, ei neque in praesenti, neque in futuro seculo peccatum remitti.* Nam illi expressissimis spiritus sancti verbis aperte repugnant.

Atque haec adversus illam haeresin hunc in modum copiose disputata sufficere credimus. Quam velut scolopendram, qui et iulus dicitur (serpentis id genus est multipes imbecillum, cuius virus haud magnum affert dolorem, sed et pedes, ut dictum est, plures habet, et oblongum est) cum divina virtute ac veritate protriverimus, ad reliquas, carissimi, cum eadem dei ope progrediamur.

2. μακροσκέλλον *habent editi.*

## ΚΑΤΑ ΑΔΑΜΙΑΝΩΝ,
## λβ' ἢ καὶ νβ'.

Κεφ. α'. *Ἀσφάλακα καλοῦσί τι ζῶον ἐν τῇ γῇ κάτω ἐμφωλεῦον, τετράπουν. [1]Ὀρύττει τὴν γῆν, καὶ ἐν τοῖς μυχοτάτοις αὐτῆς ἔχει τὴν οἴκησιν· τὰ δὲ πάντα τοῦ ζώου ὑπάρχει ὡςεὶ μικροῦ σκύλακος κυνὸς, [2]τὴν περιφέρειαν τῆς ἡλικίας ἔχον, ᾧ οὐδὲ ὅλως ὑπάρχει ὅρασις. Ἐρημωτικὸν δὲ ὂν τὸ ζῶον, κάτωθεν ἐκριζοῦν πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων γεωργήματα, τά τε σικυηρὰ τὰ μάλιστα καὶ τὰ [3]δριμέα φυτεύματα, κρομμύων τε καὶ σκορόδων, βολβῶν καὶ τῶν τοιούτων, κρίνων τε καὶ τῶν ἄλλων· ἐὰν δὲ λαθὸν ἐν τῷ ὀρύττειν φθάσῃ ἐπὶ τῆς γῆς ἔξω εἰς τὸν ἀέρα γενέσθαι, ἢ ἁλοὺς θηρευθείη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, γέλοιόν τι ἐμποιεῖ πᾶσι τοῖς τοῦτο τὸ ζῶον θηρεύσασιν. Ὅυτως καὶ αὐτὸς ἐπιχειρῶ λέγειν περὶ τῆς νυνὶ μετὰ χεῖρας αἱρέσεως, ὡς μὲν κατὰ τὴν καρδίαν τυφλώττει καὶ ἀνοηταίνει, ἐρημίαν δὲ ἑαυτῇ ἐργάζεται, καὶ τὴν σύστασιν ἑαυτῆς κάτωθεν ἐκτέμνει, ῥιζῶν τε πολλῶν, τῶν εἰς αὐτὴν ἐκπεπτωκότων ἀνδρῶν, τὴν λύμην ἀπεργάζεται. Τοῖς δὲ συνετοῖς εἴ ποτε γένοιτο κατοπτευθῆναι αὐτὴν, γέλωτα οὐ τὸν τυχόντα παρασκευάζει· ὡς καὶ τὸ προειρημένον ζῶον διὰ τὴν ἑαυτοῦ τύφλωσιν ἐμπαιζόμενον διὰ τὴν [4]ἀορασίαν, καὶ μὴ εὑρίσκον ποῦ τὴν εἰςαγωγὴν ποιήσασθαι· ὡς καὶ [5]αὕτη ἡ αἵρεσις. Ἐπέθεντο γὰρ ἑαυτοῖς τοῦ Ἀδὰμ τὸ ὄνομα. Τοῦτο δὲ ἀπὸ ἀκοῆς ἀνδρῶν πολλῶν ἀκηκοότες φαμὲν, οὐ γὰρ ἐν συγγράμμασιν ηὕραμεν, ἢ περιετύχομεν τοιούτοις τισί. Πολλῶν οὖν εἰρηκότων ἄξιον καὶ αὐτῆς μνησθῆναι ἐδικαιώσαμεν. Διὸ καὶ δικαίως ταύτην παρεικάσαμεν τῷ προειρημένῳ τυφλῷ [6]ζώῳ καὶ ἀνδράσιν οὐ τάχιον [7]φαινομένῳ, διὰ τὸ κρύβδην ἐν τῇ γῇ εἶναι, καὶ κάτωθεν τὴν λύμην ἐργάζεσθαι. Περιγέλαστος δέ ἐστι, καὶ ἐσκεπτόμην μηδ' ὅλως εἰς ἀριθμὸν αὐτὴν φέρειν· διὰ δὲ τὸ ὅλως ἦχον αὐτῆς εἶναι ἐν κόσμῳ οὐδὲν λυπήσειε τὸν συνετὸν ἀκροατὴν
pag. 459. περὶ πάντων εἰδέναι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ὑπὸ τοῦ διαβόλου ζιζανιωδῶς ἐσπαρμένων. Εἴτε γάρ ἐστιν ἡ τοιαύτη, εἴτε μὴ ἔστι, πολλῶν λεγόντων ἀκηκοότες ἀσφαλείας χάριν καὶ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν εὔλογόν μοι πέφηνε, καὶ μὴ παραλεῖψαι, κἄν τε [8]καταλύεται, καὶ οὐκέτι ὑπάρχῃ. Οὐ γὰρ ἀσφαλῶς ἐπίσταμαι εἰ ἔτι ἔστιν, ἢ μὴ ἔστι. Τί δὲ εἰς μακρὸν*

Cap. I. — 1. ὅπερ ὀρύττει *coniecit Petavius.*

2. *H. e.* τὴν αὐτὴν. — *Ceterum adverte anacoluthiam participii* ἔχον.

3. *Vulgo* δρυμέα.

4. *Ita correxerunt Cornarius et Petavius. Libri habent* ἀκρασίαν.

5. *Libri habent* αὐτὴ.

6. ζώῳ, *quod sententia postulat, rescripsi auctoritate etiam cod. Rhedig. Vulgo extat* ζῶον.

7. *Libri habent* φαινόμενοι.

8. *Suspicor* καταλέλυται — ὑπάρχει.

# CONTRA ADAMIANOS,
## haeresis XXXIII., sive LII.

Talpam genus quoddam animalis nuncupant, quadrupes quod Cap I. sub terra latebras habet, eaque effossa in intimis illius penetralibus domicilium collocat. Est autem canino catulo specie quam simillimum, eodemque staturae ambitu constans, sed visu penitus caret. Idem agris vastitatem adfert, et eorum, quae hominum labore consita sunt, radices evellit, sed cucumerum inprimis, tum quicquid acriorum est seminum, cuiusmodi sunt caepae, allia, bulbi, ceteraque id genus, item lilia, atque alia pleraque. Quod si fodiendo demum ad exteriorem terrae superficiem apertumque aërem pervenerit, aut hominum insidiis captus fuerit, iis a quibus captus est ludicrum de se spectaculum praebet. Idem nobis de ea, quam prae manibus habemus, haeresi dicendum videtur, quae excaecati cordis est ac desipit, sibi vero vastitatem affert; et idipsum, ex quo constat radicitus excidit. Quinetiam radicibus quamplurimis, illis scilicet hominibus, qui ad se confugerint, perniciem consciscit. E contrario vero prudentibus, si in conspectum aliquando venerit, non mediocrem de se risum concitat. Quemadmodum illud, de quo diximus, animal, quod, quia caecum est, nec receptum invenire ullum potest, ab omnibus illuditur. Non absimilis est illius haeresis conditio. Quam qui sequuntur, Adami nomen usurparunt. Hoc autem, quod a multis auditione didicimus, de eo hominum genere proponimus, non ullis scriptorum monumentis compertum, aut cuiusquam ex illo grege usu ac consuetudine perceptum. Quamobrem cum ea quae dicturus sum plerique narraverint, merito huius sectae mentionem aliquam faciendam esse duximus, ac iure eandem cum caeco illo animalculo comparavimus, quod ad hominum aspectum haud ita frequenter erumpit, propterea quod sub terra delitescit, indidemque stirpibus pestem atque exitium molitur. Sed ridicula inprimis haeresis illa est. Ac diu sane dubitavi, num ea ab ceterarum numero excludenda prorsus esset. Verum, quod eius in mundo utcumque sonus exauditur, non erit auditori sapienti molestum, si lolii genera omnia cognoverit quae in orbe terrarum a diabolo disseminata sunt. Sive enim eiusmodi est qualem accepimus, sive non est, tamen cum ita plerosque narrantes audierimus, visum est securitatis caussa non absurdum, si de ea nonnihil ageremus, neque praetermitteremus penitus, tametsi iam eversa foret, nec uspiam resideret; utrum enim supersit necne, nondum exploratum habuimus. Quid autem attinet

ἀποτείνομαι χρόνον τῷ προοιμίῳ χρώμενος πρὸς διήγησιν; Ἄρξομαι τὸ γέλοιον διηγεῖσθαι, μᾶλλον δὲ τὸ πένθος· πένθος, ὅτι πως ὁ διάβολος ἐνῴκησεν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων διανοίᾳ, χλευάσαι τὸ πλάσμα τὸ ἐκ θεοῦ πεπλασμένον, γέλοιον δὲ, περὶ τῶν μήτε ὁρώντων, μήτε τὸ συνετὸν διανενοημένων.

Κεφ. β'. Πρῶτον γάρ φασι τοὺς τοιούτους τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας, ἤτοι φωλεοὺς καὶ σπήλυγγας (οὕτω γὰρ εἴποιμι τὰς τῶν αἱρέσεων συνελεύσεις) ἐν ὑποκαύστοις οἰκοδομεῖσθαι, ὑποκαίειν δὲ κάτω διὰ τὸ εἶναι [1] ἔθμην εἰς θάλψιν τῶν ἔνδον ἐν τῷ οἰκίστῳ συναγομένων. Ἐν δὲ τῷ εἰςιέναι ἱματιοφύλακές εἰσί τινες πρὸς ταῖς θύραις δίκην [2] καμψαρίων ὑπ' αὐτῶν ἐπιτεταγμένοι, καὶ ἕκαστος εἰςιὼν, ἤτοι ἀνὴρ, ἤτοι γυνὴ, ἐκδυόμενος ἔξω εἴςεισι γυμνὸς, ὡς ἀπὸ μητρὸς, ὅλῳ τῷ σώματι, οἵ τε δοκοῦντες αὐτῶν ἀρχηγοὶ καὶ διδάσκαλοι πάντες ὡς ἐκ μητρὸς καθεζόμενοι, οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω, ἀναμὶξ καὶ σποράδην. Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς ἐγκρατεῖς δῆθεν λεγόμενοί τε καὶ κομπάζοντες, καὶ παρθένοι, ὡς ἑαυτοὺς ἀπατῶσι· τάς τε ἀναγνώσεις καὶ τὰ ἄλλα αὐτῶν πάντα γυμνοὶ ὄντες τελοῦσιν. Εἰ δὲ δόξειέ τινα, ὡς καὶ τοῦτο λέγουσιν, ἐν παραπτώματι γενέσθαι, οὐκέτι τοῦτον συνάγουσι. Φάσκουσι γὰρ αὐτὸν τὸν Ἀδὰμ τὸν βεβρωκότα ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ κρίνουσιν ἐξεῶσθαι, ὡς ἀπὸ τοῦ Παραδείσου, τουτέστι τῆς αὐτῶν ἐκκλησίας. Ἡγοῦνται γὰρ τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν εἶναι τὸν Παράδεισον, καὶ αὐτοὺς εἶναι τοὺς περὶ Ἀδὰμ καὶ Εὔαν. Τίνι οὖν τῷ λόγῳ ὑποκαίουσι τὸν οἰκίσκον, ἵνα μὴ τὸ κρύος αὐτῶν ἐφάψηται; Ἀδὰμ γὰρ καὶ Εὔα οὐκ ἐν ὑποκαύστῳ οἴκῳ τὴν δίαιταν εἶχον, οὔτε ἐν φλογμῷ τινι ὑπεπιέζοντο, οὔτε κρύος αὐτοὺς ἐφόρτου. Ἦν δὲ αὐτοῖς ἀὴρ καθαρώτατος καὶ πάσης εὐκρασίας εὐτάκτως ἐκ θεοῦ [3] μεμελημένος, οὔτε ἀπηνότητι ψυχρίας τετονωμένος, οὔτε ἀηδεστάτῃ ἐκπυρώσει καύσωνος ἐπηρτημέ-
pag. 460. νος, διαίτῃ δὲ ἀμβροσίᾳ μάλα ἐκ θεοῦ πεποιημένη. Ὁ χῶρος ἐτέτακτο θυμηδίας καὶ εὐζωΐας [4] πεποιημένος, καὶ οὔτε ῥίγει ὑπέπιπτον, οὔτε καύσωνι, ὡς ἔφην. Τούτων δὲ τοιούτων ἐπιδεομένων μάλα παρ' αὐτοῖς ἡ χλεύη γίνεται.

Κεφ. γ'. Εἶτα δὲ καὶ τὸ ἕτερον σκοπήσωμεν, πῶς ἡ πᾶσα πλάνη διελέγχεται, ὅτι οὐ μίαν ὥραν ἐκεῖνοι γυμνοὶ ἦσαν, ἀλλὰ διηνεκῶς, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. Τούτοις δὲ οὐ διὰ τὸ μὴ αἰσχύνεσθαι ἡ γύμνωσις, κἄν τε οὕτως αὐτοὶ νομίσωσιν, ἀλλ' ἕνεκα ἀκορέστου ἡδονῆς, κόραις ὀφθαλ-

Cap. II. — 1. *V. Hesych. s. v., cum interprr.*

2. *Praeter ea quae Petavius de hoc vocabulo offert, v. etiam Suicerum in Thesauro s. v. et Du Cangium in Glossario Med. et Inf. Latinitatis tom. II, p. 154. ed. Hensch. s. v.* Capsarius, *et inprimis p. 71. s. v.* Campsa, *et in Gloss. Med. et Inf. Graecitatis p. 568. s. v.* Καμψάριος.

in illius narrationis exordio diutius immorari? Age ridiculam illam narrationem, vel luctuosam potius, aggrediamur, luctuosam quidem, quod diabolus in hominum mentibus sedem constituerit, dei ut opificio posset illudere, ridiculam vero, quatenus nihil isti neque vident neque prudenter intelligunt.

Inprimis enim haereticos istos ferunt ecclesias suas, sive latibula potius et cavernas (sic enim haereticorum libet appellare conventicula), in hypocaustis extruere. Quippe subter ignem excitant, ad eos vaporandos ac fovendos qui in illud cubiculum conveniunt. In ingressu vestimentorum custodes pro foribus capsariorum instar appositi sunt. Tum intrantium quisque tam vir quam femina foris vestibus exuens sese toto corpore, perinde ut ex utero matris exiit, nudus ingreditur. Sed qui principes inter illos habentur et magistri, peraeque nudi consident, alii in superiore loco, alii in inferiore, promiscue ac passim. Ad haec nonnulli ex eorum numero sunt, qui scilicet continentes appellantur, idque prae se ferunt, ac virgines habentur, seque ipsos hunc in modum decipiunt. Iam vero lectiones ac reliqua id genus obeunt nudi. Quod si quis, ut dicere solent, in culpam lapsus esse videatur, hunc in conventum suum minime amplius recipiunt. Adamum enim illum esse dicunt qui de ligno comederit, atque e Paradiso, hoc est ecclesia sua, exterminandum iudicant. Nam ecclesiam suam Paradisum esse statuunt, seipsos vero Adamum et Evam. Cur igitur subter cubiculum illud ignem excitant, ne frigore infestentur? Etenim Adamus et Eva neque in hypocausto degebant, neque ardore ullo atque aestu premebantur, nec ullum eis frigus erat molestum, sed purissimo aëre fruebantur ac mirifice a deo temperato, qui nec frigoris atrocitate vehementior, nec molestissimo incendii ardore violentus immineret. Victus iisdem ambrosia erat a deo parata. Locus ipse denique ad omnem erat voluptatem iucunditatemque factus. Ita, ut neque algori neque aestui, quemadmodum diximus, essent obnoxii. At illi cum istiusmodi vitae necessitatibus expositi sint, omnino ridiculi sunt.

Cap. II.

Gen. 3.

Quin illud una considerandum est, quemadmodum ex eo refelli omnis istorum error possit. Nam primi nostri parentes non una duntaxat hora, sed perpetuo nudi sine ullo pudore perseverabant. At isti non quod pudore careant, propterea nudantur, tametsi ita sibi persuadeant, sed id insatiatae libidini tribuunt, quae eiusmodi

Cap. III.

Gen. 3, 7.

3. *Correxi* μεμελημένος. *Nam in libris legitur* μεμερημένος, *quod mendum esse videtur. Cornarius vertit* „et omni temperamento ordinate ex deo refertus."

4. *Vereor ne sit reponendum* πεπλησμένος. *Cornarius:* et diaeta immortalis, et locus ex deo factus ipsis dispositus erat, iucunditate et vitae opulentia redundans *cett.*

μῶν ἐμποιούσης τὴν θέλξιν. Ἀφήρηται γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἡ αἰδὼ, ἡ ἐν πάσαις ἁγίαις γραφαῖς ἐπαινουμένη, καὶ ἀληθῶς πεπλήρωται τὸ παρὰ τῷ προφήτῃ εἰρημένον τὸ, Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχυντήσας πρὸς πάντας. Μετὰ δὲ τὴν ὥραν ἐκείνην ἔξω ἱματίοις ἀμφιέννυνται, καὶ οὐκέτι εἰσὶν [1] ὁ Ἀδάμ. Οὔτε γὰρ εὐθὺς ἐκεῖνος ἱματίοις ηὐπόρησεν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν φύλλα συκῆς, ἔπειτα δὲ χιτῶνας δερματίνους, καὶ ὡς μετὰ πολὺν χρόνον τῆς αὐτῶν ζωῆς ἡ παμποικίλος τοῦ θεοῦ σοφία τὴν εἴδησιν αὐτοῖς ἐνέβαλε τῶν ἀμφίων. Καὶ κατὰ πάντα τρόπον αὐτοὶ χλευασθήσονται, λέγοντες ἑαυτοὺς εἶναι τοὺς περὶ Ἀδὰμ, καταψευδόμενοι ἑαυτῶν, καὶ ἅμα ἀληθεύοντες. Ὅτι μὲν γὰρ οὗτοι Ἀδὰμ οὐχ ὑπάρχουσι, τοῦτο δῆλον ἐκ πολλῶν τεκμηρίων, ὡς καὶ ὑπεδείξαμεν, ὅτι δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ ὄφεως ἐμπαίζονται, τοῦτο δῆλον παρὰ τῆς πεποιημένης αὐτῶν σχηματουργίας, καὶ γυμνώσεως, καὶ αἰσχύνης, καὶ χλεύης. Οὐκ ἄξιον δὲ ἡμᾶς περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τούτων τὴν ἀνατροπήν. Οὔτε γὰρ τὸ ὅμοιον αὐτῶν ζῶον σκευῶν πολεμικῶν ἢ μεγάλων ὅπλων ἐπιδέεται πρὸς ἀναίρεσιν. Διὰ γὰρ μικρᾶς ῥάβδου τοῦτο ἀφανίζεται, πολλάκις δὲ μετὰ τὸ ἀνενεχθῆναι ἐκ τοῦ φωλεοῦ καταλιμπάνεται μόνον, καὶ ἑαυτῷ διαφθείρεται, γελώμενον καὶ ἐμπαιζόμενον, καὶ μὴ εὑρισκόμενον, διὰ τῆς παγγελάστου χλεύης καὶ ἀσέμνου διαγωγῆς καὶ ὑποθέσεως τῆς ληρῳδίας. Τὰς δὲ ἑξῆς διασκοπήσαντες πάλιν εὐξώμεθα θεὸν συνεργεῖν ἡμῖν εἰς τὴν τῶν ἄλλων εὕρεσίν τε καὶ ἀνατροπὴν, καὶ ἡμῶν καὶ τῶν ἐντυγχανόντων σωτηρίαν.

pag. 461.

## ΚΑΤΑ ΣΑΜΨΑΙΩΝ,

### τριακοστὴ τρίτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ τρίτη.

Κεφ. α'. Σαμψαῖοί τινες ἐν τῇ Περαίᾳ, περὶ ὧν ἤδη ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν ἐπεμνήσθημεν, τῶν δὴ καὶ Ἐλκεσαίων καλουμένων, αἵρεσίς τις ὑπάρχει ἐν τῇ Περαίᾳ οὕτω καλουμένῃ χώρᾳ, πέραν τῆς Ἁλυκῆς, ἤτοι Νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης, ἐν τῇ Μωαβίτιδι χώρᾳ, περὶ τὸν χειμάρρουν Ἀρνῶν, καὶ ἐπέκεινα, ἐν τῇ [1] Ἰτουραίᾳ καὶ [2] Ναβαττίδι, ὡς καὶ ἤδη μοι πολλάκις περὶ τούτου δεδήλωται. Οὗτοι γὰρ αὐχοῦσι τὸν Ἠλξαῖον αὐτῶν εἶναι διδάσκαλον, ἔτι δὲ καὶ εἰς δεῦρο τοῦ γένους αὐτοῦ ὑπαρχούσας δύο γυναῖκας προσεκύνουν, ὡς θεὰς δῆθεν, διὰ τὸ εἶναι αὐτὰς ἐκ σπέρματος εὐλογημένου. Κέχρηνται δὲ τῇ βίβλῳ [3] τούτου καὶ Ὀσσαῖοι καὶ Ἐβιωναῖοι καὶ Ναζωραῖοι, ὡς ἤδη πολλάκις εἶπον· φύσει δὲ οὗτοι οἱ Σαμψαῖοι ἐξ αὐτῆς ὁρμῶνται, οὔτε Χριστια-

Cap. III. — 1. *Fortassean* ὃ Ἀδάμ. *scripsit etiam Salmas. in Solin. p.* 433., *quem cf. de hoc loco, si placet.*
Cap. I. — 1. *Libri* Ἰτουρέᾳ.
2. *Corrige* Ναβατίτιδι *vel* Ναβατίδι,

oculis illecebras obiicit. Siquidem omnem illi verecundiam deposuerunt, quae in omnibus sacris scripturis est laudata saepius. Ac verissime in illis prophetae dictum illud impletur: *Fons meretricis facta est tibi, pudorem apud omnes abiecisti.* Ceterum post illam horam foris rursum vestes induunt et Adami esse desinunt. Neque enim is vestium subinde copiam habuit, sed primum ficus folia, deinde pelliceas tunicas. Ita non nisi longo tempore, quam creati fuerant, vestimentorum usum divina illos sapientia perdocuit. Quamobrem omni explodendi ludibrio sunt homines isti, qui sibi Adami conditionem vindicant; in quo partim mentiuntur, partim vera iactitant. Quod enim Adami non sunt, multis, ut ostendimus, est argumentis perspicuum; quod autem ab intelligibili serpente ludificentur, id vero ex affectato illorum habitu ac nuditate, pudendoque ac ridendo illo instituto constat. Enimvero tanti illorum refutationem facere minime convenit. Neque enim animal illud, cui similes sunt, bellicis machinis aut maioribus armis expugnari conficique debet, sed exigua aliqua virga profligatur. Saepe etiam cum ex foramine emerserit, si ibidem destitutum fuerit, per sese extinguitur, risu omnium ac ludibrio vexatum, nec amplius reperitur, posteaquam sic illusum fuerit ac ludicrae occupationis materiem praebuerit. Iam vero ad ceteras considerandas haereses divinam opem rursus imploremus, quo et illas investigare atque evertere possimus, et hoc ipsum tam ad nostram quam ad lectorum salutem referatur.

Hier. 3, 3.

## ADVERSUS SAMPSAEOS,
## haeresis XXXIII., sive LIII.

Cap. I.

Sampsaeorum in ea regione quae Peraea dicitur haeresis quaedam est, qui et Elcesaei vocantur; de quibus in superioribus haeresibus mentionem fecimus. Hi ultra Salsum sive Mortuum mare habitant in Moabitide, ad torrentem Arnon, et in ulteriore tractu, Ituraeae ac Nabattide, de quo saepius iam egisse me memini. Iactant enim illi conditorem sectae suae ac magistrum Elxaeum. E cuius stirpe duas ad hoc tempus mulierculas tanquam deas adorabant, quod ex benedicto semine essent oriundae. Utuntur hoc eorum libro et Ossaei et Ebionaei et Nazaraei, ut non semel antea dixi; sed Sampsaei potissimum illo nituntur. Qui cum nec Christiani sint,

3. *Ita corrigendum esse visum est. Libri habent* ταύτῃ, *quod Cornarium movit ut ante* κέχρηνται *aliquot verba excidisse statueret. Certe in versione eius Latina ante illud vocabulum lacunae signum est conspicuum. — De Elxai propheta eiusque libro v. supra haer.* 19, 1.

νοὶ ὑπάρχοντες, οὔτε Ἰουδαῖοι, οὔτε Ἕλληνες, ἀλλὰ μέσον ἁπλῶς ὑπάρχοντες οὐδέν εἰσι. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλο βιβλίον ἔχειν, τὸ λεγόμενον ἀδελφοῦ τοῦ Ἠλξαΐ. Θεὸν δὲ ἕνα λέγουσι, καὶ δῆθεν αὐτὸν σέβουσι βαπτισμοῖς τισι χρώμενοι· πρόσκεινται δὲ Ἰουδαίοις ἐν ἅπασιν. Ἀπέχονται δὲ καὶ ἐμψύχων τινὲς ἐξ αὐτῶν· ὑπεραποθνήσκουσι δὲ τῶν ἐκ γένους τοῦ Ἠλξαΐ. Καὶ ἐν μὲν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀκηκόειν [4] ὅτι τέθνηκεν ἡ μία γυνὴ ἡ Μαρθοῦς καλουμένη, ἔμεινε δὲ καὶ νῦν Μαρθάνα· εἰ μὴ καὶ αὐτὴ τέθνηκεν. Εἴ ποτε δὲ ἔξοδον εἶχον αἱ τοιαῦταί ποι βαδίζουσαι, συνεπόμενοι οἱ ὄχλοι αὐτῶν τὸν χοῦν τῶν ποδῶν λαμβάνοντες, ἰάσεως δῆθεν ἕνεκεν, τὸν σίελον τῶν πτυσμάτων ὡσαύτως, μεγάλως ἐμπαιζόμενοι ἐχρῶντο ἐν φυλακτηρίοις τε καὶ περιάπτοις. Πᾶσα γὰρ πλάνη ἔσχε πρῶτον τὴν τύφλωσιν, ἔπειτα τὴν κενοφωνίαν. Καὶ οὔτε προφήτας δέχονται οἱ τοιοῦτοι, οὔτε ἀποστόλους· τὰ πάντα δὲ παρ' αὐτοῖς ἠπάτηται. Τετίμηται δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τοῦτο ὡς θεὸν ἡγοῦνται, σχεδὸν φάσκοντες εἶναι τὴν ζωὴν ἐκ τούτου. Χριστὸν δὲ ὀνόματι ὁμολογοῦσι, κτίσμα αὐτὸν ἡγούμενοι, καὶ ἀεί ποτε φαινόμενον, καὶ πρῶτον μὲν πεπλάσθαι [5] αὐτὸν τὸ σῶμα τοῦ Ἀδάμ,
pag. 462. καὶ πάλιν ἐνδύεσθαι, ὅτε βούλεται· καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν Χριστὸν, καὶ εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀδελφὴν αὐτοῦ, θηλυκῷ σχήματι ὑπάρχουσαν, ἐνενηκονταὲξ μιλίων τὸ ὕψος ἕκαστον αὐτῶν [6] ἔχον, ὅ τε Χριστὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ τὸ πλάτος εἰκοσιτεσσάρων καὶ πολλὰ ληρώδη ἕτερα.

Κεφ. β'. Ἤδη δὲ περὶ τούτου πολλάκις ἐν ἄλλαις αἱρέσεσι διηγούμενος τὰς ἀνατροπὰς πεποίημαι, διὸ οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμην περὶ πολλοῦ ποιήσασθαι τὴν περὶ τούτων ζήτησιν τῆς ἀνατροπῆς, ὡς ἤδη ἡμῶν ἐργασαμένων εἰς αὐτὸν τὸν Ἠλξαῖον, εἴτ' οὖν Ἠλξαΐ, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ταῖς ἄλλαις προδεδηλωμέναις αἱρέσεσι. Πᾶσι γὰρ φωρατὸς ὁ τοιοῦτος καὶ ἡ ἐξ αὐτοῦ αἵρεσις, ὅτι πεπλάνηται. Ὡς οὖν [1] σαύραν ἡλιακὴν πεπαικότες ῥάβδῳ ἐλπίδος Χριστοῦ καὶ τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν. Ἄξιον γάρ ἐστιν, ᾧ ὀνόματι ἑαυτοὺς καὶ οὗτοι ὠνόμασαν, τῷ αὐτῷ κεχρῆσθαι αἰνίγματι εἰς φράσιν τῆς αὐτῶν παραπεποιημένης ἐπωνυμίας. Σαμψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται Ἡλιακοί. Διὸ καὶ τοῦ ζώου ἐπεμνήσθημεν. Ταύτην γὰρ [2] σαύραν οὕτω κικλήσκουσιν ἡλιακὴν οἱ ἄνθρωποι. Χείρων δὲ αἵρεσις αὕτη τῆς σαύρας, μηδὲ τὸ ἀκαριαῖον τῆς ὠφελείας ἑαυτῆς ἔχουσα. Ἐκείνη γὰρ ἀμβλυωπήσασα χρόνῳ ἀνα-

4. *Vulgo* ὅτε.
5. *Fortassean* αὐτῷ *vel* αὑτῷ. *Cornarius:* Et primum quidem formatum esse ipsum in corpus Adam, et rursus induere *cett.*

nec Iudaei, nec gentiles, medii cuiusdam generis, sive potius nihil omnino sunt. Quinetiam alium habere se librum praedicant quem fratri Elxaei tribuunt. Unum esse deum asserunt, ac certis usurpatis baptismis eundem venerantur. Iudaeis porro in omnibus adhaerescunt. Sunt inter eos qui ab animatis omnibus abstinent. Pro Elxai vero stirpe morti sese committere non dubitant. Ceterum per id tempus audieram unam e duabus illis feminam obiisse, quae Martho nominabatur, superstite adhuc Marthana; nisi iam et ipsa decesserit. Ambas illas quoties domo progressae aliquo se conferrent, ingens hominum multitudo comitabatur, qui non modo pedum pulverem, sed et sputa, morborum ad remedia colligentes non sine magno ludibrio ad amuleta et phylacteria reservabant. Siquidem error omnis caecitate primum, tum vanitate et arrogantia laborat. Iidem illi prophetas non minus quam apostolos reiiciunt, et, ut summatim dicam, fraudibus ac mendaciis illorum omnia sunt referta. Aquam magnopere venerantur ac propemodum instar numinis habent, quod ab ea propagatam esse vitam asserunt. Christum verbo tenus confitentur, quem creaturam esse putant, et identidem apparere. Ac primum Adami corpus fabricasse, rursumque, cum ei visum est, induere. Ei Christo nomen esse: huius sororem spiritum esse sanctum, muliebri videlicet specie. Utrumque vero, tam Christum quam spiritum sanctum, nonaginta sex millarium altitudine, viginti quatuor latitudine constare. Ad haec innumeras alias nugas adiiciunt.

Sed de istiusmodi dogmate cum in aliis haeresibus crebro mentionem iniecerim, quemadmodum confutandum esset ostendimus. Cap. II.
Quo minus necessarium existimavi in eo refellendo magnopere commorari, cum id iam in antecedentibus haeresibus, tam adversus Elxaeum, sive Elxai, quam eius sectarios sit abunde praestitum. Accedit neminem esse qui non et hunc et huius haeresin a veritate plurimum aberrare cognoscat. Quocirca cum solarem illam lacertam spei in Christo et crucis virga percusserimus, ad ceteras pergamus. Est enim rationi consentaneum ut quo nomine seipsos afficiunt, idem ad illos adumbrandos atque ementitam illam appellationem declarandam adhibeamus. Sampsaei quippe idem ac Solares significant. Unde et illius animalis meminimus. Nam eiusmodi lacertam solarem homines nuncupant. Quamquam longe haec haeresis lacerta deterior est, quae ne minimum quidem utilitati suae consulit. At lacerta, cum oculi caligare coeperint, aliquanto postea vi-

6. *Repono* ἔχοντα, τόν τε Χριστὸν *vel* ἔχειν τόν τε Χριστὸν.

Cap. II. — 1. *Libri* σαῦραν.
2. *Libri* σαῦραν.

βλέπει, διὰ ἡλιακῆς στροφάλιγγος ἐν φωλεῷ πρὸς ἀνατολὴν προσέχοντι ἑαυτὴν προσθλίψασα καὶ νηστεύσασα, πρὸς ἀνατολὴν κατανοοῦσα. Αὕτη δὲ, φημὶ ἡ αἵρεσις, ἐν ἅπασιν ἀφροσύνην κέκτηται τοῦ ζώου, οὐ μὴν κἂν τὸ ὀλίγον τοῦ ἐπαίνου. Ὡς οὖν καὶ αὕτη ἡ αἵρεσις, [3] σαύρα ἡμῖν λεχθεῖσα ἡλιακὴ, καὶ καταπατηθεῖσα ὑπὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ μενέτω, μηδὲν κατισχύουσα [4] περὶ θεοῦ ἀληθείας· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὰς ἄλλας, ὡς εἴπομεν, ἐξορμήσωμεν.

## ΚΑΤΑ ΘΕΟΔΟΤΙΑΝΩΝ,

### τριακοστὴ τετάρτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ τετάρτη.

Κεφ. α'. Ἀνέστη πάλιν Θεόδοτός τις, ἀπόσπασμα ὑπάρχων ἐκ τῆς προειρημένης Ἀλόγου αἱρέσεως, τῆς ἀρνουμένης τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέ-
pag. 463. λιον, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ἐν ἀρχῇ ὄντα θεὸν λόγον, καὶ τὴν αὐτοῦ Ἀποκάλυψιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι ταῖς προειρημέναις συγγενόμενός τε καὶ συνυπάρξας, καὶ κατὰ τὸν χρόνον αὐτὰς διαδεξάμενος, ἐξ οὗπερ οἱ Θεοδοτιανοὶ καλούμενοι. Καὶ εἰ μὲν ὑπάρχει ἡ αἵρεσις ἔτι αὕτη [1] ἀγνοοῦμεν, τὰ δὲ εἰς ἡμᾶς ἀπὸ συγγραμμάτων ἐλθόντα ἐροῦμεν.

Οὗτος ὁ Θεόδοτος ἀπὸ Βυζαντίου μὲν ὡρμᾶτο, τῆς νυνὶ καλουμένης Κωνσταντίνου πόλεως, σκυτεὺς τὴν τέχνην, πολυμαθὴς δὲ τῷ λόγῳ. Οὗτος ἅμα τισὶ πλείοσιν ἐν καιρῷ διωγμοῦ ἐνστάντος, οὐκ οἶδα εἰπεῖν [2] ἐν τῷ τοιούτῳ διωγμῷ, ἀπὸ τοῦ τῆς πόλεως ἄρχοντος συλληφθεὶς μετὰ πλειόνων καὶ ἐξετασθεὶς σὺν τοῖς ἄλλοις ὑπὲρ Χριστοῦ, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες θεοῦ δοῦλοι τὸ νῖκος ἀπενεγκάμενοι βραβείων ἔτυχον ἐπουρανίων, ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντες, οὗτος δὲ Χριστὸν ἀρνησάμενος, καὶ παραπεσὼν τοῦ σκοποῦ τῆς ἀληθείας, ἐν παρεκβάσει γεγένηται, καὶ ἀπὸ αἰσχύνης πολλῆς ὑπὸ πολλῶν ὀνειδιζόμενος ἀπέδρασε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος, καὶ ἀναβὰς εἰς Ῥώμην ἐκεῖσε διέτριβεν. Ὑπό τινος δὲ ἐπιγνωσθεὶς τῶν ἐν Ῥώμῃ καὶ πάλιν καὶ ἐκεῖ τῷ αὐτῷ ὀνείδει ὑποπίπτει, διὰ τὸ [3] ἐγκαλεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν αὐτὸν εἰδότων ἕνεκεν τῆς πολυμαθείας, ὅτι ἀνὴρ πολυμαθής [4] πως ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας. Εἰς ἑαυτοῦ δὲ δῆθεν κακὴν ἀπολογίαν ἐπινενόηκε τουτὶ τὸ κενὸν δόγμα, φήσας ὅτι, Θεὸν ἐγὼ οὐκ ἠρνησάμην, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἠρνησάμην. Εἶτα ἐρωτώμενος ποῖον ἄνθρωπον, ἀποκρίνεται λέγων, Χριστὸν ἠρνησάμην ἄνθρωπον. Ἐντεῦθεν οὕτως ἑαυτῷ ἐδογμά-

3. *Libri* σαῦρα.
4. τῆς περὶ *volebat Petavius.*
Cap. I. — 1. ἀγνοοῦμεν *rescripsi ex emendatione Petavii. Vulgo* ἀγνοουμένη. *Ita Cornarius vertit:* Et quamvis haeresis haec adhuc sit ignota, tamen *cett.*

sum solaris circuitus beneficio recipit. Nam in angustum foramen, quod ad orientem obversum est, subiens sese comprimit, pabuli expers, et ad orientem respiciens. Contra haeresis ista stoliditatem quidem in omnibus animalis huius exprimit, quod in eo vero laudabile est, ne minima quidem ex parte obtinet. Igitur quae a nobis haeresis *lacerta solaris* appellatur, a veritate proculcata modo relinquatur, cum nihil adversus divinam veritatem efficere potuerit. Nos interim ad alias, ut dictum est, progrediamur.

## CONTRA THEODOTIANOS,
## haeresis XXXIV., sive LIV.

Theodotus iterum nescio quis emersit, velut appendix quaedam illius haeresis quam Alogorum nomine comprehendimus, quae Ioannis evangelium et deum illum verbum, quod a principio ibidem fuisse dicitur, nec non et Apocalypsin respuit. Sed et aliarum ante commemoratarum haereseon consuetudine usus est Theodotus, et eodem tempore vixit, atque illis postea successit, a quo Theodotiani nomen acceperunt. Iam vero sitne hodie superstes haec haeresis plane nescimus: quae quidem librorum monumentis ad nostram memoriam commendata pervenerunt, ea narrabimus. Cap. I.

Theodotus igitur iste Byzantio oriundus, quae hodie Constantinopolis dicitur, arte coriarius erat, homo apprime literis eruditus. Qui cum aliis plerisque ineunte persecutione comprehensus (quaenam vero ea persecutio fuerit, nondum comperi), sed tum ab urbis praefecto cum pluribus correptus, cum de omnibus quaestio ob Christi nomen haberetur, ceteri quidem dei famuli reportata victoria coeleste praemium consecuti sunt, martyrio pro Christo perfuncti. At ille Christum negans, et a scopo veritatis excidens, transgressor est factus. Qua ex re cum probro omnium appetitus pudorem sustinere non posset, relicta patria profugus Romam contendit, et illic habitavit. Sed et Romae a quodam agnitus in eandem ignominiam incidit, cum qui illum ob insignem eruditionem noverant, ob id eum incusarent, quod homo excellenti doctrina praeditus a veritate excidisset. Quare ad sui excusationem vanum dogma commentus est, atque ita iactare coepit. Ego, inquit, non deum negavi, sed hominem. Interrogatus quem demum hominem, Christum, inquit, hominem negavi. Hinc praedicandae falsae huius opinionis occasio-

2. *ἐν ὁποίῳ διωγμῷ rescribendum esse videbatur Petavio, non advertenti, suspicor, illud τῷ pro τίνι esse positum.*

3. *ἐγκαλεῖσθαι rescripsi cum Petavio pro ἐκκαλεῖσθαι, quod vulgo extat.*

4. *Vulgo πῶς. Quod ferri potest.*

τισε δόγμα, καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ συσταθέντες Θεοδοτιανοὶ, ψιλὸν ἄνθρωπον φάσκοντες εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεγενῆσθαι. Εἶτα εἰς κακὴν ἑαυτοῦ ἀπολογίαν ὅσαπερ χρήσιμα εὗρεν, οὐχ ἁγνῶς οἰόμενος, ἀλλὰ προφάσει τῆς ἑαυτοῦ παρεκτροπῆς, ταῦτα ἑαυτῷ ἐπισωρεύων συνήγαγεν, ὅτι, φησὶν, Ὁ κύριος ἔφη, Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα. Ὁρᾷς, φησὶν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν.

Κεφ. β'. Ἀλλὰ οὐκ ἔγνω ὁ τάλας ὅτι ἐν ταὐτῷ ὁ Χριστὸς λέγει, Τὴν ἀλήθειαν, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου. Πατέρα δὲ ἑαυτοῦ λέγει θεόν· οὐ γὰρ ἄνθρωπον. Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώπου ἀκήκοεν, οὐκ ἐκαυχᾶτο τῇ μαρτυρίᾳ τῆς ἀληθείας, λέγων παρὰ ἀνθρώπων τὴν ἀλήθειαν ἀκηκοέναι· ἀλλ᾽ ἵνα σημάνῃ θεὸν αὐτὸν ὄντα ἐκ πατρὸς ἄνωθεν γεγεννημένον, ἄνθρωπον δὲ δι᾽ ἡμᾶς γενόμενον, καὶ σαρκὶ ἀποκτανθέντα, θεότητι δὲ ἀεὶ ζῶντα. Εἶτά φησι μηδὲ ἁμαρτίαν πεποιηκέναι ἀρνησάμενον τὸν Χριστὸν, αὐτοῦ, φησὶ, τοῦ Χριστοῦ εἰπόντος, Πᾶσα βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὁ λέγων λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀφεθήσεται αὐτῷ, τῷ δὲ βλασφημοῦντι εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ. Καὶ ἀγνοεῖ ὁ ἐλεεινὸς ἄνθρωπος ὅτι βουλόμενος ὁ κύριος ἀσφαλίσασθαι τὴν σωτηρίαν τὴν τῶν ποτε αὐτὸν βλασφημησάντων καὶ ἐπανακαμπτόντων εἰς μετάνοιαν, ἵνα μὴ ὁρίσῃ αὐτοῖς καταδίκην, τὸν λόγον προθεσπίζει δι᾽ ὑπερβολὴν πρᾳότητος καὶ φιλανθρωπίας, καὶ διὰ τὸ εἰδέναι αὐτὸν μέλλοντάς τινας ἐπανίστασθαι καὶ βλασφημεῖν τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἐν τάξει δούλου αὐτὸ ὁρίζεσθαι, καὶ κτιστὸν καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας. Διὸ ἐπασφαλιζόμενός φησιν, Ὁ δὲ βλασφημῶν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, οὐκ ἐπαινῶν τοὺς βλασφημοῦντας αὐτὸν, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ πρόγνωσιν καὶ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν δείκνυσι προασφαλιζομένην τὴν σωτηρίαν ἀπὸ βλασφημίας [1] αὐτοῦ μετανοούντων. Αὐτὸς γὰρ πάλιν φησὶν, Ὁ ἀρνησάμενός με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνηθήσεται ἐνώπιον τοῦ πατρός μου· καὶ πάλιν, Ἀρνήσομαι αὐτόν· καὶ πάλιν, Ὁ ὁμολογῶν ἐν ἐμοὶ, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρός μου.

Κεφ. γ'. Καὶ πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς Θεόδοτός φησι, Καὶ ὁ νόμος περὶ αὐτοῦ ἔφη, Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἐγερεῖ κύριος, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσετε. Μωϋσῆς δὲ ἦν ἄνθρωπος· ὁ δὲ ἐκ θεοῦ ἐγειρόμενος, φησὶ, Χριστὸς οὗτος οὐκ ἦν θεὸς, ἀλλὰ ἄνθρωπος, ἐπειδὴ ἐξ αὐτῶν ἦν,

Cap. II. — 1. αὐτοῦ *ego rescripsi. Petavius conjiciebat* τῶν. *Libri habent*

nem accepit, ut et Theodotiani, quorum ille auctor extitit. Qui nudum hominem esse Christum afferunt, atque ex humano semine genitum. Deinde quae ad erroris sui patrocinium accommodata reperit, non casto ac sincero mentis iudicio, sed ut impietatis suae speciem aliquam et colorem quaereret, undique arcessita collegit. Veluti quod a domino dictum est: *Nunc autem quaeritis me interfi-* Ioann. 8, 40. *cere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum.* Vides, inquit, hominem illum esse.

Verum quod in eodem loco Christus usurpavit, infelix ignorat: Cap. II. *Veritatem quam audivi a patre meo.* Quibus patrem suum appellat deum, non hominem utique. Nam si ab homine illud audiisset, nequaquam veritatis testimonio gloriaretur, ut ab hominibus veritatem se accipere diceret. Sed ideo ista dixit, ut esse se deum ostenderet a patre initio genitum, hominemque nostra caussa factum, itaque, quod ad carnem attinet, interfectum, ut divinitate perpetuo viveret. Addebat nullum se in eo peccatum admisisse, quod Christum negasset, quandoquidem ita Christus ipse locutus est, *Omnes blasphemia remittetur hominibus, et qui dixerit verbum in filium hominis, remit-* Matth. 12, 31. *tetur ei. Qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum, non remittetur ei.* Sed nimirum miserrimus homo non intelligit Christum dominum, cum eorum qui in se olim contumeliosi fuerant et ad poenitentiam sese traduxerant, confirmare salutem cuperet, ne ullam adversus eos poenam constitueret, pro sua incredibili humanitate ac clementia oraculum illud edidisse. Quod autem nonnullos fore cognosceret qui in spiritum sanctum insurgerent ac blasphemiis appeterent, quique et ad servilem conditionem redigerent, et creatum atque a dei natura alienum esse dicerent, quo hunc errorem excluderet, adiecit: *Qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro seculo.* In quo non eos qui se blasphemarent laudare voluit, sed praescientiam suam humanitatemque monstravit, quae eorum qui post blasphemiam poenitentiam suscepissent, stabiliendae saluti consuleret. Etenim idem alio loco dixit, *Qui negaverit me coram hominibus, negabitur coram patre* Luc. 12, 9. *meo:* item, *Negabo illum.* Contra, *Qui me confessus fuerit, confi-* Matth. 10, 33. *tebor ipsum coram patre meo.*

Obiicit praeterea Theodotus: Lex ita de Christo narrat, *Prophe-* Cap. III. *tam e fratribus vestris suscitabit dominus tanquam me: ipsum audietis.* Deut. 18, 15. Atqui Moses homo erat. Quare qui a deo suscitatus est, Christus iste, non deus erat, sed homo; quandoquidem a Iudaeis ipsis oriundus erat,

αὑτοὺς. *Recte Cornarius, vertens:* quae certos facit de salute eos qui a blasphemia eius poenitentiam agunt.

ὡς καὶ Μωϋσῆς ἄνθρωπος ἦν. Καὶ οὐκ οἶδεν ἐν ἑαυτῷ ὁ ἐν παραπτώματι γεγονὸς Θεόδοτος πῶς πάλιν ἑκάστη λέξις ἔχει τὴν ἑαυτῆς ἀσφάλειαν, ὅτι μὲν ἐξ ἀδελφῶν αὐτὸν ἤγειρε κύριος διὰ τὸ ἐκ Μαρίας
pag. 465. αὐτὸν γεγεννῆσθαι, ὡς λέγει, Ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ παρθένος μένουσα ἐν γαστρὶ ἕξει, οὐκ ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς, καὶ τέξεται υἱὸν, δῆλον ἐν σαρκὶ τὸ γέννημα ἀπὸ παρθένου γεννώμενον, ἀλλὰ, Καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὃ ἑρμηνεύεται, Θεὸς μεθ' ἡμῶν· ἔστι γὰρ θεὸς ἄνθρωπος, ἀπὸ πατρὸς μὲν γεννηθεὶς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ἄνθρωπος δὲ ἀπὸ Μαρίας, διὰ τὴν ἔνσαρκα παρουσίαν. Εἶτα, φησὶ, καὶ αὐτὸ τὸ εὐαγγέλιον ἔφη τῇ Μαρίᾳ, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ οὐκ εἶπε, Πνεῦμα κυρίου γενήσεται ἐν σοί. Διὸ ἐκ πανταχόθεν φιλονεικῶν ὁ ἀνόητος ἄνθρωπος ἐκπίπτει τῆς ἀληθείας. Ἀσφαλιζομένη γὰρ ἡ γραφὴ πανταχόθεν τὴν ἡμετέραν ζωὴν, ἵνα τὴν τριάδα δείξῃ πάντη τε καὶ ἐν παντὶ εἴδει συνοῦσαν ἑαυτῇ καὶ συνεργοῦσαν, ἵνα μή τινες εἴπωσιν, ὡς καὶ πολλοὶ προφασίζονται ἑαυτοῖς κακὰ, ἀλλοτριοῦντες τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ καὶ πατρὸς, τούτου ἕνεκεν ὁ ἄγγελος λέγει τῇ Μαριὰμ, πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Καὶ οὐκ εἶπε μόνον, Τὸ γεννώμενον, ἀλλὰ, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον. Ἵνα δείξῃ ἄνωθεν θεὸν λόγον καὶ ἐν μήτρᾳ γεννώμενον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν, καὶ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ εὐδοκίαν, καὶ δι' ἣν ᾠκονόμησεν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν εἰς ἡμῶν σωτηρίαν, προστίθησι, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Εἰ γὰρ εἶπε, Πνεῦμα ἅγιον εἰςελεύσεται εἰς σὲ, οὐκέτι υἱὸν θεοῦ ἦν ἡγεῖσθαι ἐν σαρκὶ παραγεγονότα, ἀλλὰ πνεῦμα ἅγιον ἐν σαρκὶ παραγεγονέναι. Ὅτι δὲ ἄνωθέν ἐστιν ἐλθὼν ὁ λόγος, Ἰωάννης σαφηνίσας τὴν τοῦ ἀγγέλου εὐαγγελικὴν φωνὴν λέγει, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Εἶτα μετὰ ταῦτα, Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ οὐκ εἶπε, Τὸ πνεῦμα σὰρξ ἐγένετο, οὐδὲ εἶπε, Χριστὸς ἄνθρωπος ἐγεννήθη. Πάντη γὰρ ἀσφαλιζομένη ἡ θεία γραφὴ θεὸν καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ἐπίσταται, θεὸν ἀπὸ θεοῦ ἄνωθεν ἥκοντα, ἄνθρωπον ἀπὸ
pag. 466. Μαρίας ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννημένον. Τῶν δὲ δύο τούτων ἀληθινῶν ὁ ἐκτὸς βαίνων οὐχ ὑπάρχει τῆς ἀληθείας.

Κεφ. δ'. Προφασίζεται πάλιν ὁ τάλας Θεόδοτος, λέγων ὅτι καὶ ὁ Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ ἔφη ὅτι, Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Καὶ

quemadmodum et Moses homo fuit. Verum nescit impius ille desertor Theodotus quam egregie unaquaeque dictio sua cautione munita sit. Nam quod e fratribus illum dominus excitavit, eo referendum est quod e Maria sit genitus. Quo sensu illud accipiendum est: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium. Virgo*, inquam, *manens*, *in utero* Isai. 7, 14.
*habebit*, non ex viri semine, filiumque pariet, fetum utique carne praeditum, et a virgine genitum. Ad haec, *Nomen eius vocabunt Emmanuel,* quod interpretatur, *Nobiscum deus.* Est enim homo deus a patre nullo neque principio neque tempore genitus, et ex Maria factus homo, quatenus carne praeditus advenit. Sed et illud opponit, quod in evangelio Mariae responsum legitur: *Spiritus domini* Luc. 1, 35.
*super veniet in te.* Non enim dixit, *Spiritus domini erit in te.* Hunc in modum stolidus homuncio ubique studio contentionis elatus veritate desciscit. Etenim scriptura sacra, quo vitam nostram undequaque firmaret, utque sacrosanctam triadem ubique et in omni actionum genere convenire secum ipsam ac communiter efficere declararet, ac ne qui fortasse iactare aliquid possent, quod a pluribus usurpatum est qui pravorum dogmatum occasiones sibi captarunt, et a Christo simul ac patre spiritum sanctum abalienarunt, propterea sic Mariam angelum allocutum esse scriptura commemorat: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei.* Nec id solum dixit, *Quod nascetur,* sed, *Ideo et quod nascetur,* deum ut verbum a principio fuisse monstraret, et in matris utero genitum, cum naturam hominis sponte sua ac voluntate suscepit. Ut igitur salutis nostrae gratia totum illud naturae susceptae negotium administratum intelligeres, ista subiecit: *Ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur filius dei.* Quod si ita dixisset, *Spiritus sanctus ingredietur in te,* non iam dei filius carne praeditus, sed spiritus sanctus venisse crederetur. Quod autem e coelo verbum advenerit, Ioannes evangelicam illam usurpatam ab angelo vocem explicans ita testatur: *In* Ioann. 1, 1.
*principio erat Verbum, et Verbum erat apud deum, et deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Deinde paulo post: *Et Verbum caro factum est.* Non dixit, *Spiritus caro factus est:* ac ne illud quidem: *Christus homo genitus est.* Quippe scriptura, sacra omni ex parte munita stabilitaque eundem deum atque hominem agnoscit, deum quidem a deo coelitus profectum, hominem vero sine virili semine a Maria progenitum. Qui extra haec duo longe verissima graditur, a veritate est alienus.

Aliud insuper Theodotus opponit, quod de ipso Ieremias pro- Cap. IV.
nuntiavit, *Homo est, et quis cognoscet illum?* Nec intelligit, pro Ier. 17, 9.

οὐκ οἶδεν ὁ ἑαυτὸν τῆς ἀληθείας ἀποξενώσας ὅτι, ὡς ἔφην, ἑκάστη λέξις ἔχει τῆς ἑαυτῆς δυνάμεως τὴν ἑρμηνείαν. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὢν πάντως ὑπὸ πολλῶν γινώσκεται τῶν αὐτὸν γινωσκόντων, φημὶ δὲ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἀδελφῶν τε καὶ συγγενῶν, συσκήνων τε καὶ γειτόνων, πολιτῶν τε καὶ οἰκετῶν. Ἐνταῦθα δὲ ἡ γραφὴ τὸ θαυμαστὸν διηγουμένη τῆς ὅλης αὐτοῦ πραγματείας ἄνθρωπον μὲν ἔφη διὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν· τὸ, Τίς δὲ γνώσεται αὐτόν; ἐσήμανε περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος τῆς ἀκαταλήπτου. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ τὸν πατέρα οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν ἀποκαλύψῃ, οὐδεὶς οὖν γνώσεται αὐτὸν, ἐὰν μὴ αὐτῷ ἀποκαλύψῃ. Ἀποκαλύπτει δὲ δι' ἁγίου πνεύματος τοῖς αὐτοῦ δούλοις τὴν αὐτοῦ καὶ τὴν τοῦ αὐτοῦ πατρὸς θεότητα καὶ δόξαν, καὶ τὴν αὐτοῦ ζωὴν αἰώνιον τὴν μέλλουσαν, καὶ τὰ αὐτοῦ μυστήρια καὶ διδασκαλίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ δι' ἡμᾶς ἔνσαρκον ἀληθῆ παρουσίαν, ὅτι θεὸς ἄνωθεν, καὶ ἄνθρωπος ἀπὸ Μαρίας.

Κεφ. ε΄. Εἶτα ὁ αὐτὸς πάλιν φησὶ Θεόδοτος ὅτι καὶ Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ ἔφη ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτως εἰπὼν, Ἄνθρωπος εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· καὶ εἴδομεν αὐτὸν ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει, καὶ ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Ἀλλ' οὐκ οἶδε πῶς πάλιν ἐλέγχεται ὁ κτηνώδης. Ἐν αὐταῖς γὰρ ταῖς λέξεσιν Ἡσαΐας οὕτως εἶπεν, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Εἶτά φησι, Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς τῶν ἀνθρώπων ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Καὶ οὐκ εἶπεν, Αἴρεται ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀλλὰ, Ἀπὸ ἀνθρώπων. Ἀεὶ γὰρ ὁ λόγος ζῶν ὑπάρχων, καὶ τὸ ζῆν ἐφ' ἑαυτοῦ ἔχων, καὶ ζωὴν τοῖς αὐτὸν ἀγαπῶσι διδούς· ἐξ ἀνθρώπων μὲν ἡ ζωὴ αὐτῷ ἤρθη, ἀφ' ἑαυτοῦ ζωὴ ὤν. Ζωὴ γὰρ ὁ λόγος, καὶ πᾶσι ζωὴν παρέχων τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίσασιν ἐν ἀληθείᾳ. Καὶ τὸ, Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; εἰ ἦν ἄνθρω-
pag. 467. πος ψιλὸς ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένος, εὐδιήγητος ἄρα ἦν ἡ αὐτοῦ γέννησις. Ἐπειδὴ δὲ ἔστι πρὸ τοῦ Δαβὶδ, πρὸ τοῦ Ἀβραάμ· Ἀβραὰμ γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν, φησὶν, ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν μου, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη, εἶτα αὐτῶν θαυμαζόντων καὶ λεγόντων, Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ τὸν Ἀβραὰμ ἑώρακας; ἐλέγχων Θεόδοτον καὶ τοὺς ἀπίστους καὶ ἐπαρνησιθέους Ἰουδαίους ἔφη, Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ὅτι πρὸ Ἀβραὰμ ἐγώ εἰμι. Ἦν γὰρ πρὸ Ἀβραὰμ ἀληθῶς, καὶ πρὸ Νῶε, καὶ πρὸ Ἀδὰμ, καὶ πρὸ τοῦ κόσμου, καὶ πρὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πρὸ τοῦ χρόνου [1] τοῦ κόσμου παντὸς καὶ κτισμάτων. Διὸ ἄχρονος ὢν καὶ ἄφραστος καταγγέλλεται ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ

Cap. V. — 1. *Libri habent* τοῦ κόσμου, πρὸ παντὸς (προπαντὸς *cod. Rhe-*

eo atque a veritate remotus est, unamquamque dictionem notionis suae ac potestatis interpretationem habere coniunctam. Nam qui homo sit, plane a plerisque cognoscitur quibus haud ignotus esse potest, puta ab utroque parente, fratribus, cognatis, contubernalibus, vicinis, civibus ac servis. At illic scriptura totius ab illo suscepti negotii miraculum explicans hominem quidem propter assumptam carnem nominat: iisce porro verbis: *Quis cognoscet illum?* ad eius divinitatem, quae comprehendi nequit, declarandam uti voluit. Nam cum *Filium nemo norit nisi pater, neque patrem norit ullus, nisi filius, et is cui revelavit,* sequitur, ne ipsum quidem, nisi cui revelaverit, ab ullo posse cognosci. Ceterum patris ille sui ac suam adeo divinitatem et gloriam servis suis per spiritum sanctum revelat, necnon et futuram illam sempiternam vitam, reliquaque mysteria ac doctrinam, atque inter cetera veram illam suam incarnationem, ac quemadmodum deus e coelo, homo ex Maria prodierit. Matth. 11, 27. et Luc. 10, 22.

Pergit idem ille Theodotus, et ab Isaia hominem illum esse affirmari docet, his verbis: *Homo sciens tolerare infirmitatem: et vidimus eum percussum et male habitum: et ignominia affectus est, nec reputatus.* Verum quomodo iterum redargui possit pecus ista non videt. Quippe Isaias eodem in loco ita loquitur: *Tanquam ovis ad occisionem ductus est, et ut agnus coram tondente se mutus, sic non aperit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est.* Subiicit deinde: *Generationem eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra hominum vita eius.* Non dixit, *Tollitur vita eius,* sed, *Ex hominibus,* adiecit. Cum enim Verbum perpetuo vivat, atque in sese vitam habeat, eamque iis qui sese ament impertiat, ex hominibus est illius quidem vita sublata, ipse tamen nihilominus est vita per sese. Verbum enim vita est, omnibusque qui vere in se sperant vitam largitur. Quod autem scriptum est: *Generationem eius quis enarrabit:* si homo nudus esset a Maria genitus, illius utique generatio enarratu facilis esset. Sed quoniam ante Davidem est et Abrahamum: *Abraham enim pater vester,* inquit, *concupivit videre diem meum. Vidit, et gavisus est:* ad haec mirantibus illis et dicentibus, *Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti?* ad Theodotum una cum incredulis deumque negantibus Iudaeis refellendum, ita respondit: *Amen amen dico vobis, quoniam ante Abraham ego sum.* Vere siquidem ante Abrahamum extitit. Imo ante Noëmum et Adamum, ante mundum ipsum ac coelum, ante mundi tempus, ante universum, ac quicquid est omnino creatum. Quocirca temporis expers

Cap. V. Isai. 53, 3. Ibid. 7. Ioann. 8, 56.

*dig.)* καὶ κτισμάτων. *Petavius correxit:* πρὸ κόσμου παντὸς καὶ κτ. *Male. Cornarius vertit:* et ante tempus mundi, et ante universa, et ante creaturas.

Ἡσαΐου ὅτι, Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἐκ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Ἀλλὰ, φησὶν, εἶπον οἱ ἀπόστολοι, Ἄνδρα ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς σημείοις καὶ τέρασι, καὶ οὐκ εἶπον, Θεὸν ἀποδεδειγμένον. Ἐλέγχῃ δὲ πάλιν, Θεόδοτε, ὅτι πάλιν οἱ [2] αὐτοὶ ἀπόστολοι ἐν αὐταῖς Πράξεσιν ἔφησαν, ὡς ὁ μακάριος Στέφανός φησιν, Ἰδοὺ, ὁρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ.

Κεφ. ϛ'. Πάλιν δὲ προφασίζεται λέγων ὅτι, Ἔφη περὶ αὐτοῦ ὁ ἀπόστολος ὅτι, Μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστὸς Ἰησοῦς· καὶ οὐκ οἶδε πάλιν πῶς καθ' ἑαυτοῦ ἐπεγείρει. Ὁ γὰρ εἰπὼν, Μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστὸς Ἰησοῦς, αὐτὸς ἐσαφήνισε λέγων, Προορισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν· καὶ πάλιν, Γενόμενος ὑπὸ νόμον. Τούτων δὲ ποιούμενος τῶν λέξεων τὴν ἀσφάλειάν φησιν, Εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ, ἡμῖν δὲ εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Εἰ δὲ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος εἴη ὁ μονογενὴς ἀπὸ Μαρίας καὶ δεῦρο, οὔτε ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός. Ἐπεὶ πῶς δι' αὐτοῦ τὰ πάντα ἠδύνατο εἶναι, πρὸ αὐτοῦ γενόμενα κατὰ τόν σου λόγον, εἰ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος; ἢ πῶς εἴη δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πρὸ αὐτοῦ ἐπιγνωσθέντα καὶ γενόμενα; Καὶ ἐκ πανταχόθεν ἐξέπεσε τούτου ἡ ληρῳδία.

pag. 468. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ διαλόγῳ ἅμα τήν τε περὶ αὐτοῦ γνῶσιν εἰπόντες καὶ τὴν ἀνατροπὴν καθ' ἑκάστην λέξιν, ὑπερβησόμεθα, κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἀκολουθίας, ὥσπερ τι μέρος ἑρπετοῦ ἔτι σκαρίζοντος, τῇ τῆς ἀληθείας ἐλπίδι καὶ πίστει πεπαικότες, καὶ ἀνελόντες τὰς ἑξῆς διασκοπήσωμεν, καὶ περιβλέπεσθαι τὰς θηριωδεστάτας αἱρέσεις σπεύσωμεν.

## ΚΑΤΑ ΜΕΛΧΙΣΕΔΕΚΙΑΝΩΝ,

### λέ, ἢ καὶ νέ.

Κεφ. α'. Μελχισεδεκιανοὺς πάλιν ἕτεροι ἑαυτοὺς καλοῦσιν, ἀποσπασθέντες τάχα ἀπὸ τῶν Θεοδοτιανῶν καλουμένων. Οὗτοι τὸν Μελχισεδὲκ τὸν ἐν ταῖς γραφαῖς λεγόμενον δοξάζουσι, μεγάλην τινὰ δύναμιν [1] ἡγούμενοι, εἶναι δὲ αὐτὸν ἄνω ἐν ἀκατονομάστοις τόποις, [2] καθὼς εἶναι

2. αὐτοὶ *emendavit Petavius.* αὐτοῦ *habent libri tam scripti quam editi.*

CAP. I. — 1. ἡγούμενοι *omissum est in edit. Petav.*

et inexplicabilis a spiritu sancto per Isaiam praedicatur: *Generationem*, inquit, *eius quis enarrabit? Quoniam tollitur e terra vita eius.* Atenim, inquit, si de illo apostoli locuti sunt: *Virum probatum in* Act. 2, 22.
*vos signis et prodigiis,* nec deum probatum dixerunt. Sed hoc ipsum te rursus, Theodote, iugulat, quod in iisdem Actis apostoli dixerunt, ac beatus praecipue Stephanus usurpat: *Ecce video coelum* Act. 7, 55.
*apertum, et filium hominis stantem a dextris dei.*

Rursum instat haereticus et obiicit: Apostolus, ait, ita de Cap. VI.
Christo loquitur, *Mediator dei et hominum Christus Iesus.* Sed ni- 1. Tim. 2, 5.
mirum ignorat quemadmodum istud ipsum contra se producat. Qui enim hoc dixit: *Mediator dei et hominum Christus Iesus,* ille ipse Rom. 1, 4.
declaravit his verbis: *Qui praedestinatus est filius dei in virtute, se-* Gal. 4, 4.
*cundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri:* item: *Factus sub lege.* Quae quidem verba uti firmius stabiliusque muniret, ita scripsit: *Si sunt qui dicuntur* 1. Cor. 8, 5.
*dii multi, et domini multi, nobis vero unus, ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Igitur si Christus est per quem omnia, et nos ad ipsum referimur, nudus profecto non est homo censendus unigenitus ille de Maria natus, atque in hac terra editus, neque ex virili semine susceptus. Nam quomodo fieri per illum omnia potuere, quae ipso priora sunt, si, ut asseris, homo ille nudus extiterit? Quinam porro per ipsum omnia esse potuerint, quae ante ipsum cognita ac producta fuissent? Ex his igitur aniles istius nugae penitus evanescunt.

Iam vero cum ea quae ad Theodoti haeresin cognoscendam ac singillatim evertendam pertinere videbantur hac in dissertatione proposuerimus, ad ea quae deinceps sequuntur more nostro transibimus, postquam velut serpentis cuiusdam partem adhuc palpitantem veritatis spe ac fide, velut fuste, percussimus atque extinximus. Proinde ad sequentes haereses belluarum in modum efferatissimas contemplandas tractandasque properemus.

## CONTRA MELCHISEDECIANOS,
### haeresis XXXV., vel LV.

Qui Melchisedecianos appellari sese volunt, ac, nisi fallor, a Cap. I.
Theodotianis avulsi sunt, Melchisedecum illum, de quo in scripturis mentio fit, cumprimis celebrant, et praeclaram quandam esse virtutem arbitrantur. Quem etiam in supremis atque inexplicabilibus

2. καθὼς *rescripsi pro* καὶ ὥς, *quod vulgo legitur.*

τοῦτον οὐ μόνον δύναμίν τινα, ἀλλὰ καὶ μειζότερον τοῦ Χριστοῦ φάσκουσι. Χριστὸν δὲ ἡγοῦνται ἁπλῶς ἐληλυθότα καὶ καταξιωθέντα τῆς ἐκείνου τάξεως, δῆθεν ἐκ τοῦ ῥητοῦ τοῦ εἰρημένου, Σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· ὡς εἶναι, φησὶν, αὐτὸν ἔτι ὑποδεέστερον τοῦ Μελχισεδέκ. Εἰ μὴ γὰρ ἦν ἐν δευτέρᾳ τινὶ ἀγωγῇ κείμενος, οὐκ ἂν τῆς ἐκείνου τάξεως ἐπεδέετο. Περὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Μελχισεδέκ φασιν ὅτι ἀμήτωρ, ἀπάτωρ, ἀγενεαλόγητος, ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους τοῦ Παύλου ἐπιστολῆς παριστᾶν βουλόμενοι. Πλάττουσι δὲ ἑαυτοῖς καὶ βίβλους ἐπιπλάστους, ἑαυτοὺς ἀπατῶντες. Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ῥητῶν ἡ αὐτῶν ἀνατροπὴ γίνεται. Ὡς γὰρ λέγει περὶ τοῦ κυρίου ὁ Δαβὶδ προφητεύων κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἱερέα αὐτὸν καθίστασθαι, ἐν ταὐτῷ ἔσεσθαι τὸν Χριστὸν ἱερέα διηγεῖται ἡ θεία γραφή. Εὑρίσκεται δὲ εὐθὺς [3] λέγων, Ἀφομοιούμενος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Εἰ δὲ ἀφομοιοῦται τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, οὐκ ἴσος τυγχάνει τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ. Πῶς γὰρ δύναται τὸ δοῦλον εἶναι ἴσον τῷ δεσπότῃ; Ὁ μὲν γὰρ Μελχισεδὲκ ἄνθρωπος ἦν· τὸ δὲ ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ φανερώτατον ἐπωνομάσθαι. Πολ-
pag. 469. λοὺς γὰρ ἐφαντασίασε τὰ βαθύτατα τῆς θείας γραφῆς καὶ ἔνδοξα, καὶ ὑπεραίροντα διάνοιαν ἀνθρωπίνης φύσεως. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ τῇ Πετραίων [4] Ῥωκώμ τε καὶ Ἐδὼμ καλουμένῃ, τὸν Μωϋσέα διὰ τα θεοσήμεια θεὸν νομίζουσι, προσκυνοῦσί τε τὴν αὐτοῦ εἰκόνα, ἣν ἀνατυπωσάμενοι ἀπεπλανήθησαν, οὐ τοῦ δικαίου αὐτοῖς αἰτίου γενομένου, ἀλλὰ τῆς πλάνης αὐτοῖς διὰ τοῦ δικαίου ἐν τῇ ἀγνοίᾳ φαντασίαν πράγματος αὐτοῖς συναγούσης· ἐν δὲ τῇ Σεβαστῇ τῇ ποτε Σαμαρείᾳ καλουμένῃ τὴν θυγατέρα Ἰεφθάε θεοποιήσαντες ἔτι [5] ταύτην τελετὴν κατ' ἔτος ἄγουσιν. Οὕτως καὶ οὗτοι ἀκούοντες τὰ σοφὰ καὶ ἔνδοξα τῆς γραφῆς ῥήματα εἰς ἀνοησίαν ἐξέτρεψαν, καὶ εἰς ὑπέρογκον διάνοιαν ἀρθέντες τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας κατέλιπον, καὶ μύθους ἑαυτοῖς πλασάμενοι κατὰ πάντα ἐλεγχθήσονται.

Κεφ. β'. Καὶ γὰρ παρά τισι τοῦ Μελχισεδὲκ ὁ πατήρ τε καὶ ἡ μήτηρ ἐμφέρεται· οὐκ ἔχει δὲ κατὰ τὰς ῥητὰς γραφὰς καὶ ἐνδιαθέτους. Εἶπον δέ τινες Ἡρακλᾶν καλεῖσθαι αὐτοῦ πατέρα, μητέρα δὲ Ἀσταρὼθ, τὴν καὶ Ἀστερίαν. Ἦν δὲ οὗτος υἱὸς τῶν ἐπιχωρίων, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν τῇ τῆς Σαβῆς πεδιάδι κατοικούντων. Σαλὴμ δὲ ἡ πόλις ἐκαλεῖτο· περὶ ἧς ἄλλος ἄλλως ἐξέδωκε, καὶ ἄλλος ἄλλως. Οἱ μὲν γὰρ λέγουσιν

3. *Intellige* ὁ ἀπόστολος. *Sed corrigendum, ni fallor,* λέγουσα.

4. *H. e.* Ῥεκέμ.

5. *Fortasse* ταύτῃ.

in peccata humanum genus incidere, ita rursum loquitur, *Surge, veni, columba mea,* nec semel, sed secundo ipsam appellat, ita ut posterior priori vocatio non sit aequalis. Nam in priori sic illam alloquitur: *Surge propinqua mea, formosa mea, columba mea.* Pri- Cant. 2, 13. mum igitur, *Surge, veni,* dixit, non autem et, *Veni tu.* At in secunda articulum adiecit, ut diversam ab altera vocationem esse significaret, quae tamen post priorem illam benignam manum ac coelestem clementiam ostenderet. Et, *Veni,* inquit, *columba mea, in tegmen petrae prope antemurale.* In tegmen petrae dixit, hoc est Christi benignitatem misericordiamque domini. Hoc enim est petrae tegmen, tegmen, inquam, spei, fidei atque veritatis. Prope antemurale vero, hoc est antequam porta claudatur, antequam rex introgressus non amplius post exitum ab hac vita mortemque recipiat. Cum non amplius prope antemurale sumus, sed clausae sunt portae, nec ullus emendandi sui locus est.

Etenim in futuro seculo post hominis obitum nullus amplius ie- Cap. X. iunii quaestus est, non poenitentiae vocatio, non eleemosynae ostensio est. Sed neque criminibus ullis locus, non bellum, non adulterium, non libidines, neque e contrario iustitia vel poenitentia. Nam sicut demessa spica granum nec turgere deinceps, neque vento corrumpi atque evanescere, nec affici amplius potest. Nec est quod illam mihi corruptelam obiicias, quae in horreis accidit, cuiusmodi sunt vermes ac tineae. Haec enim ad ea quae in seculo geruntur adumbranda spectant. Quod autem similitudine illa declaratur, et in portis esse dicitur, atque in horreis conditum, ad exemplum fidei ac delineationem refertur. *Ubi neque fures effodiunt, neque tineae* Matth. 6, 20. *corrumpunt,* ut scriptum est. Sed neque pietatis ullum lucrum est, aut poenitentiae uti diximus, post mortem. Non enim Lazarus illic ad divitem pergit, neque dives ad Lazarum. Neque Abraham pauperem mittit, aut ei laborem indicit, ut postea ditescat. Neque dives ea quae postulaverat impetrat, tametsi misericordem Abrahamum magnis precibus obsecrat. Siquidem obsignata sunt promptuaria, atque expletum tempus est, certamen confectum, vacuum stadium, distributae coronae; athletae quieti se dederunt, at qui certamen non attigerunt, nullam amplius eius copiam habent, et qui

pauper postea. Neque dives accipit quae petit, etiamsi magnis precibus misericordem Abraham roget. Σκύλων ἀποστέλλει *verto* ex pannis dimittit. *Nam* σκύλον *Hesychius interpretatur etiam* „ῥάκος ἢ τριβώνιον."

5. πλουτήσαντα ἐς ὕστερον *cod. Venet.*

6. πλούσιος πένης γενόμενος ὢν αἰτεῖται λαμβάνει *cod. Venetus. Reliqui libri habent* πλούσιος αἰτεῖται, *ceteris omissis.*

7. ταμία *cod. Venet.*

8. οἱ *vulgo desideratur. Adieci ex codd. Rhedig. et Veneto.*

9. ἀνέπαυσαν (*intell.* τὸν ἀγῶνα) *ego.* ἀνεπάησαν *codd. Rhedig. et Venet.* ἀνε-

οἱ μὴ ἀγωνισάμενοι οὐκέτι [10] εὐποροῦσι, καὶ οἱ ἐν τῷ σκάμματι [11] ἡττηθέντες ἐξεβλήθησαν, καὶ τὰ πάντα σαφῶς τετελείωται μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν. Ἔτι δὲ ὄντων ἐν τῷ [12] ἀγῶνι πάντων καὶ μετὰ πτῶσιν ἔνι ἀνάστασις, ἔτι ἐλπὶς, ἔτι θεραπεία, ἔτι ὁμολογία, κἂν εἰ μὴ τελειότατα, ἀλλ' οὖν γε τῶν ἄλλων οὐκ ἀπηγόρευται ἡ σωτηρία.

Κεφ. ια'. Πᾶσα δὲ αἵρεσις ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐξοκείλασα ἐν σκότῳ τυφλώττει καὶ μυωπάζει, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων διανοουμένη. Ἐοίκασι γὰρ οὗτοί τισιν ἀτέχνοις καὶ μὴ γινώσκουσι τὰ ἑκάστης ποιότητος καὶ χρήσεως καὶ κόσμου ἑκάστου μέλους, καὶ ὡς εἰπεῖν ληρῶδές τι εἰς ὃ προβάλλομαι λέγειν ὅμοιον τῆς αὐτῶν ἀνοησίας, ὡς περιτιθέασι τὰ ὑποδήματα τῇ κεφαλῇ, τὸν δὲ στέφανον τοῖς ποσὶ, καὶ κλοιὸν χρύσεον περὶ τὴν γαστέρα, τὰ δὲ ἄλλα, [1] πόδια ὡς εἰπεῖν, τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, ἃ παρά τισιν [2] ὀδώνια κέκληται ἢ [3] βράκαι, χερσὶ περιτιθέασι, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν. Οὕτω γὰρ ἡ τῶν ἄγνοιαν κεκτημένων σφαλερὰ
pag. 503. καὶ ἄτακτος διαταγή. Τὰ γὰρ ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης ἠσφαλισμένα περὶ δευτέρου γάμου καὶ τῶν ἄλλων οὗτοι εἰς πάντα τὸν λαὸν νενομίκασι, καὶ τὰ δι' ὑπερβολὴν στρυφνότητος ὑπὸ θεοῦ κεκηρυγμένα, ἵνα μὴ ῥᾳθυμήσαντές τινες παραπέσωσιν, αὐτοὶ εἰς ἀπανθρωπίαν θεῷ συνήψαν. Καὶ ὡς [4] ἐὰν εἴ τις ἱματίου [5] χειρίδια κατασχὼν, καὶ ἕως μόνον ἀγκῶνος ἀπὸ καρποῦ χειρὸς τοῦ καλουμένου σκεπάζει ἑαυτὸν, προσφέρει δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν καθ' ἑκάστην ὥραν τὴν χειρίδα, καὶ ἐπιτωθάζει τοῖς ἄλλοις, [6] ἐπικληθεὶς ὅτι ὅλον τὸ σῶμα αὐτοῦ γυμνητεύει, οὕτω καὶ οὗτοι σεμνυνόμενοι μὴ δέχεσθαι διγάμους τὰς πάσας ἐντολὰς τὰς ὁμοίας ταύτης, καὶ ἔτι μεθ' ὑπερβολῆς καλλίονας καὶ ἐπιθανατίους, τὴν μίαν ἀπαγορεύουσι, τὰς δὲ ἄλλας καταλελοίπασι, καὶ ἐπιλαθόμενοι ὅλον μὲν τὸ σῶμα γυμνητεύουσιν, ἀπὸ ὅλων τῶν ἐνταλμάτων ἀργήσαντες, καὶ τὴν μίαν ἐντολὴν οὐχ ἁγνῶς κατασχόντες.

Κεφ. ιβ'. Καὶ ὢ τῆς πολλῆς τῶν ἀνθρώπων ματαιοφροσύνης. Πᾶσα δὲ πρόφασις ἑκάστην αἵρεσιν, κἄν τε βραχειά τις ὑπῆρξεν, ἀπὸ τῆς ἀληθείας παρείλκυσε, καὶ εἰς πολλὴν [1] κακίαν κατήγαγεν. [2] Ὥσπερ γὰρ

πάγησαν edit. princ. ἀνεπαύσαντο edit. Petav. Olim placuit καὶ οἱ ἀγῶνα ἀγωνισάμενοι ἀνέπαυσαν. Sed nihil refert. Ceterum ἀγῶνα intellege etiam ad verbum quod sequitur ἐξῆκαν.

10. εὐπαροῦσι cod. Rhedig. et edit. princ.

11. τεθέντες cod. Ven.

12. αἰῶνι cod. Venet. Bene.

Cap. XI. — 1. πόδια emendarunt Petavius, Salmasius (in Aelium Lampridium p. 221., quem videsis de interpretatione horum verborum), Hemsterhusius (ad Polluc. Onomast. X, 11. p. 1204.). Libri vulgo πέδια.

2. V. de hoc vocabulo Salmasium et Hemsterhusium l. l.

in stadio superati sunt, eiecti fuerunt. Denique omnia plane, ubi ex hac vita discessum est, absoluta sunt ac perfecta. Quamdiu quidem in certamine adhuc universi consistunt, vel post casum surgere licet, spesque adhuc superest, adhuc remedium atque confessio. Ac licet non perfectissimus ille status sit, nihilominus aliorum nequaquam desperata salus est.

At omnis haeresis ubi a veritate semel excidit, caecutit in tenebris et hallucinatur, atque alia pro aliis mente concipit. Nam illi rudibus quibusdam atque imperitis similes sunt qui uniuscuiusque membri conditionem atque usum et ornatum nesciunt. Iuvat porro absurdum quiddam et illorum amentia simile ad id quod volumus exprimendum afferre. Perinde ergo illi faciunt ac si capiti calceos inducant, et coronam pedibus, et ventri torquem aureum, cetera vero, cuiusmodi sunt pedulia ornamenta, quos nonnulli udones vocant, aut braccas, manibus circumdent, annulos pedibus. Talis est ab imperitis illis instituta ratio, erroris perturbationisque plenissima. Quae enim de secundis nuptiis, aliisque id genus sacerdotii caussa decreta sunt, ea ad universum populum transtulerunt, et quae ad constituendam severissimam disciplinam a deo mandata sunt, ne forte aliqui prae animi socordia in delictum inciderent, haec illi dum ad omnes pertinere volunt, divino numini atrocitatem et inhumanitatem adscribunt. Ac velut si quis vestem manu tenens ab carpo manus duntaxat cubito tenus brachium operiat, atque identidem manicam oculis suis obiiciat, et alios irrideat, oblitus toto se corpore esse nudatum, perinde et illi faciunt qui dum digamos a se repudiari iactitant, reliqua praecepta illius vel similia, vel sine ulla comparatione praestantiora, quorum violatoribus mortis poena proponitur, contemnunt et abiiciunt et uno illo interdicto contenti cetera negligunt. Quare sic tanquam obliti sint, toto corpore nudi sunt, dum et universa dei praecepta relinquunt, neque unum illud caste ac sincere custodiunt. Cap. XI.

O admirandam hominum insaniam! Sane quaelibet occasio, quantumvis exigua, unamquamque haeresin a veritate distraxit, atque ad infinita mala perduxit. Quemadmodum enim si quis inter- Cap. XII.

3. βράχαι *scriptum extat in Gloss. Nomicis, ubi legitur hic Epiphanii locus, ap. Hemsterhusium l. l.*

4. *Ex usu Epiphanii rescripserim* ὡς ἂν εἴ τις.

5. χειρίδα κατασχὼν *mea est emendatio, et structurae voc.* ἱματίου *et sententiae plane accommodata. Libri habent vulgo* ἱματίου χειρὶ διακατασχών.

6. ἐπιλησθεὶς *edit. Petav., dubito num altera auctoritate ductus quam verborum quae paulo post sequuntur* καὶ ἐπιλαθόμενοι *celt. In edit. princ. extat* ἐπικλησθεὶς.

Cap. XII. — 1. *Libri vulgo* κακῶν.

2. *Reposuerim* Ὥσπερ γὰρ εἴ τις -- βαδίζειν, καταλιπὼν *celt., restituta conditionali* εἰ *ante* τις, *et deleta copula* καὶ *ante* καταλιπών.

τις διασφαγὴν εὑρὼν ἐν φραγμῷ παρὰ λεωφόρῳ, καὶ νομίσας διὰ ταύτης βαδίζειν, καὶ καταλιπὼν τὴν ὁδὸν τρέπηται, νομίσας ἐγγύτατον ἔχειν ὅθεν διακάμψας πάλιν τῆς ὁδοῦ ἐπιλάβοιτο, ἀγνοήσει δὲ ὅτι τεῖχός ἐστιν ὑπέρβατον καὶ μακρῷ διαστήματι ᾠκοδομημένον, ἐπιτρέχοι δὲ μὴ εὑρίσκων διὰ ποίας τὴν διέξοδον ποιήσεται, ἀντὶ ἑνὸς [3] σημείου, ἤτοι μιλίου, [4] προκόπτων κατὰ χεῖρα ἔτι πλέον μὴ εὕροι τὴν ὁδὸν, καὶ οὕτως τρέπηται ἐπὶ τὰ πλείω, κάμνων δὲ οὕτω καὶ μὴ εὐπορῶν διὰ ποίας ἐπὶ τὴν ὁδοιπορίαν ἀγάγοι [5] τάχα γε μήτε εὑρεῖν δυνηθείη, εἰ μή τι ἀνακάμψει δι' ἧς καὶ εἰςῆλθεν, — οὕτως ἑκάστη αἵρεσις, ὡς συντομίαν τινὰ ἐφευρεῖν δυνηθεῖσα, παρεξώκειλε διὰ τῆς μακροδίας, εὑρέθη δὲ αὐτῇ τεῖχος ἀρραγὲς ἡ τῆς ἀγνοίας καὶ ἀγνωσίας [6] παλιμπλοκὴ, καὶ οὐκ ἂν εὕροι ἡ τοιαύτη ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν ἥκειν ὁδὸν, εἰ μή τι ἀνακάμψει εἰς τὸ ἀρχέτυπον τῆς ὁδοῦ, τουτέστι τῆς βασιλικῆς· ὡς καὶ ὁ νόμος διαρρήδην ἐβόα τοῦ ἁγίου Μωϋσέως, λέγοντος τῷ βασιλεῖ Ἐδὼμ ὅτι, Τάδε λέγει ὁ ἀδελφός σου Ἰσραήλ· Παρὰ τὰ ὅριά σου διελεύσομαι εἰς γῆν ἣν ὤμοσε κύριος τοῖς πατράσιν ἡμῶν δοῦναι, pag. 504. γῆν ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα, τὴν γῆν τῶν Ἀμορραίων καὶ Φερεζαίων καὶ Ἰεβουσαίων καὶ Εὐαίων καὶ Χαναναίων καὶ Χετταίων, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, οὐκ ἐκκλινοῦμεν δεξιὰ ἢ ἀριστερά· ὕδωρ ἐν ἀργυρίῳ πιώμεθα, καὶ βρώματα ἀργυρίου φαγώμεθα· οὐκ ἐκκλινοῦμεν ἐντεῦθεν ἢ ἐντεῦθεν, ὁδῷ βασιλικῇ βαδιοῦμεν. Ἔστι γὰρ ὁδὸς βασιλικὴ, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία καὶ ὁδοιπορία τῆς ἀληθείας. Ἑκάστη δὲ τούτων τὴν βασιλικὴν καταλείψασα, κλίνασα δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἢ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ, ἐπὶ πολὺ λοιπὸν ἑαυτὴν ἐπιδιδοῦσα εἰς πλάνην παρελκυθήσεται, καὶ οὐκέτι μέτρον ἔχει παρ' ἑκάστῃ αἱρέσει ἡ τῆς πλάνης ἀναίδεια.

Κεφ. ιγ'. Ἄγε τοίνυν θεοῦ δοῦλοι, υἱοί τε τῆς ἁγίας θεοῦ ἐκκλησίας, οἱ τὸν κανόνα ἀσφαλῆ γινώσκοντες καὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας βαδίζοντες, μὴ φωναῖς [1] ἀνθελκόμενοι, καὶ φωνῇ ἑκάστης παραπεποιημένης ἐπιτηδεύσεως. Σφαλεραὶ γὰρ αἱ τούτων ὁδοὶ, καὶ ἀνάντης ἡ τρίβος τῆς αὐτῶν παραπεποιημένης ἐννοίας. Μεγαλαυχοῦσι, καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ἴσασιν. Ἐλευθερίαν ἐπαγγέλλονται, αὐτοὶ δοῦλοι ὄντες τῆς ἁμαρτίας. Τὰ μείζονα αὐχοῦσι, καὶ τῶν μικρῶν οὐδ' ὅλως ἐπελάβοντο.

Ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων τῶν δὴ Καθαρῶν λεγομένων, ἀκαθάρτων δὲ εἰ δεῖ τ' ἀληθῆ λέγειν, ἀρκετὸν ἡγοῦμαι ἕως ἐνταῦθα ἱκανῶς εἰρῆσθαι. Ταύτην δὲ παραλείψαντες ὡς βασιλίσκου πρόσωπον, τῷ μὲν προσχήματι τοῦ ὀνόματος ἐξοχωτάτην τινὰ ἐπωνυμίαν κεκτημένου, καὶ

3. σημίου *edit. princ. et cod. Rhed.*

4. προκόπτων *coniecerunt Cornarius atque Petavius.* προςκόπτων (*ed. princ.* προςκόπτον) *vulgo scriptum est.*

5. τάχα γε *ego rescripsi. Libri habent* τάχα τε.

ruptam sepem ad publicam viam repererit, et illac iter esse sibi credens relicta via paululum deflexerit, ratus propinquum esse exitum, per quem redire in viam iterum possit, nec illud sciens, altissimum illic esse murum ac longissimo spatio interceptum, atque ita discurrat, nec qua possit egredi uspiam reperiat, cumque uno alterove miliari progressus fuerit, longius deinceps iter supersit, nec viam expediat, sed huc illucque se conferat, hic igitur ad eum modum laborans, neque ullum ad rectam viam iter expediens, non aliter fortassis inveniet quam si eadem qua ingressus erat revertatur: sic haeresis omnis, cum itineris compendium haberet in promptu, per longas ambages digressa in solidissimum murum incidit, cuiusmodi est ignorantiae inscitiaeque impedita ac tortuosa flexio. Neque vero invenire unquam illa poterit, qua se ad rectam viam referat, nisi ad primariam viam, hoc est regiam, iter retorserit. Id quod sanctissimi Mosis lex aperte vociferabatur, cum Idumaeo regi ita mandaret: *Haec dicit frater tuus Israel: Praeter terminos tuos transibo in* Num. 20, 17. et 21, 22.
*terram, quam iuravit dominus dare patribus nostris, terram melle et lacte manentem, terram Amorrhaeorum, et Pharesaeorum, et Iebusaeorum, et Evaeorum, et Chananaeorum, et Chettaeorum, terram fluentem melle et lacte. Non declinabimus ad dexteram aut sinistram, aquam in argento bibemus, et cibos argenti comedemus. Non declinabimus hac aut illac, via regia gradiemur.* Est enim regia quaedam via, nimirum ecclesia dei ac veritatis iter. Unaquaeque vero istarum haereseon regia derelicta via ad dexteram sinistramve deflectens deinceps in immensum errorem sese committens abripitur, adeo ut nullum deinceps modum habeat in qualibet erroris insolentia.

Agite itaque, dei servi ac sanctae dei ecclesiae filii, qui cer- Cap. XIII.
tam fidei regulam agnoscitis ac viam veritatis inceditis, ne vos contrariae voces abstrahant, aut cuiuslibet ementitae sectae sermones decipiant. Lubricae quippe viae sunt ac depravatae illorum intelligentiae acclivis est arduaque semita. Etenim magnifice sese iactant, et interim minora nesciunt. Libertatem ostendunt, cum peccatorum servi sint. De maioribus gloriantur, neque tamen vel parva sunt assecuti.

Verum de eo genere haereticorum, qui Cathari, hoc est *Puri* vocantur, *Ἀκάθαρτοι*, hoc est *Impuri*, rectius appellentur, satis arbitror a me hactenus esse dictum. Quamobrem eadem haeresi praetermissa, perinde ac basilisci ore, qui, quod ad speciem nominis attinet, excellenti quadam nominis appellatione censetur, hoc igitur

6. παλιμπλοκὴ *ego.* *Libri habent* πάλιν πλοκή.

Cap. XIII. — 1. *An* ἀνθελκώμεθα?

τῇ τοῦ ξύλου δυνάμει τοῦτον παίσαντες ἐπὶ τὰς ἑτέρας πάλιν ὁρμήσωμεν, αὐτὴν ἐπαγόμενοι τὴν τοῦ θεοῦ ἱκετείαν, εἰς τὸ συνοδεῦσαι, συμπαραμεῖναι, συνεῖναι, συνεργῆσαι, διασῶσαι, παιδεῦσαι, καταξιῶσαι τἀληθῆ λέγειν, ἵνα μήτε αὐτοὶ ψεῦδός τι λέγοντες τοῖς αὐτοῖς ὑποπέσωμεν ὁποίοις αἱ τὰ ἀληθῆ τὸν κόσμον μὴ διδάξασαι αἱρέσεις.

Ἔτι δὲ οἱ ἐν τῇ Ἀφρικῇ τε καὶ [2]Βιζικανίᾳ οἱ ἀπὸ Δωνάτου τινὸς Δωνατιανοὶ οὕτω καλούμενοι τὰ ὅμοια τούτοις φρονοῦντές εἰσιν ἀφηνιασταὶ, καὶ αὐτοὶ δῆθεν διὰ τὸ μὴ συγκοινωνεῖν τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσοῦσι τοῖς αὐτοῖς ἀνατραπήσονται καθάπερ καὶ οἱ ἑτεροζυγοῦντες αὐτοῖς Ναυατιανοὶ, εἴτ' οὖν Καθαροὶ οὕτω λεγόμενοι. Διὸ οὐ
pag. 505. χρείαν ἐσχήκαμεν περὶ τούτων τι ἐπεργάσασθαι, ἀλλ' ὁμοῦ αὐτοὺς τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς συνήψαμεν. Περιττότερον δὲ οὗτοι πάλιν καὶ χεῖρον ἐξέπεσον. Τὴν γὰρ πίστιν κατὰ τὸν Ἄρειον φρονοῦσιν· ἀνατραπήσονται δὲ ὡσαύτως περὶ πίστεως, ἧς κακῶς φρονοῦσιν, ὡς καὶ ὁ Ἄρειος ἀνετράπη διὰ λόγων ἀληθείας, τὰ αὐτὰ τούτοις φρονῶν, καὶ οὗτοι ἐκείνῳ. Καὶ ταύτην δὲ πάλιν παρελευσόμενοι ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαδιοῦμεν, ὥσπερ ἑρπετὰ δεινὰ καταπεπατηκότες ἐν κυρίῳ.

## ΚΑΤΑ ΑΓΓΕΛΙΚΩΝ,
### μ' ή καὶ ξ'.

Κεφ. α'. Ἀγγελικῶν αἵρεσιν ἀκηκόαμεν, καὶ τὸ ὄνομα μόνον ἐνηχήθημεν, οὐ πάνυ δὲ σαφῶς ἴσμεν τίς ἡ τοιαύτη αἵρεσις, διὰ τὸ τάχα ποτὲ καιρῷ αὐτὴν ἐνστᾶσαν ὕστερον λῆξαι, καὶ καταλυθῆναι εἰς τέλος. Τὸ δὲ ὄνομα διὰ ποίαν αἰτίαν ἔσχεν οὐκ ἴσμεν· ἤτοι γὰρ παρὰ τό τινας ὑπὸ ἀγγέλων τὸν κόσμον γεγενῆσθαι φάσκειν, καὶ εἰ αὐτὴ τοῦτο φάσκουσα τῷ ὀνόματι τούτῳ κέκληται οὐκ ἔχω λέγειν, ἤτοι διὰ τὸ ἐν τάξει ἀγγέλων ἑαυτοὺς σεμνύνειν καὶ βίῳ ἐξοχωτάτῳ ἄγεσθαι, οὐδὲ τοῦτο διαβεβαιοῦμαι, ἢ καὶ ἀπὸ τόπου τινὸς εἰληφότες τοὔνομα, ἐπειδὴ χῶρός τίς ἐστιν [1] Ἰγγιλίνη ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας χώρας κείμενος.

Κεφ. β'. Ἤδη δὲ ἐν ὑπομνήσει σου γινομένου τοῦ ἀκροατοῦ, οὐκ [1] εἰς κατάγνωσιν ἐν ὑπονοίαις γενήσῃ. Ἐπηγγειλάμεθα γὰρ τῶν μὲν τὰς ῥί-

2. *Repone* Βυζακηνίᾳ.
Cap. I. — 1. Angelina *vertit etiam interpretatus est Cornarius: neutiquam Cornarius.*
Cap. II. — 1. *Similiter haec verba*

ligni vi ac potentia comminuto ad reliquas transeamus. Sed inprimis eadem divino numini prece supplicemus, ut viae nobis comes esse velit, et nobiscum maneat, adsit, opituletur, conservet, instituat, et ut vera dicamus largiatur; ne forte mentientes ipsimet in eadem incurramus in quae haereses inciderunt illae quae humanum genus falsa docuerunt.

Ad haec qui in Aphrica et Bizacena degunt, et a Donato quodam Donatiani vocantur, eadem cum prioribus illis sentientes, eandemque ob caussam, quod videlicet cum his qui in persecutione lapsi erant nihil habere commune vellent rebellantes, eadem ratione disiicientur qua et Novatiani, sive Cathari, qui commune cum illis iugum trahunt. Quocirca necesse non habuimus privatim de illis amplius aliquid tractare, sed illos cum sui similibus coniungendos putavimus. Sed isti vehementius ac deterius aberrarunt, quippe qui in eandem cum Ario fidem consentiant; unde et, quod ad fidem attinet, de qua male sentiunt, eodem evertentur modo quo Arius veritatis oratione refutatus est, cum a se invicem minime dissentiant. Denique nos illa praeterita ad reliquas progrediemur, posteaquam horrenda veluti serpentium monstra domino adiuvante proculcavimus.

## ADVERSUS ANGELICOS,
## haeresis XL., sive LX.

Audita a nobis est Angelicorum haeresis, ac solum eius nomen accepimus, neque cuiusmodi illa demum haeresis sit, compertum habuimus. Quod eo fortasse contigit, quod cum aliquando prodiisset, desiit postea ac tandem penitus extincta est. Illud vero nomen quam ob caussam obtinuerit ignoramus. Nam cum haeretici quidam conditum ab angelis mundum esse dixerint, utrumnam haec secta, quod idem asseveraret, eodem sit affecta nomine, certo affirmare non possum. An potius quod in angelicum sese ordinem arroganter referrent, atque excellentem quandam vitae rationem instituerent; ne hoc quidem pro comperto affero. An postremo ab loco quodam eam appellationem sortiti sint. Quoniam quidem regio quaedam est ultra Mesopotamiam quae Angelina dicitur. Cap. I.

Iam vero quisquis es auditor, si quae a me antea dicta sunt recorderis, nihil erit quod me in criminis suspicionem adducas. Hoc Cap. II.

in suspicione ut nos condemnes fueris. ad criminationem usque progredieris. *Rectius vertisset:* in suspicione tua non

ζας καὶ τὰς προφάσεις, ἤ τι τῶν [2] ἐντὸς παρ' αὐτοῖς γινομένων δηλῶσαι, ἄλλων δὲ μόνον τῷ ὀνόματι ἀπομνημονεῦσαι· ὡς δὲ ἡ θεία δύναμις παρεσκεύασε καὶ ἐβοήθησεν, ἕως ταύτης τῆς αἱρέσεως τὰς πάσας διεξελθόντες οὐδεμίαν εἰάσαμεν ἀνερμήνευτον, πλὴν μιᾶς ταύτης. Τάχα δὲ διὰ τὸ ἐπαρθεῖσαν τῷ τύφῳ ὀλίγον καιρὸν [3] καὶ ὕστερον λῆξαι, τὴν αὐτῆς κατάληψιν οὐ πάνυ σαφῶς ἔγνωμεν. Ταύτης δὲ μόνον ἐπιμνησθέντες τῆς ὀνομασίας ἐν τάχει, ὥσπερ ἐκτρώματι τῷ ὀνόματι χρησάμενοι, παρελευσόμεθα τὸν τόπον, ἐπὶ τὰς ἑτέρας [4] δὴ διασκοποῦντες τὴν ὁρμὴν ποιεῖσθαι, καὶ αἰτούμενοι τῶν ὅλων δεσπό-
pag. 506. την παραφανῆναι ἡμῖν, καὶ τὰ ἀκριβῆ τῶν παρ' αὐτοῖς γινομένων ἐπιδείξαντα τῷ σμικρῷ ἡμῶν νῷ πάντα κατὰ ἀκρίβειαν σημᾶναι, ἵν' ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς πέλας τὴν διόρθωσιν ποιησώμεθα τοῦ φεύγειν τὰ φαῦλα, ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἀληθεστάτοις τὸ ἑδραῖον ἑαυτοῖς ἐν θεῷ προσπορίσασθαι.

## ΚΑΤΑ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΩΝ,
### μα' ἢ καὶ ξα'.

Κεφ. α'. *Μετὰ δὲ τούτους ἄλλοι ἑαυτοὺς Ἀποστολικοὺς ὠνόμασαν· βούλονται δὲ καὶ Ἀποτακτικοὺς ἑαυτοὺς λέγειν. Φυλάττεται δὲ παρ' αὐτοῖς τὸ μηδὲν κεκτῆσθαι. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ αὐτοὶ ἀπόσπασμα τῶν Τατιανοῦ δογμάτων, [1] Ἐγκρατιτῶν τε καὶ Τατιανῶν καὶ Καθαρῶν, οἵτινες φύσει νόμον οὐ παραδέχονται· παρήλλακται δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ τὰ μυστήρια. Σεμνύνονται δὲ δῆθεν ἀκτημοσύνην, σχίζουσι δὲ μάτην οὗτοι καὶ βλάπτουσι τὴν ἁγίαν θεοῦ ἐκκλησίαν, διὰ τὸ ἐθελοθρησκεύειν, ἐκπεσόντες τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας. Οὔτε γὰρ παραπεπτωκότος τινὸς εἴσδεξις ἔτι γίνεται, τὰ ὅμοια δὲ τοῖς ἀνωτάτω λεγομένοις φρονοῦσι, περί τε τοῦ γάμου καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων. Καὶ οἱ μὲν Καθαροὶ ταῖς ῥηταῖς μόνον γραφαῖς κέχρηνται, οὗτοι δὲ ταῖς λεγομέναις Πράξεσιν Ἀνδρέου τε καὶ Θωμᾶ τὸ πλεῖστον ἐπερείδονται, παντάπασιν ἀλλότριοι τοῦ κανόνος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ὑπάρχοντες.*

*Εἰ γὰρ βδελυρός ἐστιν ὁ γάμος, ἄρα ὅλοι ἀκάθαρτοι ὑπάρχουσι διὰ γάμου γεγενημένοι. Καὶ εἰ μόνον τυγχάνει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τῶν τῷ γάμῳ ἀποταξαμένων, οὐκέτι ὁ γάμος ἐκ θεοῦ ὑπάρχων, ἡ πᾶσα παιδοποιουμένη ὑπόθεσις. Ἄρα καὶ αὐτοὶ ἀλλότριοι θεοῦ ὑπάρχουσιν ἀπὸ τοιούτων γεγεννημένοι. Ποῦ τοίνυν τὸ εἰρημένον,*

2. *Rescripsi* ἐντὸς *pro* ἐν τοῖς, *quod vulgo exlat.*
3. *Suspicor* καθ' ὕστερον. — *Ceterum vulgo distinctum est sic:* — καιρὸν, καὶ ὕστερον λῆξαι τὴν αὐτῆς κατάληψιν, οὐ πάνυ *cett.*

enim de haeresibus recipimus, quarumdam nos radices ac dogmata, aut aliquid eorum quae ab illis fieri solent esse narraturos, aliarum vero nomine tenus mentionem esse facturos. Porro quantum divina nobis ope praesidioque concessum est omnibus ad hanc usque sectis expositis, nullam, hac excepta, praetermisimus quam non oratione declararemus. Sed accidit fortasse ut cum brevi illa tempore sese insolenter extulisset, ac postremo desiisset, nihil de ipsa certi exploratique percipere possemus. Itaque sola eius appellatione celeriter comprehensa, eoque nomine, velut abortivo quodam foetu, functi, hoc loco praetermisso ad contemplandas ceteras animum convertemus. Itaque primum ab universitatis domino postulabimus, ut adesse nobis velit, et ut quae apud illos fiunt exiguo atque imbecillo ingenio nostro subiiciens universa nos quam accuratissime perdoceat, quo et nos ipsos et ceteros erudire possimus, uti cum mala devitent, tum in his, quae bona ac veritati maxime consentanea sunt, firmam in deo stabilitatem ac constantiam obtineant.

## ADVERSUS APOSTOLICOS,
## haeresis XLI., sive LXI.

Alii secundum illos dici se Apostolicos voluerunt, qui et Apotacticos, hoc est Renuntiatores seipsos nominant. Hoc enim diligenter observant, ne quicquam possideant. Iidem porro a Tatiani dogmatibus velut avulsione quadam propagati, hoc est ab Encratitis, Tatianis et Catharis, qui omnes praecipue legem repudiant habent illi diversa a nostris sacramenta atque mysteria. De inopia rerum omnium gloriantur, ac sacrosanctam dei ecclesiam adscititiis superstitionibus temere dividunt ac labefactant, et a divina clementia excidunt. Neque enim eum qui semel prolapsus sit recipiunt amplius, atque eadem omnino de nuptiis ceterisque id genus cum superioribus illis sentiunt. Cumque Cathari receptis duntaxat scripturis adhaerescant, isti Andreae ac Thomae (ita enim vocant) Actis potissimum nituntur, suntque ab ecclesiae regula prorsus alieni. Cap. I.

Nam si abominandae sunt nuptiae, impuri plane illi ipsi sunt qui e nuptiis originem traxerunt. Ac si ecclesia dei ex iis solis constat qui nuptiis renuntiarunt, neque nuptiae, neque totum propagandae sobolis negotium ex deo est. Quare et ipsi cum indidem nati sint, a deo erunt alieni. Quem igitur locum habebit illud, *Quae* Marc. 10, 9.

4. *Rescripsi* δὴ, *invitis quidem libris, qui praebent* δὲ.

Cap. I. — 1. *Alibi passim invenio scripturam* Ἐγκρατητῶν, *ab* Ἐγκρατητής, *quae vetusta est ac genuina nominis forma.*

Ἃ ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω; Τὸ μὲν γὰρ ἀπ' ἀνάγκης χωρίζειν ἀπὸ ἀνθρώπου ὑπάρχει, τὸ δὲ μετὰ προαιρέσεως ἐγκρατεύεσθαι οὐκ ἀνθρώπου ἔδειξεν, ἀλλὰ θεοῦ τὸ ἔργον. Καὶ ἔχει μὲν ἡ κατὰ φύσιν ἀνάγκη πολλάκις μέμψιν, ὅτι οὐ μετὰ εὐλογιστίας τὸ ἐπάναγκες ἐπιτελεῖται, ἀλλὰ ἐκτὸς τοῦ κανόνος βέβηκεν. Οὐ γὰρ ἐπά-
pag. 507. ναγκες ἡ θεοσέβεια, ἀλλὰ ἐκ προαιρέσεως ἡ δικαιοσύνη. Τὰ δὲ φύσει εἰς θεοσέβειαν ἐπάναγκες φανερά ἐστιν ἃ τῇ φύσει ἐπιμεμέτρηται, οἷον τὸ μὴ πορνεύειν, τὸ μὴ μοιχεύειν, τὸ μὴ ἀσελγαίνειν, τὸ μὴ ἐν ταὐτῷ δευτερογαμεῖν, τὸ μὴ ἁρπάζειν, τὸ μὴ ἀδικεῖν, τὸ μὴ μεθύειν, τὸ μὴ ἀδηφαγεῖν, τὸ μὴ φαρμακεύειν, τὸ μὴ εἰδωλολατρεῖν, τὸ μὴ φονεύειν, τὸ μὴ καταρᾶσθαι, τὸ μὴ λοιδορεῖν, τὸ μὴ ὀμνύναι, ἀγανακτεῖν τε καὶ ταχὺ πραΰνεσθαι, ὀργίζεσθαι καὶ μὴ ἁμαρτάνειν, μὴ ἐπιδύνειν ἥλιον ἐπὶ τῷ παροργισμῷ· [2] τὸ δὲ γάμῳ συναφθῆναι μετὰ εὐνομίας, ἡ φύσις δηλώσει ἐκ θεοῦ ἐκτισμένη καὶ ἐπιτραπεῖσα. Καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ἐστὶ τοιαῦτα, κατὰ θάτερον ἔχει τῆς ἐπισκοπῆς τὸ μέτρον.

Κεφ. β'. Ἀλλ' ὡς περὶ τούτων εἰπεῖν προειλήφαμεν, ἐν ὀλίγῳ χώρῳ οὗτοι ὑπάρχουσι, περὶ τὴν Φρυγίαν τε καὶ Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν. Τί οὖν ἄρα ἐκκόπτεται ἡ ἐκκλησία ἡ ἀπὸ γῆς περάτων ἄχρι γῆς περάτων, καὶ οὐκέτι εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν; οὐδὲ οὐκέτι τὸ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον, τὸ, Ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν σεμνότητι ὁ γάμος, καὶ ζωὴν ἔχων ὁ γάμος, γεννηθῶσιν ἄνευ γάμου. Εἰ δὲ ἀπὸ γάμου γεννῶνται, ἄρα βέβηλοί εἰσι διὰ τὸν γάμον. Εἰ δὲ αὐτοὶ μόνοι οὔκ εἰσι βέβηλοι, καί τοί γε ὄντες ἀπὸ γάμου, οὐ βέβηλος ὁ γάμος, διότι ἄνευ αὐτοῦ οὐδεὶς γεννηθήσεταί ποτε ἐν κόσμῳ. Καὶ πολλή τίς ἐστιν ἡ τῶν ἀνθρώπων πλάνη, διὰ ποικιλίας καὶ πολλῶν προφάσεων ἐργασαμένη τὸ φαῦλον τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, καὶ πλανήσασα ἕκαστον διὰ προφάσεως ἀπὸ τῆς ἀληθείας.

Κεφ. γ'. Καὶ ἔχει μὲν οὖν ἀποταξίαν ἡ ἐκκλησία, ἀλλ' οὐ βδελύττεται τὸν γάμον. Καὶ ἔχει ἀκτημοσύνην, ἀλλὰ οὐκ ἐπαίρεται [1] τῶν ἐν κτήσει δικαιοσύνης ὑπαρχόντων καὶ ἐκ τῶν ἰδίων γονέων ἐχόντων ὅπως ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς ἐπιδεομένοις ἐπαρκέσαι. Καὶ ἀπέχονται βρωμάτων πολλοὶ, ἀλλ' οὐ φυσιοῦνται κατὰ τῶν μὴ ἀπεχομένων· ὁ γὰρ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ

2. *Libri vulgo* τῷ δὲ.

Cap. III. — 1. κατὰ τῶν *suspicatus est Petavius. Sed* ἐπαίρεσθαι *h. l. structum est perinde atque* καταφρονεῖν. *Pla-*

*deus coniunxit homo non separet?* Nam ex necessitate separare ab homine est, sponte vero continere sese non hominis esse, sed dei opus ostendit. Ad haec naturalis illa necessitas habet saepe reprehensionem, quoniam id ipsum, quod necessario impositum est, non recto consilio ac ratione perficitur, sed intra regulam minime continetur. Non enim vi extorquenda pietas est, sed consilio ac voluntate iustitia suscipitur. Porro quae ad pietatem proprie sunt necessaria manifesta sunt, quae scilicet homines naturae velut admetiuntur. Quale est non fornicari, neque adulterium perpetrare, non libidinose se gerere, non secundas eodem tempore nuptias contrahere, non rapere, non iniuriam facere, non inebriari, non se cibis iniurgitare, non veneficium parare, non idola colere, non occidere, non imprecari, non convitiari, non iurare, succensere ac cito placari, irasci nec peccare, solem super iracundiam non occidere. Eph. 4, 26. Nuptiis vero copulari legitimis, vel natura ipsa a deo condita permissum sibi esse monstrabit. Cetera denique, quae eiusdem rationis sunt, ad alterutrum genus, pro modo suo ac mensura, revocari possunt.

Verum ut, quae de illis tractare cepimus, persequamur, habitant illi in exigua quadam regione Phrygiae, Ciliciae ac Pamphyliae. Cap. II. Quid igitur? Ergone ecclesia, quae ad utramque terrarum extremitatem porrigitur, penitus exscinditur, nec amplius in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum? Psalm. 18, 5. Nec illud valet, quod a servatore dictum est: *Eritis mihi testes usque ad ultimum terrae?* Act. 1, 8. Enim vero si honestatis nihil habent nuptiae nec ulla eis vitae spes relinquitur, nascantur illi sine nuptiis. Sin ex nuptiis oriuntur, ob eas ipsas impuri sunt et execrandi. Quod si soli illi impuri minime sunt, licet e nuptiis propagati sint, non sunt impurae nuptiae, quoniam sine illis nemo in hanc lucem prodire potest. Magnus omnino hominum illorum error est, qui varia ac multiplici specie humano generi perniciem attulit, et unumquemque inani quodam praetextu a recta via veritatis abduxit.

Habet quidem renuntiationem ecclesia, sed non ideo detestandas nuptias existimat. Cap. III. Habet bonorum omnium inopiam, sed non adversus illos insolenter effertur, qui ea iuste possident a parentibus accepta, quibus tam sibi quam aliis indigentibus subveniant. Ad haec a ciborum usu temperant multi, sed non contra eos qui illis utuntur superbe se gerunt. *Qui enim manducat, non manducantem non contemnat, et qui non manducat, manducantem non iudicet.* Rom. 14, 3. *Chri-*

*ne sic nos struere solemus nostrum* „sich überheben", *cum dicimus*, „sich seiner nicht überheben".

κρινέτω· Χριστῷ γὰρ ἐσθίει καὶ πίνει. Καὶ ὁρᾷς μίαν ὁμόνοιαν, καὶ μίαν ἐλπίδα, καὶ μίαν πίστιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἑκάστῳ χαριζομένην κατὰ
pag. 508. τὴν ἰδίαν δύναμιν καὶ μετὰ τὸν ἴδιον ἀγῶνα τοῦ καμάτου. Ἔοικε δὲ ἡ ἁγία [2] τοῦ θεοῦ ἐκκλησία νηΐ. Ναῦς δὲ οὐκ ἀπὸ ἑνὸς ξύλου [3] ἁρμόζεται, ἀλλ' ἐκ διαφόρων. Καὶ τὴν μὲν τρόπιν ἀπὸ ἑνὸς ξύλου κέκτηται, ἀλλὰ οὐ μονοβόλως· τὰς δὲ ἀγκύρας ἑτέρων, [4] περιτόναιά τε καὶ σανίδας, καὶ [5] τὰ ἐγκοίλια, σώματά τε καὶ μέρη [6] πρύμνης καὶ τοίχων καὶ ζυγωμάτων, [7] ἱστίων τε καὶ πηδαλίων, [8] ὀκνῶν τε καὶ αὐχενίων, οἰάκων τε καὶ τῶν ἄλλων πάντων, ἐκ διαφόρων ξύλων ἔχει τὴν συναγωγήν. Ἑκάστη δὲ τούτων τῶν αἱρέσεων μονόξυλός τις οὖσα [9] τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐκκλησίας οὐχ ὑποφαίνει. Ἡ δὲ ἁγία [10] θεοῦ ἐκκλησία ἔχει μὲν γάμον σεμνὸν, καὶ τιμᾷ τὸν τοιοῦτον, ἐπειδὴ τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. Ἔχει ἐγκράτειαν θαυμασιωτάτην, καὶ ἐπαινεῖ τὴν τοιαύτην, ἐπειδὴ ἀγῶνα ἀγωνίζεται, καὶ κατεφρόνησε τοῦ βίου, ὡς ἔτι δυνατωτέρα. Ἔχει δὲ παρθενίαν, καὶ ὑπερδοξάζει τὴν τοιαύτην ἐνάρετόν τινα οὖσαν, καὶ πτερῷ κουφοτάτῳ κεκοσμημένην. Ἔχει ἀποταξαμένους τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ πεφυσιασμένους κατὰ τῶν ἔτι ἐν κόσμῳ ὑπαρχόντων, ἀλλὰ χαίροντας τοῖς τοιούτοις. Καθάπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ μὲν ἀκτήμονες ὑπάρχοντες, καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ πάντων δεσπότης ὢν, ἐν σαρκὶ γενόμενος, οὐδὲν ἀπὸ τῆς γῆς ἐκτήσατο, ἀλλ' οὐκ ἀπεβάλετο τὰς αὐτοῦ τε καὶ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς διακονούσας γυναῖκας. Λέγει γὰρ, Αἵτινες ἠκολούθησαν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ, καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων.

Κεφ. δ'. Ἐπεὶ πῶς ἄρα πληρωθήσεται τὸ εἰρημένον, Δεῦτε ἐκ δεξιῶν μου οἱ εὐλογημένοι, οἷς ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος ἔθετο τὴν βασιλείαν πρὸ καταβολῆς κόσμου; ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, [1] [ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με,] γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με. Πόθεν δὲ οὗτοι ταῦτα εἶχον πράττειν, εἰ μὴ ἀπὸ δικαίων πόνων ἐπετέλουν, καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπάρξεων ἐν τῇ δικαιοσύνῃ; Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ ἀποταξάμενοι καὶ ἀποστολικὸν βίον βιοῦντες μετὰ τῶν ἄλλων ἦσαν μεμιγμένοι, οὐκ ἀλλότριος ἦν ὁ χαρακτὴρ, οὔτε ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ διατάξεως ἀπεξενωμένος· καὶ εἰ γυναιξὶν ἀπετάξαντο δι' ἐγκράτειαν, ἐπαινετὴ ἦν ἡ
pag. 509. προειρημένη, εἴπερ τὸν γάμον οὐκ ἐβδελύσσοντο· ἀλλὰ τοῖς ἔτι ἐν γάμῳ

2. τοῦ *om. cod. Ven.*
3. σκευάζεται, ἀλλὰ *cod. Venet.*
4. *Libri vulgo* περιτόνεα, *vel* περιττόνεα. *Pollux Onomast. I,* 89. *explicat* τὰ περὶ τὴν πρύμναν προὔχοντα ξύλα.
5. *Scripsi* τὰ ἐγκοίλια, σώματά τε καὶ, *vestigia cod. Veneti, optimi, secutus, in quo legitur* τὰ ἐγκοίλα (*sic*) σάματα (*sic*) τε καὶ. *Cod. Rhedig. cum editis habet* τὰ ἐγκυλίσματά τε καὶ. *Petavius suspicabatur* τὰ χελύσματά τε καὶ.
6. προίμνης *cod. Venet.*

*sto enim manducat et bibit.* Iamne vides eandem in ecclesia concordiam eandemque spem ac fidem quae unicuique secundum propriam vim propriumque laboris certamen gratificare studet? Etenim sancta dei ecclesia navi cuidam similis est. Navis porro non et unica tabula, sed ex diversis coagmentatur. Habet enim ex uno quidem ligno carinam, sed non uno ac simplici modo: anchorae deinde alterius generis sunt, tum peritonaea, tabulata, statumina ac puppis, laterum transtrorumque partes, vela, temones, phalangas, manubria, clavos ac reliqua omnia vario ex materiae genere coagmentantur. At unaquaeque istarum haereseon unico ligno constans ecclesiae notam ac characterem prae se non habet. Contra dei ecclesia honestas nuptias admittit, ac veneratione prosequitur. *Honestae* Hebr. 13, 4. *enim nuptiae sunt, et torus immaculatus.* Habet et continentiam, et quidem singularem, eamque commendat, utpote quae certamen quoddam suscipit, vitamque ipsam quasi potentior despicit. Nec minus virginitatem habet, eamque magnopere praedicat, quasi cum virtute coniunctam, levissimaque penna praeditam. Nec ei desunt certi homines, qui mundo renuntiarunt, nec adversus eos qui adhuc in mundo versantur arroganter insolescunt, sed iis ipsis delectantur. Quales olim apostoli fuerunt, omnium scilicet rerum possessione vacui. Imo et salvator ipse dominus omnium, cum in hac carne viveret, nihil ex hisce terrenis rebus possidere voluit. Neque tamen idcirco mulieres illas reiicere voluit, quae sibi ac suis apostolis ministrarent. Ita enim scriptum est: *Quae quidem secutae fuerant* Luc. 8, 3. *illum a Galilaea, ministrantes ipsi et iis qui cum eo erant, de suis facultatibus.*

Quod nisi ita se res haberet, qui tandem impleri posset illud: Cap. IV. *Venite ad dexteram meam benedicti, quibus pater meus coelestis paravit* Matth. 25, 34. *regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare, sitivi, et dedistis mihi bibere, nudus fui, et cooperuistis me.* Quae omnia quomodo facere tandem potuissent, nisi iustis ex laboribus atque ex privatis facultatibus iure comparatis eadem illa praestitissent? Quod si isti qui bonis se omnibus abdicant et apostolicum vitae genus instituerunt, aliis essent admisti, non aliena esset illa vivendi ratio, neque a divinis legibus ac praescriptis abhorreret, ac si uxoribus insuper prae temperantiae studio renuntiarent, laudabile esset institutum illud, pro eo quod nuptias minime detestarentur. Sed cum iis qui matrimonia contraxerint communionem

7. ἱστίου *cod. Venet.*
8. ὁλκῶν *suspicio Petavii fuit.*
9. οὐ τὸν *cod. Venet.*
10. τοῦ θεοῦ *cod. Venet.*

Cap. IV. — 1. *Haec verba, quae in libris vulgo desiderantur, reducenda fuisse, illud* γυμνὸς, *in tanta nuditate positum, satis probat.*

κοινωνοῖς ἐχρήσαντο ἄν, εἰδότες ἑκάστου τὸ μέτρον καὶ τὴν τάξιν. Ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ ναῦς πάντα ἐπιβάτην δέχεται, δίχα ληστοῦ. Γνοῦσα γὰρ ληστὴν καὶ πειρατὴν, τοῦτον οὐκ εἰςδέχεται, οὐδὲ φυγάδα, καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων δεσποτῶν ἀφηνιάζοντα. Οὕτω καὶ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία οὐ δέχεται πορνείαν, οὐ δέχεται μοιχείαν, οὐ δέχεται ἐπαρνησιθεῖαν, οὐδὲ τοὺς ἀθετοῦντας τὴν δεσποτείαν τῆς τοῦ θεοῦ διατάξεως, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων, δέχεται δὲ τὸν μὲν ἐν μεγάλῃ πραγματείᾳ, τὸν δὲ ἐν ἐμπειρίᾳ ναυτίλων, τὸν δὲ κυβερνήτην καὶ ἐπιστήμονα, τὸν δὲ ἐν πρωρικῇ, τὸν δὲ ἐν πρύμνῃ, ἔχοντα τὸ ἐμπειρότατον τῆς ἀποσκοπῆς, τὸν δὲ ἐν μέτρῳ τινὶ ὑποστάσεως καὶ ἐνθήκης ὄντα, τὸν δὲ καὶ ἕως τοῦ διαπεράσαι μόνον, καὶ μὴ ἐν θαλάσσῃ καταποντωθῆναι. Καὶ οὐ πάντως ὅτι τὸ μὴ τοσαῦτα κεκτημένῳ τὴν σωτηρίαν οὐ παρέχει, ἀλλ' οἶδε μὲν πάντας σώζειν, ἕκαστον δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν πραγματείαν καὶ σωτηρίαν. Καὶ πόθεν οἱ ἐξ οἰκίας τοῦ Καίσαρος ἀσπάζονται παρὰ τῷ ἀποστόλῳ; πόθεν δὲ τῷ ἀποστόλῳ τὸ εἰρημένον, τὸ, Ἐὰν νομίζῃ ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν ἰδίαν παρθένον, καὶ οὕτως ὀφείλει ποιῆσαι, γαμείτω, οὐχ ἁμαρτάνει. Οὐκ ἐκτὸς δὲ λουτροῦ δύναται πληροῦν τὸ οὐχ ἁμαρτάνειν. Εἰ γὰρ πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ χάριτι, δῆλον διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας. Τὸ γὰρ λουτρὸν ἐκόσμησε τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, ἀπολούσαν πᾶν ἁμάρτημα διὰ μετανοίας. Ἄρα γε καὶ ἐπὶ τὴν οὖσαν παρθένον τὸ χάρισμα ἐφήπλωται τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἐπὶ τὴν οὐκ οὖσαν παρθένον, [2] ἐὰν σφραγίζεσθαι ἐπείγηται, διὰ τὸ ἀβαρές.

Κεφ. ε'. Ἀλλὰ μή τινες πάλιν ὑδαρευόμενοι νομίσωσιν, ἐὰν εἴπωμεν περὶ παρθένου, διατάξαντος τοῦ ἀποστόλου τὸ γῆμαι, μὴ τὴν ἅπαξ ὁρίσασαν παρθενεῦσαι θεῷ κατασπάσαι τοῦ ἰδίου δρόμου βουλόμενος ὁ ἀπόστολος ταῦτα διετάξατο. Οὐ γὰρ περὶ τούτων ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ παρθένων ὑπεράκμων, τῶν οὐ διὰ παρθενίαν ἐν τῇ ἀκμῇ παραμεινασῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἠπορηκέναι ἀνδρῶν πρὸς γάμον. Ἐξ Ἰουδαίων γὰρ ὁρμώμενοι οἱ ἀπόστολοι, καὶ κατὰ τὸν νόμον πολιτευσάμενοι, τὴν ἀρχὴν
pag. 510. τοῦ κηρύγματος ἐποιήσαντο θεσμοῖς ἔτι κατεχόμενοι τοῖς ἐν τῷ νόμῳ, οὐ κατὰ τὴν σαρκὸς δικαίωσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐμμελῆ τοῦ νόμου ἀσφάλειαν καὶ ἀκριβολογίαν. Θαυμαστῶς ἐκήρυττεν ὁ νόμος μὴ δοῦναι τὰς θυγατέρας Ἰσραὴλ τοῖς ἀλλοφύλοις, ἵνα μὴ ἀποπλανῶσιν αὐτὰς ἐπὶ τὰ εἴδωλα. Ἕκαστος τοίνυν τῶν πιστευσάντων τότε προςετάττετο

2. ἐὰν σφρ. ἐπείγηται *ego.* *Libri habent* παρθένον σφραγ. ἐπείγεται. ἥτις σφραγίζεσθαι ἐπείγεται *censebat Petavius.* *Cornarius vertit:* „— expassum est, et in eam, quae non est virgo, concludi festinat, eo quod grave non est.“

habere vellent, quod uniuscuiusque mensuram ordinemque cognoscerent. Dei quippe navis vectorum genus omne praedonibus exceptis admittit. Quem enim praedonem ac piratam agnoverit, nequaquam recipit, neque fugitivum, aut eum qui dominorum suorum servitutem excusserit. Ad eundem modum ecclesia dei neque fornicationem admittit, nec adulterium, neque divini numinis eiurationem, nec eos qui dei atque eius apostolorum sanctiones ac decreta rescindunt. Ceterum ex vectoribus illis alium ad magnam quandam negotiationem obeundam adhibet, alium ad nauticos usus, gubernatorem alium constituit, atque alium prorae, alium puppi praeficit, qui speculandi praecipua quadam sit experientia praeditus. Alium velut faecis merciumque loco habet, alium denique transvehendi solum gratia recipit, ne in mari demergatur. Nec ulla omnino exceptione utitur, ut ei qui tantum non possideat salutis viam intercludat, quin imo ita universis novit conciliare salutem, ut habita cuiusque functionis ac salutis ratione conservet. Alioqui cur qui e familia Caesaris erant salutem apud apostolum dicunt? Aut unde apostoli- Philipp. 4. 22.
cum illud dictum, *Si quis putat turpem se videri super virgine sua, et ita facere debet, nubat, non peccat.* 1. Cor. 7, 36. Hoc ipsum vero, non peccare citra baptismum obtineri non potest. *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam,* Rom. 3, 23. hoc est secundae quadam lotione generationis. Quae quidem lotio omne per poenitentiam peccatum eluens animum ac corpus exornat. Quamobrem tam ad virginem baptismi gratia pertinet quam ad eam quae virgo non est, quae relevandae sui gratia eo se obsignari sacramento desiderat.

Verum ne diluti nimium et insipidi homines existiment, cum Cap. V. apostolum dicimus nuptias virgini praescripsisse, eodem decreto et illam insuper de curriculo suo deiicere voluisse, quae virginitatem deo semel consecrare statuerit. Neque enim ad eas apostolicus ille sermo referendus est, sed ad effoetas virgines, quae non amore virginitatis, sed maritorum inopia in illo suo vigore perstiterint. Etenim apostoli e Iudaeis oriundi, eorumque legibus instituti, ita Christianae religionis praedicationem aggressi sunt, ut veteris adhuc legis sanctionibus essent obstricti, idque ipsum non ad iustificationem carnis, sed ad concinnam atque aptam legis observationem accuratamque officii rationem, faciendum sibi esse duxerunt. Siquidem mirum in modum hoc antiqua lege cavebatur, ne Israelitarum filiae exteris nationibus elocarentur, ut ne ipsas ad simulacrorum cultum pertraherent. Itaque fidelium cuique per illud tempus praeceptum

οὐκέτι Ἰουδαίοις ἐκδίδοσθαι τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, ἀλλὰ Χριστιανοῖς ὁμοδόξοις καὶ ὁμογνώμοσι. Νέου δὲ ὄντος τοῦ κηρύγματος, οὔπω πλῆθος κατὰ τόπον Χριστιανῶν ὑπῆρχε, καὶ Χριστιανικῆς διδασκαλίας. Οἵτινες οὖν τότε ἔσχον θυγατέρας παρθένους, μὴ εὐποροῦντες ἐκδίδοσθαι Χριστιανοῖς, ἐφύλαττον τὰς ἑαυτῶν παρθένους ἄχρι πολλοῦ τοῦ χρόνου, ἐκεῖναι δὲ ὑπερακμάζουσαι περιέπιπτον πορνείᾳ, διὰ τὴν κατὰ φύσιν ἀνάγκην. Ὁ γοῦν ἀπόστολος, ὁρῶν τὸ ἐπιζήμιον διὰ τῆς ἀκριβολογίας συμβαῖνον, ἐπέτρεψε λέγων, Εἰ δέ τις βούλεται τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καὶ οὐκ εἶπε, τὴν ἰδίαν παρθενίαν. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος ἔλεγεν, ἀλλὰ περὶ πατρὸς φυλάσσοντος παρθενίαν. Εἰ δὲ τὴν ἑαυτοῦ παρθένον τὸ ἴδιον σῶμα λέγει, οὐδὲν κωλύσει. Φησὶν οὖν, Ἕστηκεν ἑδραίως ἐν τῷ ἰδίῳ νῷ, καὶ τοῦτο ὀφείλει ποιῆσαι. Γαμείτω, φησὶν, οὐχ ἁμαρτάνει· [1]γαμείτω οὗ γ' ἂν εὐποροίη, οὐχ ἁμαρτάνει. Καὶ διὰ τοῦτο, Δέδεσαι γυναικὶ, μὴ ζήτει λύσιν· λέλυσαι ἀπὸ γυναικὸς, μὴ ζήτει γυναῖκα. Ὁ λέγων, Θέλω πάντας εἶναι ὡς ἐμαυτὸν, ἔλεγεν, Εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν.

Κεφ. ϛ'. Πάλιν δὲ προτρεπόμενος τοὺς [1]γάμους ἔλεγε, Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ. Πῶς οὖν πάλιν ἔλεγε, Δέδεσαι γυναικὶ, μὴ ζήτει λύσιν; ἢ πῶς οὐκ ἀντινομοθετῶν εὑρεθήσεται τῷ ἰδίῳ κυρίῳ τῷ λέγοντι, Ὁ μὴ καταλιπὼν πατέρα καὶ μητέρα καὶ ἀδελφοὺς καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα καὶ θυγατέρας, οὐκ ἔστι μου μαθητής; Πῶς δὲ ὁ λέγων ὅτι δεῖ καταλιπεῖν γυναῖκα σεμνὴν, καὶ πατέρα, αὐτὸς πάλιν λέγει, Ὁ τιμῶν πατέρα καὶ μητέρα, αὕτη γάρ ἐστιν ἐν ἐπαγγελίᾳ πρώτη ἐντολὴ ὑπάρχουσα· καὶ, Ὃ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω; Ἀλλὰ πάντα τὰ θεῖα ῥήματα οὐκ
pag. 511. ἀλληγορίας δεῖται, [2]ἀλλὰ ὡς ἔχει ἔχει, θεωρίας δὲ δεῖται καὶ αἰσθήσεως, εἰς τὸ εἰδέναι ἑκάστης ὑποθέσεως τὴν δύναμιν. Δεῖ δὲ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι. Οὐ γὰρ πάντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι. Διὸ τὰ μὲν ἐν γραφαῖς, τὰ δὲ ἐν παραδόσει παρέδωκαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, ὥς φησιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, Ὡς παρέδωκα ὑμῖν· καὶ ἄλλοτε, Οὕτως διδάσκω, καὶ οὕτως παρέδωκα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις· καὶ, Εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε. Παρέδωκαν τοίνυν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἀπόστολοι τῇ ἁγίᾳ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐφάμαρτον εἶναι τὸ μετὰ τὸ ὁρίσαι παρθενίαν εἰς γάμον τρέπεσθαι, καὶ ἔγραψεν ὁ ἀπόστολος, Ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε. Πῶς οὖν συνᾴδει τοῦτο

Cap. V. — 1. *Libri habent* γαμείτω οὐδ' ἂν εὐποροῖεν. *Petavius suspicatus est* γαμείτω οὗ δ' ἂν εὐποροίη. *Rescripsi* γαμείτω οὗ γ' ἂν εὐποροίη, *eo quem ille affectabat sensu. Cornarius:* Qui constitit firmiter in propria mente, et hoc debet facere, nubat, inquit, non peccat, nubat etiamsi non fuerit copia, non peccat.

erat, ne quis filiam suam virginem Iudaeis in matrimonium daret, sed Christianis duntaxat, qui eadem religione essent ac sententia coniuncti. Cumque nova tunc esset evangelii praedicatio, non magna ubique Christianorum erat, Christianaeque doctrinae copia. Quare quibus filiae virgines erant, cum Christianum cui collocarent neminem haberent, easdem illas virgines diutissime servabant, quae maturam aetatem praetergressae naturalibus ad stupra libidinis stimulis incitabantur. Unde et apostolus, cum ex accurata illa ratione detrimenti plurimum afferri videret, iis verbis indulsit: *Quod si quis* 1. Cor. 7, 36.
*virginem suam velit.* Non dixit *virginitatem suam*. Neque enim de proprio corpore, sed de patre virginitatis custode loquebatur. Sed si *virginem suam* proprium corpus appellare dixerimus, nihil admodum nobis obstare potest. Pergit porro: *Stat firmiter in animo suo, et hoc debet facere: Nubat*, inquit, *non peccat. Nubat ei quemcumque nacta fuerit, non peccat.* Atque idcirco, *Alligatus es uxori? noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? Noli quaerere uxorem.* Atque ille qui dixit: *Volo omnes esse sicut meipsum*, illud una dixit: *Si non continent, nubant.*

Praeterea cum innuptis praecepta daret, *Dico autem*, inquit, Cap. VI.
*innuptis et viduis bonum est ipsis, si maneant ut ego.* Quomodo igitur istud usurpavit: *Alligatus es uxori, noli quaerere solutionem?* Nonne contrariam domini sui decreto legem statuere videtur, qui ita pronuntiaret: *Qui non relinquit patrem et matrem et fratres et* Luc. 14, 26.
*uxorem et filios et filias, non est meus discipulus.* Ad haec qui honestam coniugem patremque relinquere iubet, quomodo idem alio in loco dicit, *Qui honorat patrem et matrem, hoc enim est primum in* Exod. 20, 12. Eph. 6, 2.
*promissione mandatum*, et, *Quod deus coniunxit homo non separet.* Matth. 19, 6.
Verum divina omnia verba non ad allegorias referenda, sed ut se habent accipienda sunt. Consideratione vero ac sensu opus habent, ut argumenti cuiusque vis ac potestas intelligatur. Sed traditione quoque opus est. Neque enim ex scripturis peti possunt omnia. Idcirco alia scripto, traditione alia sanctissimi apostoli reliquerunt. Quod ipsum ita Paulus affirmat: *Quemadmodum tradidi vobis.* Item 1. Cor. 11, 2.
alio loco: *Ita doceo, et ita tradidi in ecclesiis.* Item: *Si meministis,* 1. Cor. 15, 3.
*nisi frustra credidistis.* Iam vero illud ab apostolis sancta dei ecclesia traditum accepit, post decretam virginitatem ad nuptias sese conferre, scelere implicatum videri. Atenim apostolus scripsit: *Si nupserit virgo, non peccavit.* Quinam igitur ambo haec inter se con-

Cap. VI. — 1. ἀγάμους *suspicabatur Petavius. Possis eodem iure, retento* γάμους, *mutare* ἀποτρεπόμενος.

2. ἀλλὰ ὡς ἔχει ἔχει *ego. Libri habent* ἀλλὰ ὡς ἔχει.

τούτῳ; Ἀλλὰ [3] κατ' ἐκείνην τὴν παρθένον λέγει, τὴν μὴ ὁρίσασαν θεῷ. Ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπορίαν τῆς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σπάνης τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων κατὰ ἀνάγκην οὕτως ἐπετελεῖτο. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, διδάξει ἡμᾶς ὁ αὐτὸς ἀπόστολος, λέγων, Νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. [4] Ἣ τοίνυν εἰ καὶ ἡ μετὰ πεῖραν κόσμου χηρεύσασα γυνὴ διὰ τὸ τετάχθαι θεῷ ἔπειτα γήμασα κρίμα ἕξει, ἀθετήσασα τὴν πρώτην πίστιν, πόσῳ γε μᾶλλον ἡ καὶ αὐτὴν ἄνευ πείρας κόσμου ἀναθεῖσα παρθένος θεῷ γαμήσασα; πῶς οὐχὶ μᾶλλον αὐτῇ ὑπὲρ περισσοῦ κατεστρηνίασε Χριστοῦ, καὶ τὴν μείζονα πίστιν ἠθέτησε, καὶ ἕξει κρίμα ὡς ἀναχαλασθεῖσα τῆς ἰδίας κατὰ θεὸν προθέσεως;

Κεφ. ζ'. Γαμείτωσαν τοίνυν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν, σύντομος καὶ μέσος ὁ λόγος κατὰ τῶν τὰ φαῦλα διανοουμένων περὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς τοῦ κηρύγματος ὑποθέσεως. Παρεκβάλλουσα μὲν τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς Ἀποστολικοὺς καὶ Ἐγκρατίτας, παρεκβάλλουσα τοὺς ὑδαρευομένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀναπείθοντας [1] γύναια ἀπὸ τελείου δρόμου ἀναχαλασθέντα ἀθετεῖν τὴν τοιαύτην τοῦ δρόμου τελειότητα. Καὶ ἔχει μὲν ἁμαρτίαν καὶ κρίμα ὁ ἀθετήσας θεοῦ τὴν παρθενίαν, καὶ καταισχύνας τὸν ἀγῶνα. Παραφθείρας γὰρ ἀγῶνα ὁ ἀθλητὴς μαστιχθεὶς ἐκβάλλεται τοῦ ἀγῶνος καὶ παραφθείρας τις παρθενίαν ἐκ-
pag. 512. βάλλεται τοῦ τοιούτου δρόμου, καὶ στεφάνου, καὶ βραβείου. Ἀλλὰ κρεῖττόν ἐστι κρίμα, καὶ μὴ κατάκριμα. Οἱ γὰρ διὰ τὸ μὴ αἰσχυνθῆναι τοῖς ἀνθρώποις κρυφῇ πορνεύοντες ποιοῦσι πορνείας, [2] προφάσει μονότητος, ἢ ἐγκρατείας, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἔχουσι τὴν ὁμολογίαν, ἀλλὰ πρὸς θεὸν τὸν εἰδότα τὰ κρύφια καὶ ἐξελέγχοντα πᾶσαν σάρκα ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ περὶ ὧν ἕκαστος ἥμαρτε. Κρεῖττον τοίνυν ἔχειν ἁμαρτίαν μίαν, καὶ μὴ περισσοτέρας. Κρεῖττον πεσόντα ἀπὸ δρόμου φανερῶς ἑαυτῷ λαβεῖν γυναῖκα κατὰ νόμον, καὶ ἀπὸ παρθενίας πολλῷ χρόνῳ μετανοήσαντα εἰσαχθῆναι πάλιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς κακῶς ἐργασάμενον, ὡς παραπεσόντα, καὶ κλασθέντα, καὶ χρείαν ἔχοντα ἐπιδέματος, καὶ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βέλεσι κρυφίοις κατατιτρώσκεσθαι [3] πονηρίας ὑπὸ διαβόλου αὐτῷ ἐπιφερομένης.

Κεφ. η'. Οὕτως οἶδεν ἡ ἐκκλησία κηρύττειν, ταῦτα τὰ φάρμακα τῆς ἰά-

3. κατ' ἐκείνην *ego.* καὶ ἐκείνην *libri tam scripti quam editi.*

4. Ἣ τοίνυν εἰ καὶ *ego rescripsi. Libri enim habent* Εἰ τοίνυν εἰ καὶ. *Petavius alterum* εἰ *uncinis notavit.*

Cap. VII. — 1. γύναια *emendavit Petavius. Libri habent* γυναῖκα.

2. *Deesse aliquid suspicatus erat etiam Petavius qui librorum vett. scripturam* πορνείας, ἢ μονότητος *repetiit. Vocabuli* προφάσει *quod revocavi pars* προφασ *latebat in voc.* πορνείας, *pars* ει *in par-*

sentiunt? Sed nimirum de ea virgine loquitur quae deo virginitatem suam non addixit, adeoque propter Christianorum temporibus illis paucitatem atque inopiam, necessario haec ad eum modum administrabantur. Quod autem ita sese res habeat, eiusdem apostoli testimonio constat, cum ait: *Adolescentiores viduas devita. Postquam* 1.Tim. 5, 11. *enim in Christum lasciverint, nubere volunt, habentes iudicium, quoniam priorem fidem irritam fecerunt.* Quod si vel ea mulier, quae mundum periclitata vidua facta est, pro eo quod deo consecrata fuerit, si postea nupserit, iudicium habet, quod primam fidem irritam fecit, quae, antequam mundum experiretur, semetipsam deo dicaverit virgo, nonne multo magis lascivit in Christum, maioremque fidem irritam reddidit, ac iudicium ideo sustinebit, eo quod suum illud secundum deum propositum relaxavit?

Ergo illa apostoli verba, *Nubant, filios procreent, familiae cu-* Cap. VII. 1.Tim. 5, 14. *ram habeant*, brevis est ac medius adversus illos sermo qui de omni ecclesiasticae doctrinae genere perperam apud se cogitant. Quae quidem doctrina eos omnes respuit qui se Apostolicos et Encratitas nominant: necnon et illos qui in ecclesia molliores quodammodo sunt, quippe mulieribus persuadent ut de perfecti cursus contentione remittentes eam ipsam funditus abiiciant. Verum peccato se ac iudicio implicat, quisquis dei virginitatem tollit e medio, ac certamini ignominiam consciscit. Qui enim ex athletis certaminis leges violat, cum verberibus a certamine deiicitur. Ita qui virginitatem corruperit, ab eo ipso curriculo et corona praemioque repellitur. Verum melius utique iudicium est, quam damnatio. Nam qui, ut ne apud homines in infamiam adducantur, clam stuprum perpetrant, monasticae vitae vel continentiae sponsione non se apud homines obligant, sed apud deum, qui et occulta cognoscit et in adventu suo universam carnem redarguit, in quibus videlicet quisque peccaverit. Quocirca satius est uno se peccato quam pluribus obstringere. Satius est ubi a curriculo exciderit, palam sibi uxorem legitimis nuptiis adiungere, ac post virginitatem longo intervallo suscepta poenitentia iterum ecclesiae reconciliari, utpote qui et peccatum admiserit, et prolapsus fuerit et infractus, et obligatione vulneris opus habeat, ut non occultis in dies immissae a diabolo nequitiae iaculis saucietur.

Hunc in modum praedicare consuevit ecclesia. Haec ad reme- Cap. VIII.

*ticula* ἢ. *Cornarius:* Qui enim, ut ne confundantur apud homines, occulte scortantur, et sub solitudinis aut continentiae specie libidinem exercent, non apud homines habent confessionem, sed apud deum, qui *cett.*

3. *Libri habent* καὶ πονηρίας. *At illud* καὶ, *quod etiam Cornarius in versione sua neglexit, accreverat ex finali syllaba eius qui praegreditur infinitivi* κατατιτρώσκεσθαι.

σεως, ταῦτα τὰ εἴδη τῆς μυρεψικῆς ἐργασίας, αὕτη ἡ κατασκευὴ τοῦ ἁγίου ἐλαίου ἐν τῷ νόμῳ, αὕτη ἡ ἀρωματίζουσα καλὴ πίστις, ἐπισφίγγουσα μὲν τὸν ἀθλοῦντα εἰς ἀγῶνα, ἐπικηρυκευομένη δὲ αὐτῷ διατεῖναι τὸν δρόμον, ὅπως δυνηθῇ στεφανθῆναι αὕτη ἡ τοῦ θεοῦ πραγματεία, πάντας συνάγουσα εἰς τὴν βασιλικὴν διάταξιν, καὶ πορφύραν μὲν ἀπὸ θαλάσσης, καὶ ἔριον ἀπὸ προβάτου, καὶ λίνον ἐκ γῆς, καὶ βύσσον, καὶ σηρικὸν, καὶ δέρματα ἠρυθροδανωμένα, καὶ λίθον τίμιον, τὸν σμάραγδον, καὶ τὸν μαργαρίτην, τὸν ἀχάτην, τοῖς μὲν χρώμασι διαλλάττοντας λίθους, τῇ δὲ τιμῇ ὁμοτίμους ὄντας, ἀλλὰ καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ ξύλα ἄσηπα, καὶ χαλκὸν, καὶ σίδηρον, ἀλλὰ καὶ τρίχας αἰγείας μὴ ἀποβαλλομένη. Καὶ αὕτη μὲν ἦν τότε ἡ σκηνὴ, νῦν δὲ τῆς σκηνῆς ὁ οἶκος ἑδραιωμένος ἐν θεῷ, θεμέλιος δὲ ἐν δυνάμει. Καὶ παυσάσθω πᾶσα αἵρεσις κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπεγειρομένη, μᾶλλον δὲ ἑαυτὴν ἀπὸ ἀληθείας διώκουσα.

Καὶ ἕως ὧδε ταῦτα ἐχέτω. Τὴν γαῦρον δὲ ταύτην ἔχιδναν, δίκην [5] ἀκοντίου τοῦ καλουμένου, ἢ τύφλωπος, ἢ μυάγρου, ξύλῳ τῷ σταυροῦ πεπαικότες καὶ καταλείψαντες, ἰὸν μὲν οὐ τοσοῦτον ἔχοντα τὰ ἑρπετώδη ταῦτα, πλὴν καὶ τῷ δρόμῳ καὶ τῷ γαυριάματι καὶ τῇ
pag. 513. ἀκοντιάσει διὰ τὴν αὐτῶν ἐπεντριβὴν οὕτως καλῶς ἀπεικασθέντας, περιφρονήσαντες τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.

## ΚΑΤΑ ΣΑΒΕΛΛΙΑΝΩΝ,

### τεσσαρακοστὴ δευτέρα, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ δευτέρα.

Κεφ. α΄. Σαβέλλιός τις ἐν χρόνοις ἀνέστη, οὐ πολλῷ πρότερον, [1] παλαιοτέροις. Πρόσφατος γὰρ οὗτος, ἀφ' οὗπερ οἱ Σαβελλιανοὶ καλούμενοι. Καὶ οὗτος δὲ παραπλησίως τῶν Νοητιανῶν, πλὴν ὀλίγων τινῶν δογματίσας. Πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Μέσῃ τῶν ποταμῶν καὶ ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Ῥώμης τοῦ αὐτοῦ δόγματος ὑπάρχουσιν, ἀνοίᾳ τινὶ φερόμενοι.

Δογματίζει γὰρ οὗτος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Σαβελλιανοὶ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα, τὸν αὐτὸν υἱὸν, τὸν αὐτὸν εἶναι ἅγιον πνεῦμα· ὡς εἶναι ἐν μιᾷ ὑποστάσει τρεῖς ὀνομασίας, ἢ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ σῶμα, καὶ ψυχὴ, καὶ πνεῦμα. Καὶ εἶναι μὲν τὸ σῶμα ὡς εἰπεῖν τὸν πατέρα, ψυχὴν δὲ ὡς εἰπεῖν τὸν υἱὸν, τὸ πνεῦμα δὲ ὡς ἀνθρώπου, οὕτως καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τῇ θεότητι. Ἢ ὡς ἐὰν [2] ᾖ ἐν ἡλίῳ, ὄντι μὲν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, τρεῖς δὲ ἔχοντι τὰς ἐνεργείας, φημὶ δὲ τὸ φωτιστικὸν, καὶ

5. *Cf. supra haer.* 40, 8. *De typhlope cf. Nicandr. Ther.* 492. *Ael. H. A. VIII,*

13. *De myagro Nic. Ther.* 490.

Cap. 1. — 1. *Reposui* παλαιοτέροις.

dium comparata medicamenta sunt, haec seplasiarii operis genera sunt, haec sacri in lege olei confectio, haec aromatum odore fragrans egregia fides, quae athletae ad certamen prodeuntis adstringendi vim habet, eidemque denuntiat, uti cursum contendat, quo coronam possit auferre, hoc dei opus ac negotium est, quod omnes Exod. 25. regiam ad administrationem congregat, velut e mari purpuram, lanam ex ovibus, linum e terra, byssum sericum, rubricatas pelles, pretiosum lapidem, smaragdum, unionem, achatem, lapides inquam, qui, etsi coloribus differant, pretio tamen aequales sunt. Sed et aurum et argentum, et incorrupta ligna, aes atque ferrum, adeoque ne caprinos quidem pilos repudiat. Atque eiusmodi quondam tabernaculum fuit, nunc autem tabernaculi domus in deo stabilita, fundamentum eius in virtute consistit. Proindeque desinat haeresis omnis, quae contra veritatem insurgit, vel seipsam potius a veritate removet.

Atque haec hactenus. Nunc posteaquam superbam hanc viperam, perinde ac serpentis genus illud, quod iaculum vocat, aut typhlopem vel myagrum, crucis ligno percussimus ac reliquimus, quae quidem serpentum genera non tam praesenti veneno sunt, verum tamen tam ob eorum pernicitatem quam insolentiam et eiaculationem ad haereticorum illorum perniciem significandam commode adhibentur, contemptis, inquam, illis et abiectis ad reliquas haereses transeamus.

## CONTRA SABELLIANOS,
## haeresis XLII., sive LXII.

Non multis abhinc annis Sabellius quidam haereticus emersit, Cap. I. quippe recens ille est; a quo Sabelliani profecti sunt. Qui quidem, paucis quibusdam exceptis, eadem cum Noëtianis asseruit. Atque huius sectae plurimi cum in Mesopotamia, tum Romae versantur, vesania quadam perciti.

Horum haec opinio est: Eundem esse patrem, et filium, et spiritum sanctum, ut ad eandem hypostasin tres appellationes conveniant. Aut perinde atque in uno homine corpus, et anima, et spiritus inest. Ita ut corporis instar sit pater, animae filius, spiritus denique in ipsa divinitate humani spiritus instar habeatur. Quod et solis similitudine declarant, in quo cum una sit hypostasis, triplex nihilominus actus est, nimirum illustrandi vis et calefaciendi, et or-

*Libri habent* παλαιοτάτοις, *qui error haud infrequens est. Cornarius:* Sabellius quidam surrexit in temporibus non adeo priscis.

2. *Intellege* ἡ θεότης.

τὸ θάλπον, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς περιφερείας σχῆμα· καὶ εἶναι μὲν τὸ θάλπον, εἴτουν θερμὸν καὶ ζέον, τὸ πνεῦμα, τὸ φωτιστικὸν δὲ τὸν υἱὸν, τὸν δὲ πατέρα αὐτὸν εἶναι τὸ εἶδος πάσης τῆς ὑποστάσεως. Πεμφθέντα δὲ τὸν υἱὸν καιρῷ ποτε, ὥςπερ ἀκτῖνα, καὶ ἐργασάμενον τὰ πάντα ἐν τῷ κόσμῳ τὰ τῆς οἰκονομίας τῆς εὐαγγελικῆς καὶ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων, ἀναληφθέντα δὲ αὖθις εἰς οὐρανὸν, ὡς ὑπὸ ἡλίου πεμφθεῖσαν ἀκτῖνα, καὶ πάλιν εἰς τὸν ἥλιον ἀναδραμοῦσαν. Τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα πέμπεσθαι εἰς τὸν κόσμον, καὶ καθεξῆς καὶ καθ' ἕκαστα εἰς ἕκαστον τῶν καταξιουμένων· ἀναζωογονεῖν δὲ τὸν τοιοῦτον, καὶ ἀναζέειν, θάλπειν τε καὶ θερμαίνειν, ὡς εἰπεῖν, διὰ τῆς τοῦ πνεύματος δυνάμεώς τε καὶ συμβάσεως. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἃ δογματίζουσι.

Κεφ. β'. Κέχρηνται δὲ ταῖς πάσαις γραφαῖς, παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης, λέξεσι δέ τισιν αἷς αὐτοὶ ἐκλέγονται κατὰ τὴν ἰδίαν αὐτῶν παραπεποιημένην φρενοβλάβειάν τε καὶ ἄνοιαν. Πρῶτον μὲν τῷ ῥητῷ
pag. 514. ᾧ εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς Μωϋσῆν ὅτι, Ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστιν· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ θεοὺς ἑτέρους· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ πρόσφατοι, ὅτι ἐγὼ θεὸς ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεὸς ἕτερος, καὶ ὅσα ἕτερα κατὰ τὸν ἴδιον αὐτῶν νοῦν, εἰς τούτων δὲ παράστασιν, φέρουσι πάλιν ἀπὸ εὐαγγελίου ὅτι, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ δύο ἕν ἐσμεν. Τὴν δὲ πᾶσαν αὐτῶν πλάνην, καὶ τὴν τῆς πλάνης αὐτῶν δύναμιν ἔχουσιν ἐξ Ἀποκρύφων τινῶν, μάλιστα ἀπὸ τοῦ καλουμένου Αἰγυπτίου εὐαγγελίου, ᾧ τινες τὸ ὄνομα ἐπέθεντο τοῦτο. Ἐν αὐτῷ γὰρ πολλὰ τοιαῦτα ὡς ἐν παραβύστῳ μυστηριωδῶς ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἀναφέρεται, ὡς αὐτοῦ δηλοῦντος τοῖς μαθηταῖς τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα, τὸν αὐτὸν εἶναι υἱὸν, τὸν αὐτὸν εἶναι ἅγιον πνεῦμα. Εἶτα ὅταν συναντήσωσί τισι τῶν ἀφελεστάτων ἢ ἀκεραίων, τῶν μὴ τὰ σαφῆ τῶν θείων γραφῶν γινώσκοντων, τὴν πεῦσιν αὐτοῖς ὑφηγοῦνται ταύτην· Τί ἂν εἴπωμεν, ὦ οὗτοι, ἕνα θεὸν ἔχομεν, ἢ τρεῖς θεούς; Ὅταν δὲ ἀκούσῃ ὁ ἐν εὐλαβείᾳ ὢν, καὶ μὴ τὰ τέλεια τῆς ἀσφαλείας ἐπιστάμενος, εὐθὺς τὸν νοῦν ταραχθεὶς συγκατατίθεται τῇ ἐκείνων πλάνῃ, καὶ εὑρίσκεται ἀρνούμενος τὸν θεὸν, καὶ εὑρίσκεται ἀρνούμενος τὸ εἶναι υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

Κεφ. γ'. Ἐν πᾶσι δὲ τούτοις ἐνέπνευσεν ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀντίπαλος ἀπ' αἰῶνος, ἵνα τὸν μὲν οὕτως, τὸν δὲ οὕτως, τοὺς πλείους δὲ ὁμοῦ ἀπατήσῃ, καὶ πλανήσῃ ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας. Καὶ ὅτι μὲν ἀληθῶς εἷς ἐστι θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἕτερος, σαφῶς ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ὡμολόγηται καὶ συμπεφώνηται· ὅτι οὐ πολυθεΐαν εἰσηγούμεθα, ἀλλὰ μοναρχίαν κηρύττομεν. Μοναρχίαν δὲ κηρύττοντες οὐ σφαλλόμεθα, ἀλλὰ ὁμολογοῦμεν τὴν τριάδα, μονάδα ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι, μίαν θεότητα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύ-

bicularis figura. Ac vim quidem illam calefaciendi, hoc est calorem atque aestum, spiritui respondere, illuminandi vero vim filio, patrem denique totius hypostasis velut quandam esse formam. Igitur filium affirmant radii in morem emissum omnia, quae ad evangelii et humanae salutis procurationem attinerent, in hoc mundo praestitisse, atque ita in coelum rediisse, quemadmodum is qui a sole manavit radius in eundem postea refunditur. Spiritum porro sanctum in hunc orbem immitti, ac deinceps singillatimque in eos omnes illabi qui eo munere digni sunt; eundemque instaurare vitam et animare fervore, fovere denique ac calefacere, ut ita dicam, vi quadam consensioneque spiritus. Eiusmodi fere illorum dogmata sunt.

Ceterum omnibus tam veteris quam novi testamenti scripturis utuntur, vel certis potius dictionibus, quas ipsimet pro insana mente sua ac vecordia deligunt. Principio hanc e sacris literis sententiam arripiunt, quam Moysi deus elocutus est: *Audi Israel, dominus deus tuus dominus unus est. Non facies tibi deos alteros. Non erunt tibi dii recentes. Quoniam ego deus primus et novissimus, et praeter me non est deus alius;* et si quae alia sunt ad mentem suam accommodata quibus ad confirmandum errorem abutuntur. Praeterea ex evangelio illud usurpant: *Ego in patre, et pater in me est*, et, *Duo unum sumus.* Hunc autem errorem omnem, eiusque firmamentum ex apocryphis quibusdam hauserunt praesertim ab Aegyptiorum evangelio (hoc enim illi nomen indiderunt), in quo pleraque sunt huius generis quae ex persona salvatoris clam atque occulte velut mysteria proponuntur; quasi discipulis ipse declaret eundem esse patrem, et filium, et spiritum sanctum. Deinde quoties in aliquem ex simplicioribus ac rudioribus inciderint, qui exactam divinarum literarum scientiam non habent, hunc in modum interrogant: Quid tandem, boni viri, dicemus? Unum habemus deum an tres? Quibus auditis religiosus ille, nec perfecta ad cavendum scientia perpolitus, perturbatus illico, eorum assentitur errori ac deum imprudens negat, negat, inquam, filium ac spiritum sanctum.

Cap. II. — Deut. 6, 4. Exod. 20, 3. Isai. 44, 6. Ioann. 10,38.

Ceterum hos omnes perpetuus ille humani generis hostis afflavit, ut alium hoc, alium isto modo, utcumque vero quamplurimos circumveniat, atque a via veritatis abducat. Etenim unum esse revera deum, neque praeter hunc alterum, manifeste communis ecclesiae consensio profitetur. Non enim deorum multitudinem invehimus, sed monarchiam praedicamus. In ea autem praedicanda nequaquam aberramus, sed una trinitatem confitemur, unitatem, inquam, in trinitate, et trinitatem in unitate, unamque patris, et filii, ac spi-

Cap. III.

ματος. Οὐ γὰρ ὁ υἱὸς ἑαυτὸν ἐγέννησεν, οὐδὲ ὁ πατὴρ μεταβέβληται ἀπὸ τοῦ πατὴρ, τοῦ εἶναι υἱὸς, οὐδὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα Χριστὸν ἑαυτὸν πώποτε ὠνόμασεν, ἀλλὰ πνεῦμα Χριστοῦ, καὶ διὰ Χριστοῦ διδόμενον, ἀπὸ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Ἐνυπόστατος ὁ πατὴρ, ἐνυπόστατος ὁ υἱὸς, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα.
pag. 515. Ἀλλὰ οὐ συναλοιφὴ ἡ τριὰς, ὡς Σαβέλλιος ἐνόμισεν, οὔτε ἠλλοιωμένη τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος καὶ δόξης, ὡς ὁ Ἄρειος κενοφωνῶν ἐδογμάτισεν, ἀλλ' ἀεὶ μὲν ἦν τριὰς τριὰς, καὶ οὐδέποτε ἡ τριὰς προσθήκην λαμβάνει, μία οὖσα θεότης, μία κυριότης, μία δοξολογία οὖσα, ἀλλὰ τριὰς ἀριθμουμένη, πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὐχ ὡς ἕν τι τρισὶν ὀνόμασι κεκλημένον, ἀλλὰ ἀληθῶς τέλεια τὰ ὀνόματα, τέλειαι αἱ ὑποστάσεις, οὐδὲν παρηλλαγμένον. Πατὴρ δὲ ἀεὶ πατὴρ, καὶ οὐκ ἦν καιρὸς ὅτε οὐκ ἦν ὁ πατὴρ πατὴρ, τέλειος ὢν ἀεὶ πατὴρ ἐνυπόστατος, καὶ υἱὸς ἀεὶ τέλειος ὢν ἀεὶ ἐνυπόστατος, ἐκ πατρὸς ἐν ἀληθείᾳ γεγεννημένος ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως καὶ ἀνεκδιηγήτως, οὐ συνάδελφος τῷ πατρὶ, οὐκ ἀρξάμενος τοῦ εἶναι, οὐδὲ διαλιπών ποτε, ἀεὶ δὲ υἱὸς γνήσιος πατρὶ συνυπάρχων, ἐκ πατρὸς ἀχρόνως γεγεννημένος, ἴσως ὢν, θεὸς ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸς ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθεὶς, οὐ κτισθεὶς, ἀλλὰ οὐκ αὐτὸς πατὴρ, οὐδὲ ὁ πατὴρ αὐτὸς υἱός· εἰ δὲ θεὸς πατὴρ, καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα.

Κεφ. δ΄. Ἀεὶ γὰρ τὸ πνεῦμα σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ, οὐ συνάδελφον πατρὶ, οὐ γεννητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐκ ἀδελφὸν υἱοῦ, οὐκ ἔγγονον πατρὸς, ἐκ πατρὸς δὲ ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλὰ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἐκ τῆς αὐτῆς θεότητος, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ, ἐνυπόστατον ἀεὶ πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα θεῖον, πνεῦμα δόξης, πνεῦμα Χριστοῦ, πνεῦμα πατρός. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· καὶ, Τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ, ἴσον τῇ θεότητι, οὐκ ἠλλοιωμένον παρὰ πατέρα καὶ υἱὸν σύνδεσμος τριάδος, ἐπισφραγὶς τῆς ὁμολογίας. Ὁ γὰρ υἱός φησιν, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ οὐκ εἶπεν, Εἷς εἰμι, ἀλλὰ τὸ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, σημαίνει ἐνυπόστατον τὸν πατέρα, καὶ ἐνυπόστατον τὸν υἱόν. Καὶ Οἱ δύο εἶπε, καὶ οὐκ εἶπεν Ὁ εἷς. Καὶ πάλιν, Ἕν ἐσμεν, καὶ οὐκ εἶπεν, Εἷς εἰμι. Ὡσαύτως δὲ, Ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἅγιου πνεύματος. Μέσων δὲ τιθεμένων τῶν ἄρθρων τῆς συλλαβῆς τοῦ, τοῦ, καὶ τοῦ, καὶ ἐλέγχει τὸν Σαβέλλιον Ματθαῖος,
pag. 516. τὴν συναλοιφὴν παρεισφέροντα. [1]Ὁμοῦ γὰρ καὶ σημαίνει ἀληθῶς πα-

Cap. IV. — 1. *Rescripsi* Ὁμοῦ *cum Petavio, pro* Ὅπου, *quod libri retinent.*

ritus sancti divinitatem. Nam neque seipsum filius genuit, neque pater, ut esset filius, esse pater desiit, neque spiritus sanctus seipsum unquam Christum appellavit, sed spiritum Christi, ac per Christum communicatum, procedentem a patre, et accipientem a filio. Subsistens est pater, subsistens filius, subsistens spiritus sanctus. Sed non confusio quaedam est trinitas, uti Sabellius credidit, nec ab aeternitate sua gloriaque demutatur, ut Arius vanissime docuit. Sed trinitas perpetuo trinitas fuit, nec ei quicquam accessit, cum una sit divinitas, una dominatio, una praedicanda celebrandaque gloria. Eadem nihilominus trinitas numeratur, pater, filius, et spiritus sanctus; non ut idem atque unum triplici appellatione declaretur, sed perfecta revera nomina sunt, perfectaeque personae, neque quiddam varium inest ac diversum. Pater ipse perpetuo pater extitit, nec ullum unquam tempus fuit quo pater non esset. Semper enim perfectus ille pater est, atque subsistens, ut et perfectus semper filius, semperque subsistens, vere a patre genitus, absque initio tamen ac tempore, eoque modo, quem nulla explicare potest oratio. Non is patris velut germanus frater est, nec esse coepit unquam aut aliquando desiit, sed legitimus perpetuo filius est, existens cum patre, ab eoque sine tempore genitus, aequalis, deus ex deo, lumen de lumine, deus verus de deo vero, genitus non creatus. Neque tamen aut ipse pater est, aut pater ipse filius. Ac si deus pater est, et filius utique erit, et spiritus sanctus.

Semper enim cum patre filioque spiritus est; non patris veluti Cap. IV.
frater, non genitus aut creatus, non filii frater, non patris nepos, sed a patre procedens, et accipiens a filio, a patre filioque non alienus, verum eadem ex substantia, eademque divinitate, ex patre et filio, et cum patre ac filio subsistens semper spiritus sanctus, divinus spiritus, gloriae spiritus, Christi spiritus, patris spiritus. Nam *spiritus patris qui in vobis loquitur:* et, *Spiritus meus in medio vestri* Matth. 10, 20.
*consistit.* Idem porro appellatione tertius, divinitate aequalis est, Agg. 2, 6.
nihil a patre filioque discrepans, trinitatis nexus, confessionis sigillum. Sic enim filius loquitur: *Ego et pater unum sumus.* Non di- Ioann. 10, 30.
xit, *Unus sum,* sed haec verba, *Ego et pater,* suam patri personam convenire, suamque filio significant. Duos itaque nominavit, non unum dixit. Item: *Unum sumus,* non, *Unus sum.* Similiter et illud usurpavit, *Euntes baptizate in nomine patris, et filii, et spiritus* Matth. 28, 19.
*sancti.* Ubi dum articulus ille τοῦ ter repetitus et interiectus est, Sabellius, qui tres in unum personas confundit, Matthaei testimonio redarguitur, cum is vere patrem, vereque filium, ac vere spiritum

τέρα, ἀληθῶς υἱὸν, ἀληθῶς ἅγιον πνεῦμα. Ὁπότε δὲ ὁμόστοιχος ἡ τριὰς, καὶ ἐν ἑνὶ ὀνόματι τριὰς καλουμένη, ἐλέγχει τὸν Ἄρειον, ὑπόβασίν τινα διανοούμενον ἐν τῇ τριάδι, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ παραλλαγήν. Κἄν τε γὰρ ὁ πατὴρ μείζων παρὰ υἱοῦ δογματιζόμενος ἀπαγγέλλεται, πρεπωδεστάτως τῷ υἱῷ τὴν δόξαν περιποιεῖται. Τίνι γὰρ ἔπρεπε δοξάζειν ἴδιον πατέρα, ἀλλὰ τῷ γνησίῳ υἱῷ; Ὅταν δὲ πάλιν τὴν ἰσότητα βούλεται λέγειν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσί τινες, ἧσσον ὡς περὶ υἱοῦ διανοούμενοι, οὕτως φησίν· Ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, οὐκ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ· καὶ, Πάντα τὰ τοῦ πατρός μου ἐμά ἐστι. Τί δέ ἐστι τὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἢ θεὸς ὁ πατὴρ θεός εἰμι, ζωὴ ὁ πατὴρ ζωή εἰμι, πάντα τὰ τοῦ πατρός μου ἐμά ἐστιν;

Κεφ. ε΄. Ὅρα δὲ, ὦ Σαβέλλιε, καὶ κατανόει. Διάνοιξον τὸ ὄμμα τῆς καρδίας σου, καὶ μὴ ἀβλέπτει. Συνελθέτω ἡ διάνοιά σου καὶ τῶν ὑπό σου ἠπατημένων Ἰωάννῃ τῷ ἁγίῳ εἰς τὸν Ἰορδάνην. Ἄνοιγε τὰ ὦτά σου, καὶ ἄκουε τῆς φωνῆς τοῦ προφήτου λέγοντος, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἄκουε τοῦ προδρόμου κυρίου, τοῦ ἀγγέλου καταξιωθέντος ὀνομασθῆναι, τοῦ ἀπὸ κοιλίας μητρὸς λαβόντος πνεῦμα ἅγιον, καὶ σκιρτήσαντος τῇ εἰσόδῳ τῆς Μαρίας, ὃς ἔγνω ἔτι ἐν κοιλίᾳ ὑπάρχων εἴσοδον τοῦ ἰδίου δεσπότου, καὶ ἐσκίρτα, ᾧ ἐδόθη τὸ μήνυμα τοῦ προκηρύγματος, καὶ ἡ ἑτοιμασία τῆς ὁδοῦ τοῦ κυρίου. Πείσθητι αὐτῷ, καὶ οὐ διαπέσοις ἀπὸ τοῦ σκοποῦ τῆς ἀληθείας. Ἰδοὺ γὰρ, αὐτὸς μαρτυρεῖ λέγων, πρῶτον μὲν τὸν δεσπότην ἑαυτοῦ ἐπιγνοὺς, ὅτι, Ἐγὼ σοῦ χρείαν ἔχω, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. Καὶ τοῦ σωτῆρος λέγοντος, Ἄφες ἄρτι, ὅπως πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη, καὶ αὐτοῦ βαπτισθέντος ὑπ' αὐτοῦ, ὥς φησι τὸ θεῖον εὐαγγέλιον, ὅτι ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης λέγων, Ὅτι ἠνοίχθησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ τεθέαμαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς κατερχόμενον, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν· καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα. Ἄνω ἦν ὁ πατὴρ, ὦ φιλόνεικε, ἄνωθεν ἡ φωνὴ ἤρχετο. Εἰ τοίνυν ἄνωθεν ἡ φωνὴ, διάκρινόν μοι τὴν παραπεποιημένην σου διάνοιαν. Τίνι ὁ πατὴρ ἔλεγεν, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα; καὶ τίς ἦν οὗτος; διὰ τί δὲ ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ πνεῦμα κατελήλυθε, καίτοι γε σῶμα μὴ φορέσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ὁ γὰρ μονογενὴς μόνος ἐνεδύσατο, καὶ τελείως ἐνηνθρώπησεν ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου διὰ πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ἑαυτῷ ἀναπλασάμενος, ὁ ἀρχιτέχνας λόγος, σῶμα ἀπὸ Μαρίας, καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν καὶ νοῦν, καὶ ἔτι ἐστὶν ἄνθρωπος, πάντα τελείως ἀναδεξάμενος καὶ συνενώσας τῇ ἑαυτοῦ θεό-

pag. 517.

sanctum exprimit. Cum autem idem in trinitate personarum ordo constituitur, unoque trinitatis nomine censetur, Arium refellit, qui inferiorem quendam in trinitate gradum ac varietatem mutationemque commentus est. Etenim licet maior a filio pronuntiatus pater ab evangelista narretur, eidem tamen filio consentanee inprimis glo- Ioann. 14, 28.
riam attribuit. A quo enim celebrari patrem decebat potius quam ab eo qui legitimus esset filius? Sed rursum ut aequalitatem indicet, ne errandi quibusdam praeberetur occasio, qui inferiorem aliquem gradum filio concederent, hunc in modum loquitur: *Qui non hono-* Ioann. 5, 23.
*rificat filium, sicut honorificat patrem, non habet vitam in seipso.* Et: *Omnia quae patris sunt, mea sunt.* Quid est autem illud, *Quae patris sunt,* nisi, quemadmodum deus est pater, ita deus sum, et ut vita est pater, sic ego vita sum, proindeque omnia quae patris mei sunt, mea sunt?

Vide sis igitur, o Sabelli; ac diligenter animadverte, aperi Cap. V.
cordis oculos, neque caecus esto, fac ut tua tuorumque mens cum sancto Ioanne ad Iordanem conveniat. Aures tuas aperi, et hanc prophetae vocem exaudi: *Ego vox clamantis in deserto.* Audi prae- Matth. 3, 3.
cursorem domini, qui angelus appellari meruit, spiritum sanctum ex utero matris accepit, et Maria intrante subsiliit. Qui cum adhuc Luc. 1, 44.
matris utero contineretur, domini sui ingressum agnovit, et exiliit, cui patefaciendae divini verbi praedicationis praeparandaeque domini viae munus est concessum. Adhibe huic fidem, nec a scopo veritatis aberres. Ecce tibi testimonium ille praebet. Inprimis cum dominum suum agnoscens ita loquitur, *Ego te opus habeo, et tu ve-* Matth. 3, 14.
*nis ad me.* Deinde cum dixisset, *Sine modo, ut impleatur omnis iustitia,* et ab illo baptizatus esset, divinum refert evangelium Ioannem his verbis testimonium dedisse: *Quoniam aperti sunt coeli, et* Ioann. 1, 32.
*vidi spiritum sanctum in specie columbae descendentem, et venientem in ipsum. Et vox de coelo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi* Matth. 3, 17.
*complacui.* Erat tum in coelo pater, homo contentiosissime, indidemque vox illa venerat. Itaque si coelo delapsa vox est, falsam illam tuam mentem quaeso discute. Cuinam pater ista dicebat, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit?* Aut quis iste demum erat? Cur spiritus sanctus effigie columbae lapsus est, cum praesertim corpus haberet nullum? Solus enim id unigenitus induit, perfecteque ex Maria semper virgine per spiritum sanctum naturam hominis assumpsit. Neque vero ex virili eam semine suscepit, sed corpus sibi artifex verbum e Maria finxit, necnon humanam animam ac mentem, proindeque etiamnum homo est, qui propria hominis omnia perfecte in sese transtulit ac cum sua divinitate coniunxit;

τητι, οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ οἰκήσας, μὴ γένοιτο, αὐτὸς δὲ ὁ ἅγιος λόγος, ὁ θεὸς λόγος ἐνηνθρώπησε.

Κεφ. ϛ'. Τὸ δὲ πνεῦμα τίνι τῷ λόγῳ ἐν εἴδει περιστερᾶς φαίνεται; ἀλλὰ ὅπως πείσῃ σε μὴ βλασφημεῖν, ὦ ἐθελόσοφε, καὶ μηδὲν διανοούμενε, ἵνα μὴ νομίσῃς τὸ πνεῦμα συναλοιφὴν εἶναι πατρὶ ἢ υἱῷ. Διὰ τοῦτο καίπερ αὐτοῦ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου σῶμα μὴ φορέσαντος, ἐν εἴδει περιστερᾶς σχηματίζεται, ὅπως δείξῃ σου καὶ ἐλέγξῃ σου τὴν πλάνην, ὅτι ἐνυπόστατόν ἐστι τὸ πνεῦμα καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἐνυπόστατος ὁ πατὴρ, καὶ ἐνυπόστατος ὁ μονογενὴς, ἀλλ' οὐ διαιρουμένης τῆς θεότητος, οὔτε ὑποβεβηκυίας τῆς ἑαυτῆς δόξης. Καὶ ὁρᾷς πῶς ἡ τριὰς ἀριθμεῖται, [1] πατρὸς ἄνωθεν βοῶντος, υἱοῦ δὲ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου, πνεύματος δὲ ἁγίου ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπιφοιτῶντος; Λέγε δέ μοι τίς ἐστιν ὁ εἰρηκὼς, Ἰδοὺ, συνήσει ὁ παῖς μου ὁ ἀγαπητὸς ἐφ' ὃν ηὐδόκησα, ὃν ᾑρέτισεν ἡ ψυχή μου· θήσομαι τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ· οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἐν πλατείαις ἡ φωνὴ αὐτοῦ· κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν, καὶ τὰ ἑξῆς; Μὴ δὴ ταῦτα δύναται ἔχειν ἔμφασιν τριάδος, ὦ φιλόνεικε; ἆρα περὶ αὐτοῦ ὁ πατὴρ τὰ τοσαῦτα ἐν τῷ προφήτῃ διεξῆλθε; Τίς δέ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; καὶ οὐκ εἶπεν, Εἴσελθε εἰς ἐμέ; ἢ πάλιν ὡς λέγει τὸ εὐαγγέλιον, Καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐν
pag. 518. δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ ἔρχεταί κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς; ἢ πάλιν, πῶς οὐκ ἔπεισάν σε οἱ δύο ἄνδρες οἱ ἐν ἐσθήσεσι λευκαῖς πεφηνότες, πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰπόντες, Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἀτενίζοντες; οὗτος Ἰησοῦς ὁ ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναληφθεὶς οὕτως ἐλεύσεται ὡς αὐτὸν εἴδετε ἀναλαμβανόμενον; τίνα δὲ ἔβλεπεν ὁ μακάριος Στέφανος, ὅτε ἔλεγεν, Ἰδοὺ, ἐγὼ ὁρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ; Σὺ δὲ, ὦ κατὰ πάντα ἰδιῶτα, μὴ νοήσας τὴν φωνὴν τῶν ἁγίων γραφῶν σεαυτὸν μᾶλλον ἔβλαψας, καὶ τούς σοι ὑπακούσαντας, ἐκπεσὼν τῆς ἁγίας πίστεως τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας.

Κεφ. ζ'. Ἔφη γὰρ ὡς ἀληθῶς, Ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ πλήν μου οὐκ ἔστιν ἕτερος. Ὡς ἀληθῶς γὰρ οὐκ εἰσὶ πολλοὶ θεοὶ, ἀλλ' εἷς θεὸς ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὐ συναλοιφὴ οὖσα ἡ τριὰς, οὐδὲ διῃρημένη

Cap. VI. — 1. *Vulgo* πατρὸς δὲ ἄνωθεν. *Sed illud* δὲ *iam Petavius notavit.*

non sic tanquam in homine duntaxat habitans (absit ut ita suspicemur), sed sacrosanctum ipsum verbum, deus, inquam, verbum, hominem se fecit.

Iam spiritus sanctus quam tandem ob caussam specie se columbae videndum exhibuit, nisi ut tibi sapientiae opinione inflato, neque quicquam intelligenti, nihil in deum contumeliose iaciendum esse suaderet, ut ne spiritum cum patre filioque confundendum esse crederes? Propterea, licet spiritus sanctus nullo esset corpore praeditus, ad columbae tamen effigiem sese conformavit, quo tuum nimirum et patefaceret, et convinceret errorem, idque ipsum ostenderet, suapte consistere persona spiritum, suapte item persona patrem, ac suapte postremo filium; sic ut non ideo divisa esse divinitas, aut depressum aliquid in eius gloria atque inferius esse putandum sit. Animadvertis, opinor, quemadmodum trinitas ipsa numeretur, cum et pater e coelo clamat, et filius in Iordane tingitur, et spiritus sanctus specie columbae delabitur. Dic sodes, quis est ille qui dixit, *Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi complacui, quem elegit anima mea. Ponam spiritum meum super ipsum, et iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, nec audietur in plateis vox eius. Calamum contritum non confringet, et linum fumigans non extinguet, donec emittat in victoriam iudicium etc.* Numquid illa ad exprimendam trinitatem vim habere tibi, hominum contentiosissime, videntur? An de se tot illa pater apud prophetam disseruit? Age quis est ille de quo scriptum est, *Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis?* Non dixit, *In me subiit.* Aut illud rursum, quod in evangelio scriptum est: *Et ascendit in coelum, et sedit ad dexteram patris, et venturus est iudicare vivos et mortuos?* Praeterea cur non duorum illorum virorum tibi persuadet auctoritas, qui in vestibus albis apparentes ita discipulos allocuti sunt: *Viri Galilaei, quid statis aspicientes in coelum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in coelum, sic veniet quemadmodum illum vidistis assumptum?* Quemnam vero beatus Stephanus intuebatur, cum diceret, *Ecce ego video coelum apertum, et filium hominis stantem a dextris dei?* Tu vero rudis in omnibus atque imperite, nec quid sacrae literae loquantur intelligens, tibimetipsi ac tuis auscultatoribus magis fraudi fuisti, dum a sacro sancta divinae veritatis fide longius excidisti.

Cap. VI. — Isai. 42, 1. — Ps. 109, 1. — Marc. 16, 19. — Act. 1, 11. — Act. 7, 55.

Etenim reipsa quidem hoc ille dixit, *Ego sum primus, et ego posterior, et praeter me non est alius.* Nimirum plures dii nequaquam existunt, sed unus duntaxat primus ac posterior, pater, filius, et spiritus sanctus; non ut confusio quaedam trinitas illa sit, aut ab

Cap. VII. — Isai. 44, 6.

τῆς ἑαυτῆς ταυτότητος, ἀλλὰ πατὴρ ἀληθῶς γεννήσας υἱὸν, καὶ υἱὸς ἀληθῶς γεννηθεὶς ἐκ πατρὸς ἐνυπόστατος ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τῆς αὐτῆς θεότητος, ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον ἀεὶ, εἷς θεὸς ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα. Ἄλλης δὲ πάλιν ἕνεκα οἰκονομίας, καὶ ἀπὸ προσώπου δὲ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ᾄδεται οὕτως, [1] πάλαι ἐπειδὴ πολλάκις ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς πέφηνε τοῖς προφήταις, καὶ κατήγγειλε τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν ἔσεσθαι, τινὲς δὲ αὐτὸν οὐκ ἐδέξαντο, προσδοκῶντες ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς δεισιδαίμονας τῶν εἰδώλων καὶ πολυθεΐαν τῷ κόσμῳ εἰςαγηοχότας, ἵνα μὴ ἐκπλαγέντες οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ καὶ [2] ἐκτραπέντες τὰ εἴδωλα τῶν Ἀμορραίων, καὶ Χετταίων, καὶ Χαναναίων, καὶ Φερεζαίων, καὶ Εὐαίων, καὶ Γεργεσαίων, καὶ Ἰεβουσαίων, καὶ Ἀρουκαίων, καὶ Ἀσσανναίων προσκυνήσωσιν, ὡς καὶ αὐτοῖς προεφητεύετο — προσεκύνησαν γὰρ τῷ Βεελφεγὼρ, καὶ τῷ Χαμῶς, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ, καὶ τοῖς Μαζουρὼθ, καὶ τοῖς Νεασθῶ, καὶ τῷ Βεελζεβὰθ, καὶ τοῖς λοιποῖς εἰδώλοις τῶν ἐθνῶν, — διὸ καὶ ἔλεγεν αὐτὸς ὁ κύριος, Ἐγώ εἰμι ὁ ὢν, ἐγὼ ὁ πρῶτος, καὶ ὁ
pag. 519. μετὰ ταῦτα· ἵνα αὐτοὺς ἀποστρέψῃ τῆς τῶν ἐθνομύθων πλάνης, τῶν προσκυνούντων τὴν πολυθεΐαν. Καὶ ἐπειδὴ ἔμελλον τὴν παρουσίαν αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ ἀπωθεῖσθαι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἔφη πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, Ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ὁ πρῶτος ἐν σαρκὶ ἐπιδημήσας, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα ἐρχόμενος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἐπὶ τῷ σταυρῷ πεπονθὼς, καὶ ταφεὶς, καὶ ἀναστὰς, ἐν δόξῃ μὲν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἀναληφθεὶς, εἰς δόξαν δὲ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἑνωθέντος καὶ φαιδρυνθέντος καὶ μηκέτι ὑπὸ ἀφὴν ἐμπίπτοντος, νυνὶ μηκέτι θανάτου μετέχοντος. Ἀνέστη γὰρ, ὥς φησιν ἡ γραφὴ, ὁ Χριστός· θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύσει, φησὶν ὁ ἀπόστολος. Καὶ ὅρα πῶς ἡ ἀκρίβεια κυριεύει καὶ ὁδηγεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἵνα μὴ ἐκπέσῃ κατὰ θατέρων τῶν τῆς ἀληθείας μερῶν, ἵνα, ὅταν μὲν βουληθείη ὁ νοῦς πολυθεΐαν ἐξεργάσασθαι, ἀκούσῃ ὅτι, Κύριος ὁ θεός σου εἷς ἐστιν, ὅταν δὲ Χριστὸν ἕτερον παρὰ τὸν ἐλθόντα υἱοὶ Ἰσραὴλ προσδοκήσωσιν, ἀκούσωσιν, Ἐγὼ ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ, Ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω̄, τὸ ἄλφα, τὸ κάτω βλέπον, καὶ τὸ ω̄, τὸ ἄνω βλέπον· ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον, Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστιν ὁ ἀναβὰς, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, καὶ ἵνα, ὅταν νομίσῃς διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ, Ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα, καὶ ἐγώ εἰμι τὸ ω̄, καὶ, Κύριος ὁ θεός σου εἷς ἐστι, καὶ ὅτι, Ἐγώ εἰμι

Cap. VII. — 1. πάλαι *rescripsi pro* πάλιν, *quod vulgo extat.*
2. ἐντραπέντες *scripturam ex codice ms. nescio quo annotatum invenio in margine exempli Schottiani. Nec improbo hanc scripturam.*

unitate sua discreta, sed pater vere filium genuit, et filius vere a patre genitus, in persona sua subsistens, initio omnis expers ac temporis. Item spiritus sanctus a patre, et filio, et eadem divinitate praeditus *a patre procedit, et a filio semper accipit,* unus deus Ioann. 6, 14. primus ac posterior. Porro alterius cuiusdam negotii administrandi gratia, atque ex ipsiusmet Christi persona ad eum modum canitur. Cum autem Iesus Christus dominus noster saepenumero prophetis apparuerit, et adventum suum nuntiaverit, ac nonnulli minime illum receperint, qui alterum loco ipsius expectarent, idcirco ad eos qui simulacrorum superstitionibus implicati erant, ac deorum multitudinem in orbem terrarum invexerant, ne attoniti et aberrantes Israelitae Amorrhaeorum, Chettaeorum, Chananaeorum, Phereseorum, Evaeorum, Gergeseorum, Iebusaeorum, Arucaeorum, Assennaeorum simulacra colerent, quemadmodum praedictum illis fuerat, quippe et Beelphegor adorarunt, et Chamos, et Astartem, et Mazuroth, et Neaste, et Beelzebath, ceteraque simulacra gentium, propterea dominus ita locutus est: *Ego sum qui sum: ego sum primus et posterior.* Quo illos a confictis gentilium fabulis revocaret, quae deorum multitudinem venerantur. Quod autem eundem filium dominum nostrum Iesum Christum venientem repudiaturi forent, haec ad Iudaeos verba fecit: *Ego sum primus et novissimus.* Primus scilicet, qui huc carne praeditus advenit, et novissime venturus iudicare vivos et mortuos. Qui quidem in cruce passus ac sepultus, atque excitatus a mortuis, cum eodem corpore in coelum est gloriose subvectus, et ad suae divinitatis gloriam cooptatus, ac novo splendore collustratus, ut neque contrectetur amplius, neque mortem possit sustinere. *Surrexit enim*, ait scriptura, *Christus; mors illi* Rom. 6, 9. *ultra non dominabitur,* inquit apostolus. Ac vide quam exacta scripturae ratio constet, tutoque deducat hominem, ne in alterutrum a veritate partem excidat; ut cum illius mens plures sibi deos effingere voluerit, statim illud audiat: *Dominus deus tuus unus est.* Cum Deut. 6, 4. autem alterum Christum, praeter eum qui iam advenit, posteri Israelis expectaverint, audiant vicissim, *Ego primus, et ego novis-* Apoc. 1, 8. *simus:* et, *Ego sum A et Ω*, *A* videlicet, quod deorsum respicit, et *Ω*, quod sursum obvertitur. Ut et illud impleatur: *Qui descen-* Eph. 4, 10. Eph. 1, 21. *dit, ipse est qui ascendit: supra omnem principatum et potestatem et dominationem, et nomen omne quod nominatur.* Ac ne aliud forte suspiceris, et pro eo quod dictum est, *Ego sum primus et ego no-* Isai. 44, 6. Apoc. 1, 8. *vissimus:* et, *Ego sum A et Ω:* et, *Dominus deus tuus unus est:* Deut. 6, 4. Exod. 3, 14.

ὁ ὢν, ἵνα μή τις ἀρνήσηται τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, διὰ τοῦτό φησιν, Ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι, καὶ ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν· οὐχ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ υἱὸς ἀληθινὸς θεὸς, ἀλλ' ἵνα εἰς μίαν ἑνότητα ἀγάγῃ τὴν τριάδος ὀνομασίαν, καὶ ἐκκλείσῃ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ πολυθεΐας εἰς μίαν θεότητα.

Κεφ. η'. Ἐὰν δὲ νομίσῃ ὁ πλανηθεὶς τὴν διάνοιαν τὸν ἕνα μόνον λέγεσθαι ἀληθινὸν θεὸν, τουτέστι τὸν πατέρα, τὸν δὲ υἱὸν μὲν ὄντα, οὐκ ἀληθινὸν δὲ, πάλιν ἑτέρως τὸν τοιοῦτον ἐλέγχει, λέγων, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· περὶ δὲ τοῦ πατρὸς, ὅτι, Φῶς ὁ θεὸς, καὶ οὐκ εἶπε, Φῶς ἀληθινὸν, ἵνα ἐκ τοῦ, [1] Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ, Φῶς ἀληθινὸν, τὴν ἴσην θεότητα
pag. 520. πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ υἱοῦ πρὸς πατέρα νοήσωμεν, καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν πατέρα φῶς εἶναι καὶ τὸν υἱὸν εἶναι, μὴ ἐπικεῖσθαι δὲ ἐνταῦθα Ἀληθινόν. Οὐ γὰρ ἦν χρεία εἰπεῖν, μηδεμιᾶς ἀμφιβολίας οὔσης. Ἀπὸ γὰρ τοῦ θεὸς καὶ φῶς ἡ μία τελειότης τῆς αὐτῆς γνησιότητος, πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν, καὶ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, σαφῶς ἀπεφάνθη, καὶ διαλέλυταί σου ἡ πᾶσα τῆς πλάνης φρενοβλάβεια. Ἔστι γὰρ ὁ πατὴρ πατὴρ, ἔστιν ὁ υἱὸς υἱὸς, ἔστι τὸ ἅγιον πνεῦμα ἅγιον πνεῦμα, τριὰς οὖσα, μία θεότης, μία δοξολογία, μία κυριότης, ᾧ δόξα, τιμὴ, κράτος, πατρὶ ἐν υἱῷ, υἱῷ ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.

Ταύτην δὲ πάλιν τὴν αἵρεσιν ὡςπερεὶ λύβην, ἢ μόλουρον, ἢ ἔλοπα, ἢ ἕν τι τῶν ἑρπετῶν τῶν φοβερωτάτων, οὐ μὴν δὲ δυναμένων διὰ δηγμάτων βλάπτειν, ἀποσεισάμενοι καὶ δυνάμει τῆς ἁγίας τριάδος καταπεπατηκότες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς προβαίνοντες, αὐτὸν ἐπικαλεσώμεθα ἀρωγὸν τῆς ἡμετέρας πενίας τε καὶ βραχύτητος, εἰς τὸ ἀξίως τὰ παρ' ἑκάστῃ λεγόμενά τε καὶ γινόμενα καὶ τὴν τούτων ἀντίρρησιν ποιήσασθαι βοηθῆναι.

## ΚΑΤΑ ΩΡΙΓΕΝΙΑΝΩΝ

### τῶν πρώτων, τῶν καὶ Αἰσχρῶν, τεσσαρακοστὴ τρίτη, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ τρίτη.

Κεφ. α'. Ὠριγένιοι καλοῦνταί τινες, οὐ [1] πάντῃ δὲ τοῦτο τὸ γένος ὑπάρχει· καθεξῆς δὲ οἶμαι τούτων τῶν αἱρέσεων καὶ αὕτη ἡ δηλουμένη. Καλοῦνται δὲ Ὠριγένιοι· οὐ πάνυ δὲ σαφῶς ἴσμεν τίνος ἕνεκα, ἢ ἀπὸ Ὠριγένους τοῦ Ἀδαμαντίου, καλουμένου τοῦ Συντάκτου, ἢ ἄλλου τινὸς εἶναι, ἀγνοῶ. Ὅμως τοῦτο τὸ ὄνομα κατειλήφαμεν. Ἡ αἵρεσις

Cap. VIII. — 1. Θεὸν *scripsi pro* Θεοῦ, *quod vulgo reperitur.*

et, *Ego sum qui sum:* ne quis filium ac spiritum sanctum abneget, ob id, *Pater*, inquit, *meus maior me est:* et, *Ut cognoscant te solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum.* Non quod filius verus deus minime sit, sed ut eandem in unitatem trinitatis nomen coniiciat, et a deorum multitudine ad unam divinitatem hominum animos convertat. Ioann. 14, 28. Ioann. 17, 3.

Quod si errore lapsus aliquis existimet, unum solum dici verum deum, nimirum patrem; filium vero esse quidem, non tamen verum, alia hunc ratione convincit, dum ita loquitur: *Ego sum lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* De patre vero ita loquitur: *Deus lux est.* Nec dixit, *Lux vera;* ut ex eo quod et *Deum verum*, et *Veram lucem* appellavit, tam patris divinitatem filio, quam filii patri aequalem intelligeremus. Atque ex eo quod et pater lux, et deus appellatur filius, neque hic Veri nomen adiectum sit, quod quidem necesse non erat, eo quod nulla foret de ea re dubitatio. His enim vocibus, *Dei* ac *Lucis*, perfecta eademque germanitas, ut ita dicam, patris cum filio, et filii cum patre, perspicue declaratur. Sicque omnis tuae falsitatis insania refellitur. Pater siquidem pater est, et filius filius, et spiritus sanctus spiritus sanctus, eaque ipsa trinitas, deitas una, una gloria, unaque dominatio. Cui gloria, honor, imperium, patri in filio, filio in patre, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen. Cap. VIII. Ioann. 8, 12. et 1, 9.

Sed postquam haeresin istam velut lyben, aut molurum, sive elopem, aut aliud quoddam atrocissimum serpentis genus, quod tamen nihil nos morsibus suis laedere potuit, discussimus, ac sanctae trinitatis ope ac virtute protrivimus, ad reliquas oratione promota, eundem prius inopiae nostrae ac tenuitatis adiutorem deum invocemus, cuius praesidio freti quae ab unaquaque haeresi dicuntur aut fiunt simul cum eorum confutatione proponere possimus.

## ADVERSUS ORIGENIANOS
## priores, qui et Foedi nominantur, quae est haeresis XLIII., sive LXIII.

Nonnulli sunt, quos Origenios appellant, quae hominum secta non usquequaque diffunditur, proximo tamen loco post superiores illas haec haeresis occurrit. Sed quanam de caussa Origenii vocentur, nondum plane comperi; utrumnam ab Origene Adamantio, qui cognomento Syntactes, hoc est Lucubrator, est dictus, an ab aliquo altero, quod, ut dixi, penitus ignoro, nec aliud praeter ipsum Cap. I.

Cap. I. — 1. *Vulgo* πάντι.

δὲ παρ' αὐτοῖς νομιστεύεται, ὥςπερ ἀπεικαζομένη τῇ τοῦ Ἐπιφάνους, ἄνω μοι προδεδηλωμένου ἐν ταῖς κατὰ τοὺς Γνωστικοὺς αἱρέσεσι. Γραφὰς δὲ οὗτοι ἀναγινώσκουσι διαφόρους καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης. Ἀθετοῦσι δὲ γάμον, καὶ οὐ παύεται ἀπ' αὐτῶν ἡ λαγνεία. Μολύνουσι δὲ ἑαυτῶν τὸ σῶμα καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχὴν ἐν ἀσελγείᾳ. Οἵ μὲν
pag. 521. γάρ εἰσι προσχήματι μοναζόντων, αἵ δὲ σὺν αὐτοῖς οὖσαι προσχήματι μοναζουσῶν. Πεφθαρμένοι δέ εἰσι τοῖς σώμασι, τὴν μὲν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἐκτελοῦντες, τῷ δὲ ἔργῳ κεχρημένοι, ἵνα σεμνότερον εἴπω, τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἰούδα τοῦ Αὐνᾶν καλουμένου. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος τῷ σώματι μὲν τῇ Θάμαρ συνήπτετο καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐξετέλει, εἰς καταβολὴν δὲ παιδοποιΐας κατὰ τὴν ὑπὸ θεοῦ δοθεῖσαν παιδοποιΐαν οὐκ ἐτελεσιούργει, ἀλλὰ ἑαυτὸν ἠδίκει ᾧ τρόπῳ τὸ πονηρὸν εἰργάζετο, οὕτω καὶ οὗτοι κέχρηνται μὲν ταῖς [2] νομιζομέναις τελοῦντες ταύτην τὴν ἀθέμιτον ἐργασίαν. Πεφιλοτίμηται γὰρ παρ' αὐτοῖς οὐχ ἡ ἁγνεία, ἀλλ' ὑποκριτικὴ μὲν ἁγνεία τῷ ὀνόματι καλουμένη, φιλοτίμησις δὲ ἕως τοῦ μὴ ἐγκυμονῆσαι [3] τὴν ὑπὸ τοῦ δοκοῦντος πεφθάρθαι γυναῖκα, [4] ἢ κατὰ τὸ μὴ παραστῆσαι τεκνογονίαν ἐν τῷ κόσμῳ, ἢ ἵνα μὴ φωραθῶσιν ὑπὸ ἀνθρώπων, βουλόμενοι ἐν τιμῇ εἶναι διὰ τὴν νομιζομένην παρ' αὐτοῖς τῆς ἁγνείας ἄσκησιν. Ὅμως τοῦτο αὐτῶν ἐστι τὸ ἔργον. Ἕτεροι δὲ αὐτὸ τοῦτο φιλοτιμοῦνται τὸ μυσαρὸν ἐπιτελεῖν, οὐχὶ διὰ γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τρόποις, ἰδίαις χερσὶ μολυνόμενοι, καὶ ὡςαύτως μιμοῦνται τὸν προειρημένον υἱὸν τοῦ Ἰούδα, τὴν γῆν ταῖς ἀθεμίτοις αὐτῶν ἐργασίαις καὶ μυσαραῖς σταγόσιν ἐπιμολύνοντες καὶ ποσὶν [5] ἑαυτῶν ῥύσεις ἀνατρίβοντες ἐν τῇ γῇ, ἵνα μὴ ἁρπαγῶσι τὰ ἑαυτῶν σπέρματα ὑπὸ ἀκαθάρτων πνευμάτων εἰς ὑποδοχὴν ἐγκυμονήσεως.

Κεφ. β'. Κέχρηνται δὲ, ὡς ἔφην, διαφόροις γραφαῖς, καὶ καινῆς διαθήκης, καὶ ἀποκρύφοις τισὶ, μάλιστα ταῖς λεγομέναις Πράξεσιν Ἀνδρέου καὶ τῶν ἄλλων. Ἤδη δὲ κἀκεῖνοι αὐτοὶ ἐκαυχήσαντο πολλάκις, ὡς πεπαρρησιασμένως τοῦτο ἐπιτελεῖν. Κατηγοροῦσι δὲ δῆθεν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰς Ἀγαπητὰς λεγομένας [1] συνεισάκτους γυναῖκας κεκτημένων, ὡς καὶ αὐτῶν τοῦτο ἐπιτελούντων κρυφῇ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰδῶ, ἵνα μὲν τῇ πονηρίᾳ συνθάπτωνται, τῷ δὲ προσχήματι τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα τὸ ὄνομα σεμνύνωνται. Διελέχθησαν δὲ ἡμῖν καί τινες περί τινων τελευτησάντων, καὶ δῆθεν ὥς τινων τοῦτο ἐπιτελούντων, ὡς ὑπὸ τῶν βεβιασμένων ὑπ' αὐτῶν γυναικῶν ἀκηκοότες, ἐν οἷς καὶ

2. *Intellege* γυναιξί. *Cornarius vertit:* sic etiam hi usi sunt quidem consueta Venere hanc nefandam operationem perficientes.

3. τὴν οὐ δοκοῦσαν ἐφθάρθαι *volebat Petavius, quod improbum est. Cornarius:* Studium autem eo vergit, ut mulier non concipiat ab eo qui ipsam corrupisse sibi videtur. *Pro* ἕως *fortasse reponendum est* ὡς.

nomen accepi. Horum vero haeresis ad Epiphanis dogma conformata videtur, de quo in Gnosticorum secta sermonem antea fecimus. Iidem diversos ex vetere novoque testamento libros adsciscunt. Nuptias repudiant, neque tamen obscenis libidinibus modum ullum adhibent, adeoque omni genere spurcitiae et corpus suum et mentem animamque contaminant. Quidam enim ex iis monasticam vitam specie ipsa profitentur, itidemque mulieres idem vitae institutum praeferunt. Qui omnes corruptis sunt corporibus, adeo ut cum libidinem ipsi suam expleant, facinus, ut honestius dicam, illud perpetrent quod Iudae filius Onas admisisse legitur. Nam ut iste cum Gen. 38, 9.
Thamare coibat ac libidini suae satisfaciebat, neque quicquam tamen ad propagationem sobolis, cuiusmodi hominibus e deo concessa est, efficiebat, imo vero sibi eo ipso modo, quo flagitium illud patrabat, consciscebat iniuriam: sic Origeniani in detestanda illa sua libidine committenda usitatam Venerem persequi solent. Non enim illi castitatem, sed castitatis simulationem, cui falso nomen illud tribuitur, prae se ferunt. Quae id affectat, ut, quae constuprata sit mulier, praegnans non fiat, aut ne fetus aliquid pariat, neve id homines resciscant; apud quos suo illo castimoniae, ut putant, instituto in pretio atque existimatione esse cupiunt. Atque hoc nihilominus opus illorum est ac facinus. Sed alii turpem illam flagitiosamque rem alia ratione quam cum mulieribus exercent, ac suis ipsi manibus ad foeditatem abutuntur. Nec minus isti Iudae, quem diximus, imitantur filium, dum nefariis suis sceleribus, et abominandi humoris destillatione terram commaculant, imo vero profluvium illud suum in solo pedibus exterunt, ne surreptum ab impuris spiritibus ad ullam fetus procreationem possit excipi.

Ceterum varios, uti dixi, tam veteris quam novi testamenti Cap. II.
libros adhibent, nec non et apocryphos quosdam, velut Andreae, et aliorum Actus. Iidem et de incesta illa sua Venere palam etiam gloriari non dubitant, et eam audacter ac sine ullo pudore perpetrant. Interim vero catholicos illos clericos accusant, qui Dilectas, quas vocant, et Contubernales feminas adsciscunt; quos asserunt clanculum istud ipsum propter hominum pudorem committere, ut et cum nequitia illa sepeliantur, et specie tenus, ob aliorum verecundiam, castitatis nomine glorientur. Ac nonnulli ex iis certos homines, qui iam vita functi sunt, ad me detulerunt a quibus commissum hoc flagitii genus affirmarent, idque se ab ipsis quas illi com-

4. *Verba* ἢ κατὰ --- ἐν τῷ κόσμῳ *non comparent in edit. Petavii.*

5. *Libri vulgo* ἑαυτῶν ῥύσεις ἑαυτῶν ἀνατρίβοντες *cett.*

Cap. II. — 1. *De syneisactis mulieribus v. Suicerum in Thesauro s. v., et quos citat Olearius in Philostrat. p.* 446.

ὄνομα ἐπισκόπου εἰς μέσον ἔφερον, ἐν πόλει μικρᾷ τῆς Παλαιστίνης τὸν τοῦ ἐπισκόπου κλῆρον ἐπὶ ἱκανοῖς ἔτεσι διοικήσαντος, ἐσχηκότος δὲ τοιαύτας γυναῖκας ἐξυπηρετουμένας αὐτῷ, φημὶ δὲ συνεισάκτους. Ἀλλὰ καὶ ἐξ ὁμολογητῶν τὸν τοιοῦτον ὄντα οἴδαμεν. Ὅμως τοῖς
pag. 522. εἰρηκόσι τοῦτο, καὶ ἀπὸ τῶν γυναικῶν ἀκηκοέναι φάσκουσιν, οὐ πεπιστεύκαμεν. Ἡ γὰρ ἀνάγκη τῆς τῶν εἰρηκότων κακοτροπίας ὑπέβαλλεν ἡμῖν ποτὲ μὲν πιστεύειν, ποτὲ δὲ μὴ πιστεύειν, ἐπὶ τὴν τοῦ προειρημένου γέροντος ἐπισκόπου μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν κακοφημίαν. Ἡ γὰρ αἰτία ἡ εἰς αὐτὸν φθάσασα τοιαύτη τις γέγονεν. Ἑάλω τις τοιοῦτος ἐπὶ ἁμαρτίᾳ γυναικὸς, καὶ ὡς ἠλέγχετο ὑφ' ἡμῶν, ἀπολογίαν ταύτην ἔφερεν, ὡς τῆς συμφθαρείσης αὐτῷ γυναικὸς, καίτοι γε ἤδη πεπαλαιωμένης τὸν χρόνον καὶ ἐν ἡλικίᾳ γηραλέᾳ ὑπαρχούσης, εἰπούσης αὐτῷ τὴν τῆς κακοπραγίας ἐργασίαν, ὡς χρῆσθαι μὲν αὐτὸν ἐδίδασκεν, ἔξωθεν δὲ τὰς μυσαρὰς αὐτοῦ ῥυὰς ἐπὶ γῆς διασκεδάζειν.

Κεφ. γ'. Καὶ αὕτη μὲν ἡ τούτων μυσαρά ἐστιν ἐργασία, τὸν νοῦν αὐτῶν ἀπατῶσα, καὶ ἐκ διαβόλου τετυφλωμένη. Ὧν τὰς μαρτυρίας, δι' ὧν πίπτουσιν, εἰς μέσον φέρειν οὐκ ἀναγκαῖον ἥγημαι, ἵνα μὴ δόξωμεν δι' ὧν βουλόμεθα ἀκριβολογεῖν εἰς ἀποτροπὴν τῆς ἀθεμίτου ἀσελγείας ἑκάστης αἱρέσεως, μᾶλλον προτρέπεσθαι τῶν ἀστηρίκτων καὶ χαυνουμένων ἀεὶ τὴν διάνοιαν, τῶν τὸ πονηρὸν ἑαυτοῖς θηρᾶσθαι ὑπὲρ τὴν ἀγαθότητα ἐπιθυμούντων. Εἰς ἔλεγχον δὲ μᾶλλον τῆς δεινῆς ταύτης καὶ ἑρπετώδους αἱρέσεως ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν παραθήσομαι.

Πόθεν εἰλήφατε, ὦ οὗτοι, τὴν τῆς ἀθεμίτου ἐργασίας ἐπίνοιαν; Πρῶτον μὲν γὰρ, ὅτι τὸ πᾶν, τίνι οὐ δῆλόν ἐστιν ὅτι δαιμόνων ἐστὶν ἡ ὑμετέρα διδασκαλία, ἠπατημένων δὲ τὸν νοῦν, καὶ πεφθαρμένων ἡ ἐπινενοημένη κακομηχανία; Εἰ γὰρ ὅλως πονηρὸν τὸ κυΐσκειν, οὐκ ἄρα διὰ τὸ τεκνογονεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ συνάπτεσθαι σώματι. Πῶς οὖν ἡττημένοι ἡδονῇ συνάπτεσθε σώματι; Καὶ εἰ οὐ πονηρὸν τὸ συναφθῆναι σώματι, οὐδὲ πονηρὸν τὸ τελεσιουργεῖν τὸ γεγεννημένον. Ἢ γὰρ [1] ἀποταξάμενος ἄνθρωπος μὴ γεωργεῖ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ὁ Ἄβελ ἦν ποιμὴν προβάτων, Κάϊν δὲ ἐργαζόμενος τὴν γῆν· εἰ δὲ γεωργεῖ
pag. 523. τις τὴν γῆν, ὡς ὁ Νῶε, ὅτι ἐγένετο ἀνὴρ γεωργὸς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, οὐκ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, [2] οὐκ ἐφύτευσεν, ἵνα βότρυν

Cap. III. — 1. *Ita correxi. Libri habent* ἀποταξάμενον ἄνθρωπον μὴ γεωργεῖν, *unde Cornarius et Petavius* δεῖ *excidisse suspicati sunt. Vertit ille:* Aut enim renuntiare oportet hominem ut terram ne colat, velut Abel erat pastor ovium *cett.*

presserant mulierculis accepisse. Inter quos quendam episcopum nominabant, qui in exiguo Palaestinae oppido multis annis ecclesiae praefuit, et contubernales istiusmodi feminas ad domesticum ministerium habuit, quem nos etiam ex confessorum numero fuisse scimus. Sed iis qui de eo istud affirmarent, et de mulierculis ipsis cognovisse dicerent, fidem nullam adhibendam putavimus. Nam eorum, qui id iactabant, improbitas necessitatem quandam attulit, ut aliquando crederemus, aliquando minime crederemus, quae ad senis illius infamiam episcopi post eius obitum referrent. Porro crimen illud, cuius insimulabatur, eiusmodi fuit. Cum ex ea factione ac grege quidam facinoris istius convictus a nobis redargueretur, hoc ad purgandum sese in medium attulit, ab ea quam constupraverat femina, quamquam effocta iam et anus erat, foedissimae illius libidinis rationem didicisse, ab eaque uti concubitu sic edoctum, ut detestandi humoris profluvium in terram spargeret.

Atque hoc quidem turpissimum et execrandum est illorum scelus, quod et ipsorum decepit animos, et a diabolica caecitate proficiscitur. Quibusnam vero auctoritatibus testimoniisque freti ad illa delapsi sint, in medium afferre non putavi necessarium, ne dum ad cuiusque haeresis flagitiosam libidinem aversandam accuratius singula persequimur, imbecilliorum ac levitate quadam elatorum hominum animos ad ea magis incitare videamur, qui quidem malum prae bono sibi consciscere ac captare consuerunt. Verum ad uberiorem horrendae illius ac serpentinae haeresis confutationem pauca de multis attexam. Cap. III.

Unde igitur, quaeso, tam nefarium scelus excogitare didicistis? Primum enim, ut universe dicam, quis non videt, cum daemonum propriam vestram hanc esse doctrinam, tum illud tantum tamque atrox a vobis inventum flagitium, non nisi errore depravatis hominibus ac corruptela convenire? Nam si omnino concipere malum est, profecto non ob ipsam sobolis procreationem, sed ob corporum copulationem malum esse videbitur. Quare quid vos attinet voluptate superatos commiscere corpora? Aut si corporum illa coniunctio mala non est, ne idipsum quidem quod gignitur ad exitum perducere malum est. Etenim vel abdicatis omnibus agriculturam omnino non attingere hominem oportet, quemadmodum Abel ovium fuisse pastor, Cainus terram coluisse dicitur. Vel si solum exercere aliquis instituit, uti Noë fecisse dicitur, qui, ut scriptum est, *vir fuit agricola, et plantavit vineam*, non ideo, puto, vineam plantavit, ut

Gen. 4, 2.

Gen. 9, 20.

2. *Hoc alterum* οὐχ ἐφύτευσεν *uncinis inlatum. notavit Petavius. Est autem cum emphasi*

μὴ ἐνέγκῃ, ἀλλ᾽ ἐφύτευσε, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ, καὶ ἐμεθύσθη, ὡς γέγραπται. Ἦν δὲ συγγνώμην τῷ γέροντι ἀπονεῖμαι. Εὐάρεστος γὰρ τῷ θεῷ ὑπάρχων οὐ διὰ ἀσωτίαν τὴν μέθην ὑπέστη, ἀλλὰ λύπῃ φερόμενος τάχα ἐκεκάρωτο, καὶ μὴ φέρων ἐξ ἀμφοτέρων, διὰ τὸ ἀσθενὲς καὶ γηραλέον, ἀσθενείᾳ ὑπέπεσεν, οὐχ ἵνα χλευασθῇ ὑπὸ τέκνου. Ὁ δὲ καταγελάσας ἑαυτῷ εἴληφε τὴν κατάραν, ἵνα κολάζωνται οἱ ἐνσκήπτοντες τοῖς πατράσιν ὕβριν, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν διαλογισμοὶ ἐπεγειρόμενοι κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως καὶ καλῶς τεταγμένης διατάξεως.

Κεφ. δ'. Εἰ γὰρ καὶ οὐ δεδόξασται ὁ γάμος ὡς ἡ παρθενία, ὑπὲρ αὐτὸν δὲ ὑπάρχει ἡ παρθενία, παρθενία δὲ ἀληθεύουσα ἔνδοξος καὶ ἐνάρετος κέκληται, οὐ μεμολυσμένη, καὶ ὁ σεμνὸς δὲ γάμος [1] παιδοποιΐα, οὐκ εἰς αἰσχύνην τὰ ἐκ θεοῦ καλῶς κεκτισμένα ἀπαγορεύει, ἀλλ᾽ οὔτε ἄλλως μεταχειρίζεται τῆς τοῦ γάμου κοινωνίας τὴν ἐκ θεοῦ τεταγμένην ἀγωγήν. Παρθενία γάρ ἐστιν ἀληθῶς ὡς ἐκείνη ἡ ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου ἐπαινουμένη ὅτι, Ἡ παρθένος καὶ ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ, ἵνα ᾖ ἁγία τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ· ἵνα δείξῃ ὅτι οὐδεμίαν αἰτίαν ἀμπλακημάτων κἂν ὑπονοηθῆναι ἡ μονότης ἐνδέχεται. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀβραὰμ οἴδαμεν παιδοποιοῦντα, φίλον δὲ ὄντα τῷ κυρίῳ· Ἰσαὰκ δὲ καὶ Ἰακὼβ, καὶ τοὺς καθεξῆς. Καὶ οὔτε ἑαυτοὺς ἐμόλυναν ἀθεμίτοις πράξεσι, παραπτόμενοι μυσαρῶν, οὔτε ἀντιθέτως ἔσχον πρὸς τὴν ἐκ θεοῦ καλῶς τεταγμένην διὰ σεμνοῦ γάμου παιδοποιΐαν, καὶ οὔτε οἱ ἐν αὐτοῖς ἁγνείαν τε καὶ παρθενίαν ἀσκήσαντες παρέφθειραν τὸν ἀγῶνα, καὶ ἑτέρως μετεποιήσαντο, ὡς διὰ κυβείας, τὸν ἐνάρετον τῆς ἀθλήσεως τρόπον. Καὶ Ἠλίας μὲν παντελῶς ἐν πόλεσι τάχιον οὐκ εἰσῄει, οὐδὲ μετὰ γυναικῶν συνόμιλος ἐγίνετο· ἐν δὲ ἐρημίαις διατελῶν ὑπῆρχε καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ Ἰωάννης, καὶ πάντες [2] οἳ κατὰ τὸν μέγαν τουτονὶ χαρακτῆρα τῆς τῶν ἀγγέλων
pag. 524. μιμήσεως καλῶς κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν διάταξιν τοῦ κυρίου ἑαυτοὺς διὰ βασιλείαν οὐρανῶν εὐνούχισαν.

Καὶ πολλὰ μὲν οὖν ἔχοντες περὶ τούτων λέγειν, καὶ ἐκ πολλῶν συστάσεων τῆς θείας γραφῆς τὴν αὐτῶν [3] διελεγχουσῶν διάνοιαν ὑπὸ

Cap. IV. — 1. *Vulgo extat* παιδοποιΐαν, *quod vitiosum est. Verbum quod intellegitur est* κέκληται.

2. οἳ κατὰ τὸν μέγαν *ego rescripsi. Nam vulgo extat* οἱ τὸν μέγαν, *quibus in verbis aliquid deesse iam Petavius est suspicatus. Cornarius vertit:* Et Helissaeus, et Ioannes, et omnes qui per magnam hanc formam imitationis Angelorum recte secundum Evangelicam

ne racemos proferret, sed et plantavit, et de fructu illius bibit, et inebriatus est, ut eo loco legitur. In quo sane venia dignus senex ille fuit. Qui cum deo gratus esset, non ex intemperantia in illam ebrietatem incidit, sed, ut opinor, ex tristitia ac moerore quidam ei somni torpor obrepsit. Cum autem utriusque vim sustinere ob imbecillitatem et aetatem non posset, in eam infirmitatem prolapsus est; nec ideo tamen dignus erat, ut ei filius illuderet. Quare qui illum derisit, in semetipsum imprecationem convertit, ut ii poenis afficiantur qui parentibus suis contumeliam imponunt, adeoque cogitationes illae, quae adversus dei cognitionem et recte constitutum ordinem insurgunt.

Enimvero licet tantus nuptiis honor quantus virginitati mi- Cap. IV.
nime sit habendus, et haec illis anteponenda sit, cum ea tamen vera virginitas appellatur quae cum honestate est et virtute coniuncta, tum honorabiles nuptiae a liberorum procreatione non abhorrent ne- Hebr. 13, 4.
que ad ignominiam ea trahunt quae a deo praeclare condita sunt, imo vero non aliter praescriptum divinitus nuptialis coniunctionis modum ac rationem usurpant. Quippe virginitas revera eius instar est quam apostolus his verbis praedicat: *Virgo et innupta sollicita est* 1.Cor. 7, 34.
*de iis quae sunt domini, quomodo placeat domino, ut sit sancta corpore et anima.* Ut ostenderet nullam, ne minimam quidem, suspicionem solitarium vitae genus admittere. Verum et Abraamum scimus liberis operam dedisse, et amicum interim dei fuisse; perinde atque Isaacum et Iacobum, ac deinceps ceteros. Qui neque semetipsos execrandis flagitiis ac foedissimis usurpandis rebus inquinarunt, neque recte a deo constitutae liberorum per nuptias procreationi refragati sunt. Neque porro qui inter ipsos castimoniam ac virginitatem instituerant, certaminis leges violarunt, aut, velut quibusdam praestigiis, hanc virtutis exercitationem alio modo commutarunt. Atque Elias sane urbes ipsas propemodum ne ingrediebatur quidem, nec inter mulieres versabatur, sed in desertis locis assidue vivebat, quemadmodum Elisaeus et Ioannes, ac ceteri omnes, qui ut praeclare ex evangelico domini mandato insignem illam imitationis angelicae notam atque formam exprimerent, semetipsos propter regnum Matth. 19, 22.
coeleste castraverunt.

Postremo licet multa de his in medium afferre possimus, et infinitis scripturae testimoniis et auctoritatibus illusam a diabolo men-

Domini ordinationem seipsos propter regnum Dei castrarunt.

3. διελεγχουσῶν *mea est emendatio. Petavius volebat* διελέγχειν. *Libri habent* διελέγχουσαν. *Et Cornarius vertit:* ex multis divinae scripturae argumentis, quae ipsorum mentem redarguunt a diabolo illusam *cett.*

Cap. XXXIX. (XXXII.) At enim, obiicient adversarii, si totum hoc universum nequaquam pereat, quomodo *coelum ac terram transitura esse* dominus dicit? (Matth. 24, 35.) propheta vero *coelum fumi instar esse periturum, terram autem quasi vestimentum inveteraturam?* (Ps. 101, 27. cf. Isai. 51, 6.) Sed nos hunc scripturae morem esse respondebimus, ut mundi instaurationem atque in melius praestantiusque mutationem interitum appellet, utpote sum prior forma in illa iucundiorem in statum conversione pereat. Nihil enim in sacris literis contrarium est et absurdum. *Praeterit enim figura huius mundi.* (1.Cor. 7, 31.) Non mundum ipsum dixit. Sic igitur scripturis usitatissimum est, antecedentis in id quod melius ac formosius est figurae commutationem interitum dicere. Perinde ac si quis infantilis figurae perfectum in virum transitum ac mutationem interitum nominet, cum illius aetas ad magnitudinem pulchritudinemque traducitur. *Cum enim essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus, postquam autem factus sum vir, evacuavi quae erant parvuli.* (1.Cor.13,11.) Et vero perturbandam esse creaturam, velut in illa conflagratione perituram, ut iterum creetur, non tamen extinguendam esse, putandum est, ut instaurato mundo ipsimet instaurati ac doloris expertes habitemus; quemadmodum in centesimo tertio Psalmo proditum est: *Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terrae.* (Ps. 103, 30.) Quod nimirum ambientem aërem temperatissimum deinceps facturus sit deus. Cum enim post saeculi praesentis exitum adhuc terra perseveratura sit, habitatores in ea quosdam inesse necesse est, qui nec morituri sunt amplius, neque copulandi nuptiis aut procreandae soboli operam daturi, sed angelorum more sine ulla mutatione in immortalitatis statu optima sint quaeque facturi. Proindeque stultum est quanam vitae ratione usura sint corpora quaerere, si nec aër, neque terra, neque quicquam ceterorum sit amplius futurum.

Cap. XL. (XXXIII.) Est illud insuper, o Aglaophon, consideratione dignum, errare illum vehementer ac falli, si quod res est audacter pronuntiare li-

10. *Verba* Ὅτε γὰρ --- κατήργησα *non habet Galland.*

11. Παραχθήσεσθαι *ed. Galland. Vulgo extat* Ταραχθήσεσθαι.

12. καὶ ἀνακαινισθῇ *Galland.*

13. *Sic Galland. Vulgo* ἢ κατὰ τὸ *cett.*

14. *Verba* ἐν ἑκατοστῷ τρίτῳ Ψαλμῷ *non habet Galland.*

15. ἐπιτροπεύοντος *Galland.*

16. ἢ *Galland.*

Cap. XL. — 1. περὶ τηλικούτων, Ἀγλαοφῶν. ἔφρασας *cett. Galland. l. l. p.* 776.

διαλεγόμενος πραγμάτων. Φράσας γὰρ ἀποφήνασθαι τὸν κύριον ὡς οἱ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενοι ἔσονται τότε ὡς ἄγγελοι, ἔνθα πειράζουσιν αὐτὸν οἱ Σαδδουκαῖοι, [2] ἐπέφερες, Οἱ δὲ ἄγγελοι ἐκτὸς ὄντες σαρκὸς ἐν μακαριότητος ἀκρότητι διὰ τοῦτο καὶ δόξης εἰσὶ, καὶ ἡμᾶς δὲ ἄρα, [3] ἐξισάζεσθαι μέλλοντας ἀγγέλοις, ἀνάγκη δὴ σαρκῶν ὡσαύτως ἐκείνοις γυμνοὺς [4] ἔσεσθαι δεῖν· οὐκ ἐπιστήσας, ὦ ἄριστε, ὡς ὁ ποιήσας καὶ διακοσμήσας ἐξ οὐκ ὄντων τὸ πᾶν τὴν τῶν ἀθανάτων φύσιν οὐ μόνον εἰς ἀγγέλους καὶ λειτουργοὺς διανείμας διεκόσμησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀρχὰς καὶ θρόνους καὶ ἐξουσίας. Ἄλλο γὰρ γένος τὸ τῶν ἀρχῶν, καὶ ἄλλο τὸ [5] τῶν ἐξουσιῶν, ὅτι μὴ τάγμα ἓν καὶ μία σύστασις καὶ φυλὴ καὶ πατριὰ τῶν ἀθανάτων, ἀλλὰ γένη καὶ φυλαὶ καὶ διαφοραί. Καὶ οὔτε τὰ Χερουβὶμ τῆς ἰδίας ἐξιστάμενα φύσεως εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἰδέαν μετασκευάζονται, [6] οὔτε εἰς ἑτέρων πάλιν οἱ ἄγγελοι. Εἶναι γὰρ αὐτὰ χρὴ καὶ ὅ εἰσι καὶ ὃ γεγόνασιν. [7] Ἀτὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος τὸν κόσμον οἰκεῖν καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων ἡγεμονεύειν καταστασθεὶς τῆς ἐξ ἀρχῆς διακοσμήσεως, ἀθάνατος ὢν, τοῦ εἶναι ἄνθρωπος οὔποτε μεταβληθήσεται, οὔτε εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων, οὔτε εἰς τὴν τῶν ἑτέρων μορφὴν, ὅτι μηδὲ οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν [8] ἄλλων τῆς ἐξ ἀρχῆς ἰδέας μετακοσμούμενοι μεταβάλλονται. Ὁ γὰρ Χριστὸς ἧκεν οὐκ εἰς ἑτέραν μεταπλασθῆναι κηρύσσων ἢ μετασκευασθῆναι τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ἀλλὰ εἰς ὃ ἦν ἐξ ἀρχῆς πρὸ τοῦ ἐκπεσεῖν, ἀθάνατος ὤν. Χρὴ γὰρ ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς ἕξεως [9] ἑαυτοῦ τύπῳ τῶν γενητῶν ἕκαστον μένειν, ἵνα πάντα πάντων ὦσι πεπληρωμένα, οὐρανοὶ μὲν ἀγγέλων, θρόνοι δὲ ἐξουσιῶν, φῶτα δὲ λειτουργῶν, καὶ οἱ θειότεροι τόποι καὶ τὰ [10] ἀκραιφνῆ φῶτα τῶν Σεραφὶμ, ἃ παρεστήκασι τῇ μεγάλῃ
pag. 557. βουλῇ [11] διακρατούσῃ τὸ πᾶν, ὁ δὲ κόσμος ἀνθρώπων. Ἐὰν δὲ μεταβάλλεσθαι δῶμεν τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἀγγέλους, ὥρα μεταβάλλεσθαι λέγειν καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰς ἐξουσίας, καὶ ταύτας εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο, [12] ἔστ' ἂν ὁ λόγος ἀναβὰς εἰς κίνδυνον ἐμπέσῃ.

Κεφ. μα'. (λδ'.) Ἀλλ' οὔτε ὡς φαῦλον τεκτηναμένος ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἢ διαμαρτήσας αὐτοῦ περὶ τὴν [1] διάπλασιν ἄγγελον αὐτὸν ὕστερον ἐπενόησε ποιῆσαι μεταγνοὺς, ὥσπερ οἱ φαυλότατοι τῶν [2] δημιουργῶν, οὔτε ἄγγελον κατ' ἀρχὰς θελήσας ποιῆσαι καὶ μὴ δυνηθεὶς ἄνθρωπον ἔπλασεν. Ἀσθενὲς τοῦτο γάρ. Τί δή ποτε οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐποίει, καὶ οὐκ

2. ἐπέφερες οὖν· οἱ δὲ ἄγγ. *Galland.* *Vulgo extat* ἐπέφερεν, Οἱ δὲ ἄγγ. *Cornarius vertit* mox intulisti.
3. ἐξίσασθαι *Galland.*
4. ἀγγέλους *addidit ante* ἔσεσθαι *Galland.*
5. τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν *Galland.*

ceat, cum iis de rebus sermonem instituit. Nam cum ita dixisset, dominum Sadducaeis tentantibus respondisse, *qui compotes resurrectionis essent, angelorum instar futuros,* post ista subiunxit, Angeli porro carnis expertes in summa felicitate degunt ac gloria. Quare et nos, quos aequari angelis oportet, necesse est ad eundem modum carne nudari. Nec illud, optime virorum, animadvertit, eum, qui ex nihilo mundum fabricavit ac constituit. non angelis modo et administris suis, sed et Principatibus, Thronis ac Potestatibus eandem immortalitatis conditionem tribuisse. Aliud enim est Principatuum genus, aliud Potestatum; eo quod non unus ordo, nec unum veluti corpus ac tribus immortalium et familia sit, sed generum ac velut nationum divortia. Neque Cherubim igitur ab natura sua desciscentia in angelorum conditionem transeunt, neque contra aliorum in naturam angeli commutantur. Quippe quod et sunt, et cuiusmodi producta sunt, esse illa necesse est. Etenim si et homo, qui ut hunc mundum habitaret, omnibusque qui in eo sunt praeesset, ex prima dispositione constitutus est, cum sit immortalis, nunquam in angelorum aut alterius cuiuslibet formam ex homine convertendus est, certe nec angeli ab ea quam initio sortiti sunt specie ac natura transformari mutarique possunt. Et vero Christus adveniens non in alteram demutari vertique naturam hominis oportere praedicavit, sed in id redire duntaxat quod initio fuerat, antequam excideret, tum cum esset immortalis. Siquidem necesse est unumquodque eorum quae producta sunt in propria naturae suae forma ac conditione permanere ut omnibus omnia compleantur, puta coelestes angelis orbes, throni potestatibus, administris lumina, diviniores porro sedes sincerioraque lumina Seraphimis, qui summae illi providentiae, qua omnia continentur, velut apparitores assistunt, mundus denique hominibus. Atqui si in angelos mutari homines concesserimus, consequens est ut et angelos in potestates, et has in aliud atque aliud transire dicamus, donec ac superiora sermo progrediens periculosius implicetur. Marc. 12, 25.

Cap. XLI. (XXXIV.) Neque vero quod velut malum hominem fabricaverit deus, aut in eo fingendo aberrarit, angelum postea facere illum voluit, quasi ipsum vilissimorum opificum instar poenitentia cepisset. Neque cum angelum principio facere constituisset, neque id esset assecutus, hominem procreavit. Nimium istud imbecillum est. Cur igitur ho-

6. οὔτ᾽ αὖ πάλιν εἰς ἑτέραν *Galland.*
7. Ἀτὰρ *Galland.* *Vulgo* Εἰ γὰρ.
8. ἄλλην *Galland.*
9. αὐτῶν τόπῳ *Galland.*
10. ἀκράτητα καὶ ἀκραιφνῆ *Galland.*
11. διακρατοῦντα *Galland.*
12. ἔστ᾽ ἂν καὶ ὁ λόγος *Galland.*
Cap. XLI. — 1. *Al.* πλάσιν. (*Galland.*)
2. λειτουργῶν *Galland.*

ἄγγελον, εἴγε ἄγγελον τὸν ἄνθρωπον καὶ οὐκ ἄνθρωπον γενέσθαι ἠθέλησεν; Ὡς οὐ δυνάμενος; βλάσφημον. [3] Ἀλλὰ ἀνεβάλλετο περὶ τοῦ κρείττονος τὸ χεῖρον ποιῶν; καὶ τοῦτο ἄτοπον. Οὔτε γὰρ διασφάλλεται περὶ [4] τὸ ποιεῖν τὸ καλὸν, οὔτε ἀναβάλλεται, οὔτε ἀδυνατεῖ, ἀλλὰ καὶ ὡς θέλει καὶ ὅτε θέλει τὸ δύνασθαι ἔχει δύναμις ὤν. Οὐκοῦν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον θέλων ἐξ ἀρχῆς ἔκτισεν· εἰ δὲ θέλων, θέλει δὲ τὸ καλὸν, καλὸν δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος δὲ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος λέγεται συντεθὲν, οὐκ ἔσται ἄρα ἐκτὸς σώματος ὁ ἄνθρωπος, [5] ἀλλὰ μετὰ σώματος, ἵνα μὴ ἄλλος ἄνθρωπος παρὰ τὸν ἄνθρωπον γεννηθῇ. Δεῖ γὰρ τῷ θεῷ τὰ ἀθάνατα γένη πάντα [6] σώζεσθαι. Ἔκτισε γὰρ, φησὶ ἡ Σοφία, τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, [7] καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. Οὐκ ἄρα ἀπόλλυται τὸ σῶμα. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος.

Κεφ. μβ'. (λε'.) Διὸ ἐπίστησον, ὡς ὁ κύριος τὰ αὐτὰ [1] ταῦτα διδάσκειν θέλων, μὴ πιστευόντων Σαδδουκαίων εἰς τὴν ἀνάστασιν τῆς σαρκός. Δόγμα γὰρ τοῦτο Σαδδουκαίων. Ὅθεν συσκευασάμενοι τὴν κατὰ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀδελφοὺς παραβολὴν, ἵνα τὸν περὶ ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς λόγον ἀπορήσωσι, Προσῆλθον αὐτῷ, φησὶ, καὶ Σαδδουκαῖοι, λέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι. Ὁ οὖν Χριστὸς, εἰ μὴ ἦν ἀνάστασις σαρκὸς, ἀλλὰ μόνον ἐσώζετο ψυχὴ, συνέθετο ἂν αὐτοῖς, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς φρονοῦσι· νυνὶ δὲ ἀποκρίνεται, λέγων, Ἐν τῇ [2] ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ εἰσιν· οὐ τῷ pag. 558. σάρκα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τῷ μὴ γαμεῖν καὶ γαμεῖσθαι, ἀλλὰ εἶναι λοιπὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Καί φησιν ἀγγέλοις κατὰ τοῦτο [3] παραπλησιασθέντας, ἵν' ὥςπερ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ Παραδείσῳ μήτε γάμοις ἢ εἰλαπίναις ἔτι σχολάζοντες, ἀλλὰ [4] τοῦ βλέπειν τὸν θεὸν καὶ γεωργεῖν τὴν ζωὴν, πρυτανεύοντος ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἔσονται ἄγγελοι, ἀλλ', Ὡς ἄγγελοι, οἷον δόξῃ μὲν καὶ τιμῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐστεφανωμένοι, βραχὺ δέ τι παρὰ τοὺς ἀγγέλους διαλλάσσοντες, καὶ ἐγγὺς ὄντες τοῦ εἶναι ἄγγελοι. Καθάπερ εἰ ἔλεγεν, οὔσης εὐταξίας κατὰ τὸν ἀέρα καὶ γαλήνης, [5] καὶ νυκτὸς καὶ πάντων [6] τῷ τῆς σελήνης αἰθερίῳ φωτὶ κεκοσμημένων, Ἡ σελήνη φαίνει ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οὐ πάντως ἂν ἥλιον εἶναι τὴν σελήνην ἀπομαρτυρεῖν αὐτὸν λέγομεν, ἀλλ' ὡς ἥλιον. Ὥςπερ καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον χρυ-

3. ἀλλ' *Galland.*
4. τοῦ ποιεῖν *Galland.*
5. *Verba* ἀλλὰ μετὰ σώματος *non habet Galland.*
6. *Plenius Galland.* σώζεσθαι· ἀθάνατον δὲ ὁ ἄνθρωπος. ἔκτισε γὰρ ὁ θεὸς, φησὶν ἡ Σοφία, τὸν ἄνθρ. ἐπὶ ἀφθ.
7. κατ' εἰκόνα *suspicabatur Petavius.*

Cap. XLII. — 1. ταῦτα *om. Galland.*
2. ἀναστάσει τῶν νεκρῶν *Galland.*

minem faciebat, non angelum, si angelum hominem facere, non hominem, cogitabat? An quia non poterat? Contumeliosum istud et impium est. An in deteriore occupatus quod praestantius est differebat? Est et illud perabsurdum. Neque enim in moliendo bono vel aberrat deus, vel in aliud tempus reiicit, vel destitutus viribus est, sed et utcumque libuerit, et quando libuerit, agendi potestate praeditus est, cum sit ipsa potentia. Quamobrem hominem esse hominem volens initio produxit. Quod si id volens fecit, vult autem quod bonum est, homo vero bonum est, idemque ex anima constat et corpore, sequitur minime extra corpus hominem fore, sed cum corpore, ne alius praeter hominem homo producatur. Opus enim est uti deo immortalia genera omnia serventur. *Creavit enim,* ait Sapientia, *hominem in incorruptione; ad imaginem aeternitatis suae fecit illum.* Corpus itaque non prorsus extinguitur, cum homo ex corpore animaque coalescat. Sap. 2, 23.

Cap. XLII. (XXXV.)

Ac vide quaeso quemadmodum dominus eadem illa tradere Sadducaeis resurrectionem carnis inficiantibus voluerit. Est enim hoc Sadducaeorum dogma. Unde conficta illa de muliere deque septem fratribus parabola, quam adversus resurrectionis corporum dogma proponerent. *Accesserunt ad eum,* inquit, *et Sadducaei, dicentes resurrectionem non esse.* Proinde Christus, si nulla carnis esset resurrectio, sed anima duntaxat salutem consequeretur, illis utique, utpote recte ac praeclare sentientibus, suam auctoritatem adiungeret. Atqui alia omnia respondit et, *In resurrectione,* inquit, *neque ducunt uxores, neque nubunt, sed ut angeli in coelo sunt.* Non quod carnem amplius non habeant, sed quod nuptias mutuo nullas contrahant, sed deinceps corruptelae sunt omnis expertes. Et addit nos hac in parte angelorum esse similes, ut quemadmodum angeli in coelo, sic nos in Paradiso neque nuptiis amplius neque conviviis indulgeamus, sed in contemplando deo excolendaque vita simus occupati, praeside ac moderatore Christo. Non enim dixit, *Erunt angeli,* sed, *Sicut angeli,* perinde *ac gloria et honore coronati,* uti scriptum est, *paululum vero ab angelis differentes,* atque illorum naturae proximi. Quasi ita diceret: Tranquillo per noctem ac sereno aëre, cum coelesti lunae luce collustrantur omnia, solis instar luna resplendet. Tum enim non omnino solem esse lunam ex illius testimonio colligeremus, sed ad solem accedere. Sicut quod aurum

Matth. 22, 23.

Ps. 8, 5.

3. πλησιάζοντας, ἵνα ὥςπερ *Galland.*
4. *Petavius suspicatus est* τῷ βλέπειν.
5. καὶ *om. Galland.*
6. τῷ *Galland.* τῶν *vulgata est scriptura.*

σὸς, ἐγγὺς δὲ τοῦ εἶναι χρυσὸς, πεφυκὸς ὡς χρυσὸς λέγεται, καὶ οὐ χρυσός· εἰ δὲ ἦν χρυσὸς, οὐκ ἐλέγετο ἂν ὡς χρυσὸς, ἀλλὰ χρυσός. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔστι χρυσὸς, ἀλλὰ [7] ἐγγὺς τοῦ εἶναι χρυσὸς, καὶ φαντάζεται [8] τὸν χρυσὸν, ὡς χρυσὸς λέγεται. Οὕτω καὶ ὡς ἀγγέλους ἔσεσθαι λέγοντος τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει οὐκ αὐτὸ τοῦτο ἀγγέλους αὐτὸν ἐπαγγέλλεσθαι ἀκούομεν τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει [9] ἔσεσθαι, ἀλλὰ ἐγγὺς τοῦ εἶναι ἀγγέλους. Ὥςτε ἀλογώτατον λέγειν, [10] ἐπειδὴ ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο τοὺς ἁγίους ὀφθῆναι ὡς ἀγγέλους ἐν τῇ ἀναστάσει, τὰ σώματα διὰ τοῦτο ταῦτα μὴ ἀνίστασθαι· καίτοι τῆς λέξεως αὐτὴν τὴν [11] πρᾶξιν δηλούσης σαφῶς τοῦ συμβαίνοντος. Ἀνάστασις γὰρ οὐκ ἐπὶ τοῦ μὴ πεπτωκότος ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πεπτωκότος λέγεται, καὶ ἀνισταμένου. Ὥςπερ ὁπόταν λέγει [12] καὶ ὁ προφήτης, Καὶ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν. Ἔπεσε δὲ ὀκλάσασα ἡ ποθητὴ σκηνὴ τῆς ψυχῆς εἰς γῆν χώματος. Οὐ γὰρ τὸ μὴ θνῆσκον, ἀλλὰ τὸ θνῆσκον κλίνεται. Θνήσκει δὲ ἡ σὰρξ, ψυχὴ [13] γὰρ ἀθάνατος. Καὶ τοίνυν εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, σῶμα δὲ ὁ νεκρὸς, οἱ λέγοντες ἀνάστασιν μὲν εἶναι, σαρκὸς δὲ μὴ εἶναι, ἀρνοῦνται ἀνάστασιν· ὅτι μὴ τὸ ἑστὸς, ἀλλὰ τὸ πεπτωκὸς καὶ κλιθὲν διανίσταται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἀναστρέφει;

pag. 559. Κεφ. μγ'. (λς'.) Ὅτι δὲ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ἐδίδαξεν ἀναφανδὸν ὁ κύριος, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ διὰ Σολομῶνος εἰπὼν, δι' ἑαυτοῦ μὲν ἐν τῇ κατὰ τὸν πλούσιον καὶ τὸν πένητα Λάζαρον ἱστορίᾳ, τὸν μὲν ἐν κόλποις Ἀβραὰμ δοὺς ἀναπαύεσθαι μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τοῦ σώματος, τὸν δὲ ἐν ἀχθηδόσιν, οἷς διαλεγόμενον τὸν Ἀβραὰμ εἰςήγαγε· διὰ Σολομῶνος δὲ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σοφίᾳ, ἔνθα, Δικαίων αἱ ψυχαὶ ἐν χειρὶ, γέγραπται, θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος· ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις ἡ ἔξοδος αὐτῶν, καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν πορεία σύντριμμα· οἱ δέ εἰσιν ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης. Ὅθεν σώματος ἡ ἀνάστασις, καὶ οὐ ψυχῆς. Οὐ γὰρ τὸν ἑστῶτά τις ἀνίστησιν, ἀλλὰ τὸν κείμενον, ὥςπερ οὐδὲ τὸν ὑγιαίνοντα θεραπεύουσιν, ἀλλὰ τὸν πάσχοντα. Εἰ δέ τις τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς, καὶ μὴ ἐπὶ τῆς σαρκὸς, βιάζεται [1] λέγειν ἔσεσθαι, πολλὴ μὲν μωρία [2] τούτῳ, καὶ ἀλογία. [3] Καὶ δεῖ γὰρ φθορὰν πρῶτον καὶ λύσιν τὸν τοιοῦτον τῆς ψυχῆς δεικνύναι, ἵνα δείξῃ δὴ καὶ τὴν ἀνάστα-

7. ἐγγὺς, quod cod. Rhedig. et editi libri non agnoscunt, reposui ex auctoritate cod. ms., cuius scripturam in marg. sui exempli annotavit Fr. Schottus. In seqq. pro καὶ φαντάζεσθαι, quod vulgo extat, reposui καὶ φαντάζεται. Erat cum suspicarer διὰ τὸ φαντάζεσθαι.
8. τὸν non agnoscit Galland.
9. ἔσεσθαι om. Galland.
10. ἐπειδὰν Galland.
11. παράδειξιν Galland.
12. καὶ om. Galland.

non est, et auro tamen natura sua propinquius est, non aurum, sed auri simile esse dicitur, quod quidem aurum si esset, non auri simile, sed aurum diceretur. Nunc quoniam aurum non est, sed auro proximum, eiusdemque mentitur speciem, auri simile nuncupatur. Eodem modo prorsus quod in resurrectione sanctos angelorum fore similes pronuntiavit, non sic accipiendum est, quasi in angelorum naturam transcribendos esse sanctos in illa resurrectione voluerit, sed nihil aliud nisi angelorum conditioni propinquos futuros. Quamobrem stultissimum mihi videtur ita colligere: Quoniam Christus sanctos in resurrectione tanquam angelos visum iri praedixerit, haec idcirco resurrectura non esse corpora. Praesertim cum vocabulum ipsum eius quod contingit actionem perspicue declaret. Nam resurrectio non de eo quod nunquam cecidit, sed de eo quod cecidit, atque iterum assurgit, usurpatur. Velut cum propheta dicit, *Et excitabo tabernaculum David quod cecidit.* Cecidit porro Amos 9, 11.
optatum illud animae tabernaculum *in terram aggeris* collapsum. Dan. 12, 2.
Non enim quod non moritur, sed quod moritur inclinare dicitur. At moritur caro. Anima quippe immortalis est. Quapropter si immortalis est anima, corpus vero cadaver est, qui ita resurrectionem fore confitentur, ut eam nihil ad carnem pertinere putent, resurrectionem funditus negant. Quandoquidem non illud quod stat, sed quod cecidit et inclinavit, exsurgere dicitur; pro eo ac scriptum est, *Num* Ier. 8, 4.
*qui cecidit non resurget? aut qui aversus est non revertetur?*

Cap. XLIII. (XXXVI.)
Quod autem immortalis anima sit, manifeste dominus cum per sese, tum per Salomonem edocuit. Per sese quidem in divitis ac Lazari pauperis historia, quorum hunc in Abrahami sinu post exu- Luc. 16.
tum corpus acquiescere voluit, alterum cruciatibus damnavit, e quibus cum Abrahamo colloquentem introduxit. Idem vero per Salomonem in eo libro qui Sapientia inscribitur ostendit, ubi, *Iustorum,* Sap. 3, 1.
inquit, *animae in manu dei sunt, et non tanget illos tormentum: visi sunt in oculis insipientium mori, et aestimata est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter exterminium: illi autem sunt in pace, et spes illorum immortalitate plena est.* Ergo corporis est resurrectio, non animae; neque enim stantem ullus, sed iacentem erigit. Uti neque sano corpori, sed male affecto remedium adhibetur. Quod si quis resurrectionem animae non corpori eventuram pertinacius affirmare velit, magna est hominis stoliditas et amentia. Prius enim animae corruptionem ac dissolutionem necesse est asseveret, ut illius partis esse resurrectionem inferat, nec prorsus delirare, sed ut-

13. δὲ ἀϑάν. *Galland.*
Cap. XLIII. — 1. *Fortasse* λέγων.
2. τούτῳ *non extat in cod. Rhedig.*
3. Καὶ δεῖ *rescripsi. Vulgo extat* Λέγει. *Petavio placuit* δεῖ. *Cornario, qui vertit* Dico, λέγω.

σιν μή τοι ληροῦντά γε, ἀλλὰ σαφῶς λέγοντά τι φαίνεσθαι. Ὅμως γοῦν δοτέον αὐτῷ θνητὴν ὁρίσασθαι τὴν ψυχήν. Δυοῖν γάρ τοι θάτερον ταῦτα θετέον, ἢ ἀληθῆ τὸν κύριον ἀποφήνασθαι τὴν ψυχὴν ἀθάνατον διδάσκοντα, καὶ ψεῦδος αὐτὴν τὸ φθείρεσθαι λέγειν, ἢ φθείρεσθαι καὶ ψεῦδος αὐτὴν τὸ ἀνόλεθρον καὶ ἀθάνατον εἶναι διδάσκειν τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν τῇ κατὰ τὸν πλούσιον καὶ τὸν πένητα φράσει, καὶ ἐν τῇ κατὰ τὸν Μωσέα καὶ τὸν Ἠλίαν ὀπτασίᾳ. Ἀλλ' οὐδὲν ὁ κύριος ἄλλως ἐφθέγξατο ἢ ἐψεύσατο. Οὐ γὰρ εἴδωλον ἢ φάντασμα, τοὺς ἀποστόλους βουλόμενος ἀπατᾶν, ἐδείκνυεν αὐτοῖς ἐν τῷ ὄρει τὸν Ἠλίαν καὶ τὸν Μωϋσέα, ἀλλ' ὃ ἦσαν ἀψευδῶς· ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, καὶ τὸν δυςμαθέστατον μαθεῖν ἀθάνατον αὐτὸν εἶναι καὶ ἀνόλεθρον διαβεβαιοῦσθαι τὴν ψυχήν.

Κεφ. μδ'. (λζ'.) Οὐκοῦν σαρκὸς ἡ ἀνάστασις γίνεται, οὐ ψυχῆς, ὅπως ἡ πεπτωκυῖα τοῦ Δαβὶδ εἰς τὴν φθορὰν ἀναστῇ σκηνὴ, καὶ ἀναστᾶσα καὶ ἀνοικοδομηθεῖσα, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος, ἀπήμων λοιπὸν καὶ ἀδιάπτωτος διαμένοι, ὅτι μὴ τῷ θεῷ τὴν λιθίνην οἰκίαν [1] δεῖ δείμασθαι pag. 569. τοῦ Δαβὶδ, μηδὲ ἵν' ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν οἰκίαν σχῇ καλὴν, ἀλλὰ τὴν σάρκα, τὸ σκῆνος τῆς ψυχῆς, ἣν αὐτὸς ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἐτεκτήνατο. Σκοπεῖσθαι δέ σε, ὦ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν, οὑτωσὶ χρή. Πάντως δὲ ῥᾷστα μαθήσῃ τοῦτο, ἐὰν ἐπὶ τὴν τοῦ καθεύδειν εἰκόνα πρόςσχες καὶ ἀνίστασθαι. Εἰ γὰρ τὸ ὑπνοῦν ἀπὸ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ τὸ ἀνίστασθαι ἀπὸ τοῦ καθεύδειν γίνεται, καὶ τοῦτο ἀναστάσεως καὶ θανάτου μελέτη,

Ὕπνῳ γὰρ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν — —,

ἀνάγκη δὴ καὶ τὸ [2] ἀναβιώσκεσθαι εἶναι ἐκ τοῦ τεθνάναι, εἰς τὸ ζῆν τὴν σάρκα, εἴπερ καὶ τὸ ἀνεγείρεσθαι ἐκ τῶν καθευδόντων. Ὡς γὰρ ἐκ τοῦ καθεύδειν τὸ ἐγρηγορέναι γίνεται, καὶ οὐ πάντως ὁ καθεύδων ἐν τῷ αὐτῷ διαμένει σχήματι ἀεὶ καθεύδων, ἀλλὰ αὖθις ἀνίσταται, οὕτως καὶ τὸ ζῆν ἐκ τοῦ ἀποθανεῖν συμβήσεται, καὶ οὐ πάντως ὁ ἀποθανὼν, ἐπειδὰν ἀποθάνοι, ἐν τῷ αὐτῷ μένει. Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ κοιμᾶσθαι τὸ ἐγρηγορέναι, καὶ ἐκ τοῦ πεσεῖν τὸ ἀνεγερθῆναι, καὶ ἐκ τοῦ καταβληθῆναι τὸ ἀνοικοδομηθῆναι, τίς μηχανὴ καὶ ἐκ τοῦ κλιθέντος μὴ οὐχὶ προσδοκᾶν τὸ ἀναστήσεσθαι, καὶ ἐκ θανόντος τὸ ἀναστήσεσθαι; Καὶ γὰρ ἡμεῖς ταῦτα οὐκ ἐξαπατώμενοι ὁμολογοῦμεν, ἐκ τῶν τεθνεώτων σωμάτων τὸ ἀναβιώσκεσθαι συμβαίνειν. Καὶ μὴ μόνον τοῦτο, εἰ βούλει, ἀπὸ τοῦ καθεύδειν σκόπει καὶ ἀνίστασθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν σπερμάτων καὶ φυτῶν ὡς ἐν πᾶσιν αὐτοῖς ἡ ἀνάστασις κα-

Cap. XLIV. — 1. δεῖ, *quod vulgo desideratur, repetii ex vocabulo* δείμασθαι.

cumque aliquid disserere videatur. Verum demus hoc illi, ut mortalem esse animam definiat. Iam duorum alterum poni necesse est, aut vere pronuntiasse dominum, cum immortalem esse animam docuit, et si eandem corrumpi falsissime praedicari, aut illam certe revera corrumpi, adeoque immortalem illam atque exitio carentem esse perperam docuisse Christum, tum in illa divitis ac pauperis historia, tum in altera, in qua Moses atque Elias apparuit. Atqui nihil temere locutus est, neque mentitus est dominus. Non enim, ut apostolis illuderet, inane iis simulacrum ac ludicram speciem ostendit, cum in monte Eliam ac Moysem exhibuit, sed quod re ipsa erant sine ullo mendacio patefecit. Unde vel imperitissimus quisque, ut uno verbo dicam, intelligere potest immortalem ab ipso et exitii immunem animam esse confirmari. Matth. 17.

Cap. XLIV. (XXXVII.) Corporis itaque resurrectio est, non animae, ut corruptionem lapsum *Davidis tabernaculum resurgat;* atque ubi constiterit, et instauratum fuerit, *sicut dies seculi*, inviolabile deinceps ac sempiternum permaneat. Amos. 9, 11. Neque vero deum arbitrari debemus lapideam velle domum Davidis exstruere, neque in coelesti regno eximium aliquod domicilium construere, sed de carne loqui, quod animae tabernaculum est, quod quidem suis ipse manibus molitus est. Tu vero, sapientissime Aglaophon, hunc ad modum ista considera. Facillime enim illa animo perceperis, si ad dormientium et expergiscentium similitudinem attendis. Nam si somnus vigiliam sequitur, et somnum expergefactio, idque resurrectionis ac mortis est nonnulla meditatio, quippe

*Et somno et morti geminis — —,* Hom. Il. XVI, 672.

perinde necessarium est ut et reviviscere morte sit posterius, ut corporis vita succedat, cum et excitari e dormientibus quispiam dicatur. Etenim ut e somno vigilia sequitur, et qui dormit non in eodem omnino habitu persistit, ut assidue dormiat, sed subinde consurgit, ita et ex morte vita consequetur, nec omnino qui mortuus est post mortem eodem in statu perseverat. Cum enim post somnum vigilia succedit, et post lapsum excitatio et post demolitionem instauratio, nonne et ab eo quod inclinavit, quodque mortuum est, expectanda resurrectio est? Non enim haec nos frustra confitemur, posteaquam emortua corpora sunt, denuo reviviscere. Quod ipsum non in somno solum et expergefactione, sed in seminibus ac stirpibus intuere, si lubet, quemadmodum resurrectionem haec omnia prae-

2. ἀναβιῶσθαι *cod. Rhedig.*

ταγγέλλεται. [3] Κατάμαθε γὰρ τὰ σπέρματα, πῶς [4] γυμνὰ καὶ ἄσαρκα βάλλεται εἰς τὴν γῆν, καὶ τελεσφορούμενα πάλιν ἀποδίδοται. Ἐπεὶ εἰ θνήσκοι μὲν καὶ σήποιτο τὰ σπέρματα, ἐκ δὲ τῶν σπερμάτων μηκέτι τὸ ἀναζῆν καὶ φύειν γένοιτο, τίς ἡ ἀποκλήρωσις, μὴ οὐχὶ πάντα καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι;

Κεφ. με΄. (λη΄.) Ἀλλὰ γὰρ περὶ τούτων πλείω λέγειν τὰ νῦν, ὦ κράτιστε Θεόφιλε, παρήσωμεν, καὶ οἱ λοιποὶ κριταὶ τῶν λόγων· λάβωμεν δὲ καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς ἀκόλουθα, ὡς ἀφέστηκε τοῦ δέοντος μακράν. Ὁ θεὸς γὰρ αὐτῷ [1] πάλιν αὐτὰς τὰς ψυχὰς ἐν τῇ κατὰ τὸν [2] ἑξηκοστὸν πέμπτον Ψαλμὸν προφητείᾳ, βεβιασμένως αὐτὴν καὶ ἀνοικείως ἐκτιθεμένῳ, [3] ὡς εἰς παγίδα τὴν σάρκα δίκην ὑφέξουσαν τῶν ἡμαρτημένων ἐμβιβάζει. Ὅπερ [4] ἀτοπίας μᾶλλον ἢ ὀρθοδοξίας ἐστίν. Εἰ γὰρ πρὸ τῆς παραβάσεως, καθάπερ ἤδη καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐξεθέμεθα, [5] σώματα ἐκέκτηντο αἱ ψυχαί, πῶς εἰς παγίδα ὕστερον, μετὰ τὴν παράβασιν, εἰς σῶμα ἐμβιβάζονται, οὐκ ὄντος χρόνου ἐν ᾧ πρὶν αὐτὰς [6] τὸ σῶμα λαβεῖν ἐξημάρτοσαν; οὐ γὰρ ἔμφρονος ὁτὲ μὲν ὡς διὰ τὸ
pag. 571. σῶμα λέγειν τὰς ψυχὰς ἡμαρτηκέναι, ὁτὲ δέ, ἐπειδήπερ ἡμάρτησαν, διὰ τοῦτο καὶ δεσμὸν αὐτὸ καὶ παγίδα πρὸς κατάκρισιν γεγονέναι. Εἰ γὰρ διὰ τὸ σῶμα ἥμαρτον, συνῆν ἄρα ἐξ ἀρχῆς αὐταῖς καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας τὸ σῶμα. Πῶς γὰρ διὰ τοῦτο ἡμάρτανον ὃ μὴ ἦν μηδέπω; Εἰ δὲ παγὶς πάλιν αὐτῷ τὸ σῶμα καὶ πέδαι νομίζεται καὶ δεσμός, οὐκέτι τὸ συναμφότερον αἴτιον, ἀλλὰ ψυχὴ μόνη, [7] ἁμαρτήσασα. Τί γὰρ μετὰ τὸ ἁμαρτῆσαι τῷ ἁμαρτήσαντι; δεσμὰ καὶ παγίδες καὶ πέδαι κατασκευάζονται. Ἀλλὰ μὲν δὴ ὡμολογήσαμεν μὴ δύνασθαι δεσμὸν εἶναι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, ἐπειδὴ τὸ μὲν σῶμα πρὸς ἑκάτερα, καὶ πρὸς τὸ δίκαιον καὶ ἄδικον, συνεργεῖ, ὁ δὲ δεσμὸς εἴργει τοῦ ἀδικεῖν, ὥςτε, ὅπερ λέγω, δυοῖν θάτερον. Ἢ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἡμάρτομεν μετὰ σώματος καὶ οὐ φαίνεται χρόνος ἐν ᾧ ἐκτὸς ὑπήρξαμεν σώματος, καὶ συναίτιον τὸ σῶμα καὶ κακῶν τῇ ψυχῇ καὶ ἀγαθῶν, ἢ χωρὶς σώματος ἡμάρτομεν διαγόντες, καὶ ἀναίτιον τὸ σῶμα κακίας ἐκ παντός. Ἀλλὰ χωρὶς σώματος ὑπὸ ἀλόγου ἡδονῆς οὐ κρατεῖται ἡ ψυχή, ἐκρατήθησαν δὲ οἱ πρωτόπλαστοι ἀλόγῳ δελεασθέντες ἡδονῇ. Ἦν ἄρα ἡ ψυχὴ μετὰ σώματος καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας.

3. Καταμάθετε *cod. Venet.*
4. γυμνὰ καὶ ἄσαρκα *cod. Venet.* γυμνά, φησί, καὶ ἄσαρκα *cod. Rhedig., et editi libri. Defendit hanc scripturam Gatakerus Advv. Misc. pag.* 804., *contra Petavium, qui* φύσει *suspicatus est reponendum pro* φησὶ, *apostolicum videlicet dictum (I. Corinth.* 15, 37.) *significari ratus. Idem vocem* ἄσαρκα, *nisi* exilia *explicaretur, non suspectam se negavit habere.*

Cap. XLV. — 1. πάντας ψυχὰς *cod. Venet.*
2. ἑξηκοστὸν πέμπτον ψαλμὸν προφητείᾳ *cod. Venet. Vulgo* ἑξηκοστὸν ψαλμὸν προφητείᾳ καὶ πέμπτον.
3. *Post vocem* ὡς *cod. Rhedig. et editi libri pergunt* φησί, τὴν ἀνάστασιν *cett., quae sunt cap.* 17. *Vulneri medelam attulit cod. Venetus. Cf. quae annotavi ad cap.* 17. *et* 24. — *Ceterum verba* αὐτῷ - - ἐκτιθεμένῳ *de Origene esse intelle-*

dicare videantur. Aspice semina, quae nuda ac carne destituta terrae mandantur, dehinc perfecta consummataque redduntur. Nam si morerentur quidem ac putrescerent semina, ne ex his quicquam reviviscerct ac pollularet aliud, quae sors esset alia rerum atque conditio quam ut omnia morte consumpta penitus occiderent?

Sed de his pluribus disputare, optime Theophile, vosque ceteri sermonum nostrorum arbitri, in praesentia supersedebimus. Quae vero iis consentanea ac consequentia sunt, quomodo scilicet procul ab scopo aberrarit, deinceps videamus. Etenim ille de animis disserens ad Psalmum LXV., quem violenta quadam interpretatione alienaque declarat. Resurrectionem, animam ut delictorum suorum poenas exsolvat, in hanc carnem velut in laqueum coniici; quod stultitiae magis quam sincerae fidei tribuendum est. Nam cum ante violatum dei mandatum, ut antea monstravimus, corporibus praeditae fuerint animae, quonam pacto secundum delictum includi corpore potuerunt, in quo, priusquam corpus induerent, in peccatum prolapsae sunt? Neque vero sui compos est qui alias propter corpus peccasse putat animas, alias, postquam peccaverint, eodem illo corpore tanquam vinclis ac compedibus fuisse damnatas. Si enim propter corpus deliquerint, cum eo vel ante peccatum coniunctae fuerint oportet. Alioqui propter id quod nondum extiterat peccasse quomodo potuerunt? Quod si vinculi loco compedisque corpus est animae, non iam utrique simul est, sed animae duntaxat peccati caussa tribuenda. Quid est enim quod secundum peccatum ei qui peccarit infligitur? Vincula nimirum ac compedes parantur. Nos autem paulo illud ante fatebamur, corpus animae vinculum esse non posse, quoniam ad utrumque, tam iustum scilicet quam iniustum, ministerio corporis adiuvantur. At vinculum ab eo quod iniustum est committendo nos prohibet. Ex quo alterum, uti diximus, e duobus sequitur: aut enim initio cum corpore peccavimus, nec ullum tempus apparet quo sine corpore fuerimus, estque bonorum malorumque caussa cum anima communiter corpus: aut tum peccatum admisimus, cum citra corpus degeremus, ut ab omni malitiae culpa corpus immune sit. Atqui nulla sine corpore rationis experte voluptate capi anima potest; cuiusmodi primi nostri parentes illecebra capti superatique sunt. Anima igitur corpori coniuncta fuit etiam ante peccatum.

Cap. XLV. (XXXVIII.)

Gen. 3.

*genda nemo non videt.*

4. *Vocem* ἀτοπίας, *quae excidit, restitui ex cod. Veneto.*

5. σῶμα *cod. Venet.*

6. *Libri vulgo habent* τῷ. *Correxi* τὸ, *quod sententia postulat.*

7. ἁμαρτήσασα *scripturam libri vetusti, nescio cuius, annotatam inveni in marg. exempli Schottiani.* ἁμαρτήσαν *vulgata scriptura est.*

Κεφ. μς΄. Περὶ γὰρ τοῦ μὴ ἐγχωρεῖν αὐτὸ νομίζεσθαι διὰ τὴν παράβασιν δεσμὸν ἐπὶ τιμωρίᾳ γεγονότα, ἵν' ἄκρατον ἡ ψυχὴ καὶ συνεχῆ κατ' αὐτοὺς βάσανον ἔχῃ νεκροφοροῦσα, δοκῶ μοι πλήρη ταῦτα ἤδη μετὰ πάσης ἀποδείξεως δεδηλωκέναι. Ὅθεν ἀσύστατον καὶ ἀνένδεκτον τὸ μὲν σῶμα παγίδα τίθεσθαι καὶ δεσμὰ, τὸν δὲ θεὸν εἰσάγειν τὰς ψυχὰς εἰς τὴν παγίδα, δίκην ὑφεξούσας, ἄνωθεν ἐκ τρίτου ἐκβάλλοντα οὐρανοῦ, ὅτι ἄνωθεν παρήκουσαν τῆς ἐντολῆς. Πρὸς τί γάρ τις βλέψας πιστεύσειεν τοῖς οὕτω ὑπ' αὐτῶν προπετῶς εἰρημένοις; καίπερ οὐκ ἔχοντος οὕτως τοῦ Ψαλμοῦ, κἂν βεβιασμένως αὐτὸν ἐκτίθενται. Αὐτὰ δὲ προοίσω τὰ ἐγκείμενα, ἵνα [1] δὴ καὶ τὸ μυθῶδες αὐτῶν τῆς ἐξηγήσεως φανῇ, ὀρθῶς μὴ θελόντων νοεῖν τὰς γραφάς. Εἰσὶ γὰρ οὕτω πως δήπου λεχθέντα· Δοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον· εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα, ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν· ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν· διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. Καὶ εὐθέως ἐπιφέρουσι· Ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν ψυχῶν εἴρηται, τῶν εἰς τὴν παγίδα τὸ σῶμα, ὡς εἰς ἀγώνισμα, κατενεχθεισῶν ἐκ τοῦ τρίτου οὐρανοῦ, ἔνθα ὁ παράδεισος. Τὸ γὰρ, Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, ἤτοι, [2] φησὶ, τὴν διὰ μήτρας εἰς τὸν κόσμον τῆς ψυχῆς πάροδον δηλοῖ, ἐπειδήπερ ἐν φλογὶ τοσαύτῃ καὶ ὑγρασίᾳ καταγίγνεται, ἢ τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν κατάπτωσιν ἐπὶ τὸν βίον, διερχομένην τὰς πηγὰς τοῦ πυρὸς καὶ τὰ ὑπὲρ τὰ νῶτα τοῦ στερεώματος ὕδατα. Πρὸς οὓς ἠξίουν ἐνίστασθαι. Φέρε γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν, ὦ Ἀγλαοφῶν, αὐτὸς ποίησαι τὴν ἀπόκρισιν, τί λέξουσι.

(pag. 572.)

Κεφ. μζ΄. Πρῶτον γὰρ ὁ Παράδεισος, ὅθεν καὶ ἐξεβλήθημεν ἐν τῷ πρωτοπλάστῳ, ἐκ ταύτης ἐστὶ τῆς γῆς προδήλως τόπος ἐξαίρετος, πρὸς ἄλυπον ἀνάπαυσιν καὶ διαγωγὴν τοῖς ἁγίοις ἀφωρισμένος κρείττονα. Ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸν Τίγριν καὶ τὸν Εὐφράτην καὶ τοὺς λοιποὺς ποταμοὺς τοὺς ἐκεῖθεν προχεομένους ἐνταῦθα φαίνεσθαι τῶν ῥευμάτων τὰς διεκβολὰς εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἤπειρον ἐπικλύζοντας. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἄνωθεν καταράσσονται χεόμενοι· ἐπεὶ οὐδὲ ὑπέστη ἂν ἡ γῆ ὄγκον τοσοῦτον ἀθρόως ἐξ ὕψους καταφερόμενον ὑποδέξασθαι ὕδατος. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἀπόστολος ὑποτίθεται τὸν Παράδεισον εἶναι ἐν τρίτῳ οὐρανῷ τοῖς λεπτῶν ἀκροᾶσθαι λόγων ἐπισταμένοις. Οἶδα γὰρ ἁρπαγέντα ἕως τρίτου, λέγων, οὐρανοῦ, καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε χωρὶς σώματος, ὁ θεὸς οἶδεν, ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν Παράδεισον, δύο ἀποκαλύψεις μεγάλας ἑωρακέναι μήνει, δὶς ἀναληφθεὶς ἐναργῶς, ἅπαξ μὲν ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἅπαξ δὲ εἰς

Cap. XLVI. — 1. *Vulgo* δὲ, *quod uncinis notavit Petavius.*

Quod enim absurdum sit, poenae loco corpus animae post peccatum tanquam vinculum fuisse constitutum, ut addicta mortuo gerendo anima mero quodam supplicii genere ac sempiterno ex illorum opinione crucietur, videor illud hactenus abunde copioseque demonstrasse. Quare minime cohaerens ac probabile videtur laquei ac vinculi instar esse corpus, in quod animas deus supplicii caussa nihilominus inserat, quas e tertio coelo deturbarit, quod mandatum suum illo in loco violarint. Quid est enim, quo tam temere haec ab illis affirmata persuaderi possint? Cum praesertim nihil eiusmodi Psalmus ille contineat, tametsi per vim eius sententiam detorquere conentur? Sed eadem illa verba libet afferre, quo illorum interpretatio quam inanibus sit referta fabulis appareat, qui scripturarum rectam intelligentiam repudiant. Haec enim illo in Psalmo leguntur: *Probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum: induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra: transivimus per ignem, et aquam, et eduxisti nos in refrigerium.* Quibus statim adiiciunt, His animae sermonibus utuntur, quae in corpus velut in laqueum, e tertio coelo ubi et Paradisus est, ad certamen delatae sunt. Nam iis verbis, *Transivimus per ignem et aquam*, aut animae maternum per uterum in hunc mundum transitus exprimitur, quod in tanto incendio atque humore versetur, aut eiusdem in hanc vitam e coelo lapsus ostenditur, in quo cum ignis veluti fontes, tum illam, quae supra firmamentum est, aquarum vim copiamque transmittit. Contra quos visum est mihi disputare. Age itaque, Aglaophon, tu pro illis quae afferri ab iis possunt respondeas.

Cap. XLVI. — Ps. 65, 10.

Inprimis enim Paradisus ille, de quo in primo nostro parente deiecti fuimus eximius quidam haud dubie hac in terra locus est, et ad exquisitam quandam ac iucundissimam piorum requiem habitationemque secretus. Indidem porro Tigris et Euphrates ceteraque flumina proficiscuntur, quorum in continentem nostram derivationes ac decursus exundant. Non enim in terras e coelo delapsa praecipitant. Neque enim tantam aquarum molem cum ingenti ex alto impetu depressam sustinere terra potuisset. Sed nec apostolus Paradisum tertio in coelo collocat, si quis illius verba subtili quadam intelligentia penetrare possit. *Novi*, inquit, *hominem raptum ad tertium coelum, et eundem novi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, deus scit, quoniam raptus est in Paradisum.* Quibus verbis duo sibi maximi momenti patefacta significat, cum bis perspicue esset assumptus, primum tertium in coelum, deinde in Paradisum.

Cap. XLVII. — 2. Cor. 12, 2.

2. *Fortasse* φασὶ.

τὸν Παράδεισον. Τὸ γὰρ, Οἶδα ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἰδίως ἀποκάλυψιν αὐτῷ κατὰ τὸν τρίτον ἀναληφθέντι πεφηνέναι συνίστησι· τὸ δὲ, Καὶ οἶδα, πάλιν ἐπιφερόμενον, τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, εἰς τὸν Παράδεισον, ἑτέραν αὖθις αὐτῷ πεφανερῶσθαι κατὰ τὸν Παράδεισον ἀποκάλυψιν δείκνυσι. Τερετισμὸς οὖν ἐστι καὶ τραγικολογία τὸ καταβάλλεσθαι λέγειν τὰς ψυχὰς ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ διαβαίνειν τοῦ πυ-
pag. 573. ρὸς τὰς πηγὰς καὶ τὰ ὕδατα τὰ ὑπὲρ τὰ νῶτα τοῦ στερεώματος, εἰς τὸν καθ' ἡμᾶς φερομένας κόσμον. Ἐπεὶ μηδὲ ὁ Ἀδὰμ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐξεβλήθη, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ ἀνατολὰς ἐν Ἐδὲμ πεφυτευμένου Παραδείσου. Οὐ γὰρ πρὸ τῆς ἐνσωματώσεως τὸ παράπτωμα, καθάπερ ἐδείξαμεν ἱκανῶς, οὐδ' αὐτὸ σῶμα παγὶς τοῦτο, ἀλλὰ μετὰ τὴν εἰς τὸ σῶμα σύμφυσιν τῆς ψυχῆς γίνεται τὸ παράπτωμα, ὅτι τοῦτο συναμφότερον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ ἐκ τοῦ Παραδείσου κατάπτωσις ἐνθάδε. Ὁ δὲ ὅλως οὐ προσέσχεν ἐπιμελέστερον, Ἀγλαοφῶν, τῷ λόγῳ, ἀλλὰ διετείνατο περὶ πραγμάτων διανόησιν οὐκ ἐχόντων ἐπιχείρησιν, κατὰ τὰς δόξας ἐξηγήσασθαι τῶν φαύλων τὸν Ψαλμὸν, περὶ ὧν λέγειν πλείω παρήσομεν.

Κεφ. μη'. Βούλομαι γὰρ, ἐπειδὴ ἅπαξ εἰς τὸ διευθῦναι τὴν μοχθηρίαν αὐτῶν ἥκομεν, ἀπογυμνῶσαι καὶ ταύτης αὐτοῖς τῆς προφητείας τὴν πρόφασιν. Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, καὶ ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. Δοκιμασθέντες διαρκῶς οἱ μάρτυρες ἐν ταῖς κατὰ τοὺς πειρασμοὺς τῶν βασάνων προσβολαῖς (τὰ πολλὰ γὰρ εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς αἱ προφητεῖαι πίστιν πληροῦνται), καὶ εὐσεβῶς καὶ ἐρρωμενέστατα διαθλήσαντες εὐχαριστοῦσι τὸ, Ἐδοκίμασας ἡμᾶς, λέγοντες τῷ θεῷ, ὃς, ἵνα τὴν δόξαν παρ' αὐτῷ κτήσωνται μείζονα, διὰ πολλῶν αὐτοὺς ἤλεγξε πόνων, τὸν ἀληθῶς Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα νικῆσαι προσθείς. Καὶ ἐπισκέψασθε ὡς τούτοις συνῳδὰ σαφῶς τοῖς λόγοις περὶ τῶν μαρτύρων καὶ ὁ Σολομὼν ἀναφθέγγεται (οὐ γὰρ ἀμάρτυρος ὁ λόγος καὶ ἄλλων γραφῶν), ὅτι, Ὁ θεὸς ἐπείρασεν αὐτοὺς, καὶ εὗρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ, ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτοὺς, καὶ ὡς ὁλοκάρπωμα εὐωδίας προσεδέξατο αὐτοὺς, καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν, πρόσθεν εἰπὼν, Καὶ γὰρ ἐὰν ἐν ὄψει ἀνθρώπων κολασθῶσιν, ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης, καὶ ὀλίγα παιδευθέντες μεγάλα εὐεργετηθήσονται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ρκγ' Ψαλμῷ τὸ εἰρημένον, Εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς· χειμάρρουν διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον· εὐλογητὸς κύριος, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν· ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ

Haec enim verba, *Scio raptum huiusmodi usque ad tertium coelum,* peculiare quiddam, cum ad tertium coelum esset evectus, ostensum illi esse demonstrant. At illud quod subiicitur: *Et scio huiusmodi hominem sive in corpore, sive extra corpus, quoniam raptus est in Paradisum,* aliud rursus in Paradiso patefactum ipsi atque indicatum demonstrat. Quocirca canorae istae nugae sunt, et ad pompam speciemque tragice confictae, demitti e coelo animas asserere, atque in hunc inferiorem orbem delapsos igneos fontes et aquas, quae supra firmamentum eminent, transcurrere. Nam et Adamus neutiquam e coelo deiectus est, sed ex eo Paradiso qui in Eden fuerat ad orientem consitus. Non enim, antequam corpus indueret, peccatum contigit, ut abunde ante docuimus, neque corpus ipsum laquei instar affixum est. Sed tum denique peccatum est admissum, cum in unum corpus animaque coaluissent, propterea quod ex utroque hominis natura conflatur, estque in hunc locum e Paradiso facta deportatio. Ille vero, o Aglaophon, non attente admodum in illius loci sententiam incubuit, sed ea disputando affirmare instituit, quae percipi nullo modo possunt, atque ex pravorum hominum opinione explicare Psalmum illum aggressus est. Gen. 3.

Libet enim, quandoquidem semel ad illorum reprehendendam nequitiam devenimus, illius oraculi declarare mentem. *Probasti nos,* inquit, *deus, et igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Ubi martyres, qui tormentis ac cruciatibus admotis assidue probantur (saepe enim prophetarum responsa in fide nostra ac religione complentur), postea quam pie ac fortiter certamen obierunt, iis ipsis verbis, *Probasti nos,* deo gratias agunt, qui, ut maiorem illi gloriam apud se promererentur, variis illos laboribus periclitari voluit ac vere Olympiaci cuiusdam certaminis victoriam proposuit. Quam vero consentanea iis de martyribus a Salomone pronuntiata sint, attendite. Neque enim aliarum scripturarum testimonio caremus. *Deus,* inquit, *tentavit illos, et invenit eos dignos se: tanquam aurum in fornace probavit illos, et sicut holocaustum suavitatis accepit illos, et in tempore visitationis illorum, etc.,* cum antea dixisset, *Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est: in paucis correpti magna beneficia consequentur.* Praeterea Psalmo CXXIII., cum ista dicuntur: *Nisi quia dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos: torrentem pertransisset anima nostra aquam intolerabilem: benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et* Cap. XLVIII. Sap. 3, 5. Ps. 123, 2.

pag. 574. ἡμεῖς ἐῤῥύσθημεν. Οἱ μάρτυρές εἰσιν οἱ ψάλλοντές. Δύο δὲ τῶν καλλινίκων οἱ χοροὶ μαρτύρων, εἷς μὲν τῆς διαθήκης τῆς καινῆς, θάτερος δὲ τῆς παλαιᾶς, ἀντίφθογγον ὕμνον συμφώνως τῷ ὑπερμάχῳ θεῷ καὶ βασιλεῖ τῶν ὅλων ἀναπέμποντες, Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον, εἰςήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα, ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν, τὸ δικαστήριον τῶν ἐθνῶν, ἢ τοὺς πειρασμοὺς καθ' οὓς ἐκθλιβέντες ἰσχυρῶς ἐδοκιμάσθησαν. Δοκίμασόν με γὰρ, φησὶ, κύριε, καὶ πείρασόν με· πύρωσον τοὺς νεφρούς μου, καὶ τὴν καρδίαν μου. Λεγέτω δὴ καὶ Ἁβραὰμ ἐπὶ τῷ μονογενεῖ πυρωθεὶς τὰ σπλάγχνα, προτιμήσας τε τὸ τοῦ θεοῦ μᾶλλον πρόσταγμα, μετὰ τὸ ἀκοῦσαι, Ἁβραὰμ, φεῖσαι τοῦ παιδός σου, ἀποῤῥίψας τὸ ξίφος, Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. Λεγέτω καὶ Ἰὼβ μετὰ τὸ ἀποῤῥεῦσαι τὴν σαπρίαν καὶ ὀνειδισθῆναί τε ὑπὸ τῶν φίλων καὶ ἀλγῆσαι τὸ σῶμα, διὰ λαίλαπος ἀκούσας λαλοῦντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ, Οἴει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα φανῇς δίκαιος; Ἔθου θλίψεις [1] ἐναντίον ἡμῶν, κύριε, ἵνα ἡμᾶς ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ δοκιμάσῃς. Λεγέτωσαν καὶ οἱ τρεῖς ἐν τῇ καμίνῳ παῖδες δροσιζόμενοι, ἵνα μὴ καταφλεχθῶσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον· διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν· ὡς εἰπεῖν κἀμοὶ τῷ Μεθοδίῳ, Ὁ θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ αἰώνιος, ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου διαβάντι τὸ πῦρ ἀναλγητὶ, καὶ τῶν ὑδάτων εἰς τὴν καυστικὴν [2] μεταβληθέντων φύσιν, ὑπεξαλύξαντι τὰς ὁρμὰς, Διῆλθον διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγές με εἰς ἀνάψυξιν. [3] Σὴ γὰρ αὕτη τοῖς ἀγαπῶσί σε ἡ ἐπαγγελία· Ἐὰν διαβαίνεις δι' ὕδατος, μετὰ σοῦ εἰμι, καὶ ποταμοὶ οὐ συγκλείσουσί σε· κἂν διαβαίνῃς διὰ πυρὸς, οὐ μὴ κατακαύσει σε. Ἀλλὰ γὰρ περὶ τῆς κατὰ τὸν Ψαλμὸν ἐξηγήσεως ἅλις ἔχει ταῦτα.

Κεφ. μζ'. Εἰς δὲ ἐκεῖνο διασκεπτέον, ἐν ᾧ πολυμόρφως ἐμφανταζόμενοι ἀπάταις, καθευδόντων τρόπον, ἀποφαίνονται τὸν ἀπόστολον εἰρηκέναι, Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτὲ, καὶ βοῶσι, Τὴν πρὸ τῆς ἐντο-
pag 575. λῆς ἡμῶν ἐν τῷ πρωτοπλάστῳ διαγωγὴν πρὸ σώματος ἔφη, ὡς τὰ ἐπιφερόμενα συνίστησιν, Ἐγὼ δὲ σάρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν· ὅτι μὴ ἄλλως ὁ ἄνθρωπος ἄρχεσθαι ἠδύνατο καὶ κυριεύεσθαι ὑπὸ τοῦ κακοῦ, πραθεὶς αὐτῷ διὰ τὴν παράβασιν, εἰ μὴ σάρκινος ἦν γεγονώς. Ἄληπτος γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ, φησὶ, τῇ ἁμαρ-

Cap. XLVIII. — 1. *Petavius suspitus est* ἐν νώτῳ. 2. μεταβληθέντων *emendavit Petavius. Libri vulgo* μεταβληθέντες.

*nos liberati sumus.* Martyres Psalmum illum pronuntiant. Duplex porro triumphantium martyrum chorus est. Alter enim ad novum testamentum; alter ad vetus pertinet, qui quidem in patroni ac regis omnium dei honorem alterna invicem huius hymni modulatione respondent. *Probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum: induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro.* Ubi tribunalia gentilium ac tentationes significant, quibus vexati ac velut igne percocti validissime probati sunt. *Proba me enim,* inquit, *deus, et tenta me; ure renes meos et cor meum.* Liceat et haec Abrahamo dicere, cum unigenae filii gratia illius viscera, veluti quodam igne torrerentur, ac maiorem divini mandati rationem haberet, hunc, inquam, Psalmi locum usurpet, postquam vocem illam accepit, *Abraam, parce filio tuo, et gladium abiice:* Gen. 22, 12.
*probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Eadem et Iob verba proferat, posteaquam et illius corpus purulenta sanie distillavit, et amicorum probra pertulit, et corporis cruciatibus affectus est, cum per procellam loquentem sibi deum exaudisset, *Num tu me aliam ob caussam tibi locutum arbitraris, quam ut iustus* Iob. 40, 8.
*appareas?* Dicat inquam, *Posuisti tribulationes coram nobis, domine, ut nos tanquam in fornace aurum probares.* Item et tres in fornace pueri concinant rore perfusi, ne incendio concrementur. *Probasti* Dan. 3.
*nos deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Transivimus per ignem, et aquam; et eduxisti nos in refrigerium.* Quod utinam et mihi Methodio usurpare aliquando liceat omnipotens et aeterne deus pater Christi, cum in die tua per ignem sine ullo dolore transiero, et aquarum, quae inurendi naturam mutatae sint, impetum effugero: *Transivi per ignem et aquam, et eduxisti me in refrigerium.* Haec est enim tui amantibus a te edita promissio: *Si transieris per* Isai. 43, 2.
*aquam, tecum sum, et flumina non concludent te: et si transieris per ignem, non combureris; flamma non comburet te.* Sed de Psalmi illius interpretatione abunde hactenus est dictum.

Nunc illud considerandum est, in quo variis somniis dormien- Cap. XLIX.
tium more delusi apostolum haec dixisse iactitant: *Ego autem vive-* Rom. 7, 9.
*bam aliquando sine lege,* statimque clamitant illam primi nostri parentis ante corpus legisque praescriptionem vitam esse declaratam, ut quae sequuntur fidem faciunt: *Ego vero carnalis sum, venumdatus sub peccatum.* Quoniam sub peccati potestatem ac dominatum redigi aliter homo non poterat, eique violato mandato venumdari nisi carne praeditus extitisset. Nam anima per sese nullo peccato corripi po-

3. Σή *cod. Rhedig.* *Vulgo* σύ.

τίᾳ. Διὸ δριμέως ἐπήγαγε τὸ, Ἐγὼ σάρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, πρόσθεν εἰπὼν τόδε, Ἐγὼ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ. Θαῦμα μὲν τοῖς πολλοῖς ταῦτα λεγόντων αὐτῶν τότε ὑπεδύετο, καὶ κατάπληξις, νῦν δὲ προκυψάσης εἰς τὸ φανερώτατον ἤδη τῆς ἀληθείας οὐ μόνον μακρῷ πλανώμενοι καταφαίνονται, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς ἄκρας ἀναβαίνοντες βλασφημίας. Δόντες γὰρ ἀσωμάτως τὰς ψυχὰς πρὸ τῆς ἐντολῆς βεβιωκέναι, ἀλήπτους τε εἶναι καθ' ἑαυτὰς ἐκ παντὸς τῇ ἁμαρτίᾳ, διανοηθέντες πάλιν ἀνέτρεψαν τὸν λόγον, ἑαυτοὺς δὲ πολὺ μᾶλλον. Τὰ γὰρ δὴ σώματα κατασκευάζουσιν αὐταῖς ὕστερον ἐπὶ τιμωρίᾳ, διὰ τὸ πρὸ σώματος αὐτὰς ἡμαρτηκέναι. Καὶ δὴ καὶ λοιδορήσεις τε ἐπῆλθον αὐτοῖς δεσμοῖς ἀπεικάζουσι καὶ πέδαις τὸ σῶμα, ἄλλα τε ἀνόητα εἰπεῖν. Νῦν δὲ, ὅπερ εἴρηται, πᾶν τοὐναντίον ἔχει. Χρὴ γὰρ πρὸ τῆς ἁμαρτίας τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν μετὰ σώματος, [1] ἐπειδὴ ἄληπτος οὖσα ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν τῇ ἁμαρτίᾳ οὐκ ἂν ἥμαρτεν ὅλως πρὸ τοῦ σώματος. Εἰ δὲ ἥμαρτεν, οὐκ ἦν ἄληπτος καθ' ἑαυτὴν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ καὶ εὐάλωτος μᾶλλον καὶ εὔληπτος. Διὸ καὶ πάλιν, κἂν μὴ λάβῃ τὸ σῶμα τοῦτο, ἁμαρτήσεται, ὥςπερ γε καὶ πρὸ τοῦ λαβεῖν αὐτὸ ἥμαρτεν. Διὰ τί δὲ ὅλως καὶ τὸ σῶμα ἐλάμβανεν ὕστερον μετὰ τὸ ἡμαρτηκέναι; ἢ τίς αὐτῇ χρεία σώματος ἦν; Εἰ μὲν οὖν ἵνα βασανίζηται καὶ ἀλγῇ, πῶς μᾶλλον ἐντρυφᾷ καὶ ἀκολασταίνει μετὰ σώματος; πῶς δὲ καὶ τὸ αὐτεξούσιον εἶναι ἐν τούτῳ φαίνεται ἔχειν τῷ κόσμῳ; Ἐφ' ἡμῖν γὰρ τὸ πιστεῦσαι κεῖται καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι. Ἔνθα δὲ ἐφ' ἡμῖν τὸ πιστεῦσαι κεῖται καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι, ἐφ' ἡμῖν τὸ κατορθώσασθαι καὶ ἁμαρτήσασθαι, ἐφ' ἡμῖν τὸ ἀγαθοποιεῖν καὶ τὸ κακοποιεῖν. Ἀλλὰ καὶ ἡ κρίσις πῶς δὴ ἐπιφέρεσθαι ὡς μέλλουσα προςδοκᾶσθαι ἔτι δύναται, καθ' ἣν ὁ θεὸς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα ἀποδίδωσι, καὶ οὐχ ὡς ἤδη παροῦσα νομισθήσεται,
pag. 576. εἴγε τὸ γεννηθῆναι μὲν καὶ εἰς σῶμα ἐλθεῖν τὴν ψυχὴν κριθῆναί ἐστιν ἤδη καὶ ἀνταπολαβεῖν, τὸ δὲ ἀποθανεῖν καὶ χωρισθῆναι τοῦ σώματος ἐλευθερωθῆναί τε καὶ εἰς ἀνάψυξιν ἐλθεῖν, διὰ τὸ πρὸ σώματος αὐτὴν ἁμαρτήσασαν ὡς εἰς κατάκρισιν καὶ καταδίκην εἰς τὸ σῶμα ἐμβιβάζεσθαι καθ' ὑμᾶς; Ἀπέδειξε δὲ διαρκῶς ἐκ περιουσίας ὁ λόγος ἀνένδεκτον εἶναι νομίζεσθαι τὸ σῶμα βασανιστήριον καὶ πέδας τῆς ψυχῆς.

Κεφ. ν'. Ἤρκει μὲν οὖν ἀπὸ τῆς γραφῆς αὐτῆς ἀποδείξαντα πρὸ τῆς παραβάσεως τὸν πρωτόπλαστον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὄντα καταπαύειν τὸν περὶ τούτων ἐνταῦθα λόγον. Κἀγὼ νῦν μὲν ἐπὶ κεφαλαίων αὐτὰ διεξέρχομαι, ὅσον τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπιχειρημάτων αὐτῶν εὐθῦναι

Cap. XLIX. — 1. ἐπειδὴ *rescripsi pro* ἐπεὶ ἡ *quod vulgo in libris reperitur.*

test. Ob id acute statim illud adiecit, *Ego carnalis sum venumdatus sub peccato*, cum id antea dixisset, *Ego vivebam aliquando sine lege.* Quae cum illi dicerent, plerique in stuporem admirationemque convertebantur. Iam vero posteaquam veritas est manifestissime patefacta, non modo longe eos aberrasse, sed et summam ad blasphemiam pervenisse constat. Qui cum ante praeceptum corporis expertes vixisse velint animas, nec ullo per sese peccato posse corripi, aliam deinceps in opinionem delapsi suum illud dogma vel seipsos potius everterunt. Corpora enim iisdem illis postea velut in supplicium fabricant, quod ante corpus peccaverint. Quinetiam convicia illis occurrunt, ut vinclis ac pedicis simile esse corpus affirment, aliaque stolida id genus effutiant. At vero longe, uti dixi, contrario modo sese res habet. Oportet enim etiam ante peccatum corpori consertam animam fuisse. Alioqui cum anima nullo per sese peccato affici queat, nullo pacto ante corpus peccare potuisset. Sin peccavit, falsum est nullo eam peccato per sese potuisse corripi, quinimo facile ab eo invadi expugnarique potuit. Unde et licet denuo corpus illud non accipiat, peccabit nihilominus, quemadmodum antequam cum illo coniungeretur iamdudum fecerat. Quorsum vero corpus omnino post admissum delictum capiebat, aut quid illo opus habebat? Si ut supplicio ac dolore afficeretur, cur cum corpore luxum potius deliciasque sectatur? Arbitrii vero sui libertatem quomodo retinere in hoc mundo videtur? Credere enim, aut non credere in nostra est voluntate positum. Ubi autem utrumque iuris ac voluntatis est nostrae, consequens est ut et recte agere vel peccare, boni aliquid facere vel mali, sit integrum. Quonam pacto praeterea futurum illud iudicium expectari amplius potest, quo in iudicio unicuique deus pro operum ratione ac studiorum rependet, et non potius iam adesse censebitur, si gigni ac subire in corpus animam idem est ac iudicari, et meritorum praemia percipere, emori contra atque a corpore seiungi nihil est aliud quam liberari ac refocillari; propterea quod peccato ante corpus admisso in idem illud anima, velut ad supplicium damnata, compellitur, quae vestra est sententia? Iam illud satis superque, velut ex abundanti, oratione nostra demonstratum est, fieri non posse ut corpus animae veluti carnificina ac vinculum habeatur.

Atque illud quidem sufficere videtur, quod ex sacris literis ostendimus, primum nostrum parentem, etiam ante delictum, ex corpore animaque fuisse conflatum, atque ita disputandi finem facere. Ego vero summa nunc illorum capita perstringam, duntaxat ut argumentorum, quibus utuntur, praesidia ac firmamenta convellam; ne Cap. L.

Κεφ. νθ'. Ἄγε οὖν μή ποτε ὑπενδοῦσα ἁρπασθῇς, ὦ ψυχὴ, πρὸς αὐτὸν, καὶ οὐκ ἕξομεν ὑπὲρ σοῦ δοῦναι λύτρα. Τί γὰρ ἀντικατάλλαγμα δώσει, φησὶν, ἄνθρωπος τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Καλὸν μὲν οὖν εἰ μὴ εἴχομεν, ἦν ἄρα, καὶ χαρμότατον, τοὺς ἀντιπράσσοντας ἡμῖν καὶ μαχομένους. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, καὶ ὃ θέλομεν οὐ δυνάμεθα.

Cap. LVIII. — 1. Οὕτως *desideratur in edit. Petavii. Habent omnes reliqui, et Photius.*
2. τῷ *emendavit Petavius, comprobavit Gatakerus Adverss. Misc. p.* 807. *Ita enim Photius. Vulgo extat* τὸ.
3. ἦν *Photius.*
4. ἃ χρὴ *emendavit Petavius. Libri*

pe peccatum omne ac conatus adminiculo carnis ad effectum perducitur. Quamobrem saepenumero in epistolis eadem illa manifeste nobis inculcans fugere aversarique iubet. *Nolite errare*, inquit, *neque fornicatores, neque idololatrae, nec adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, nec avari, nec ebrii, neque conviciatores, neque raptores regnum dei possidebunt.* Deinde, quod caput est, ut nos ad peccatum omni ope vitandum et excutiendum impelleret, *Imitatores mei*, inquit, *estote, sicut et ego Christi.* Ita non agendo committendoque quae nollet, sed cogitando solum superiora illa proposuit. Alioqui qui posset imitator Christi esse perfectus? Nunc autem cum saepe bestiarum proprie nobis cogitationes incidant, quae nos alia alias cupiditate ac curiositate compleant,

2. Cor. 6, 7. — 1. Cor. 11, 1.

*Muscarum veluti densarum examina multa,* Il. B, 469.

idcirco, Non quod volo, dixit, hoc facio. Quae quidem constanter ex animo eiicienda sunt, ut ad nullum omnino faciendi quae suaserit gratia declinemus. Ut enim ad coeleste regnum adscribamur, postquam per omnes voluptates ac dolores periculum nostri fecerimus, utrumnam constantes atque immutabiles simus, et ubique incorrupti instar auri igne atque incendio probati, nihil a propria virtute descíverimus, tum vero plerisque rebus animus noster perturbatur atque angitur. Quamobrem fortiter nos eorum conatibus opponere debemus. Quemadmodum genere se milites solent, qui cum se ab hostibus obsideri vident, horum sagittis ac iaculis contemptis tutandae urbis gratia magno animo impressionem in eos faciunt, neque quicquam studii praetermittunt, donec confertum illorum globum propulsent atque extra fines suos eiiciant. Vides enim uti cogitationes propter peccatum illud, quod in nobis habitat, extrinsecus insurgant, velut rabidi quidam canes, vel audaces ac truculenti praedones, quos immanis ille tyrannus et iniustitiae princeps assidue in nos immittit. Atque ab iis quidem probamur, utrum resistere ipsis, atque ex adverso velut in acie consistere possimus.

Cap. LIX. Age itaque vide sis, anima, ne infracta quandoque in illud transversa rapiaris, nec ullo te redemptionis pretio liberare possumus. *Quam enim commutationem dabit homo pro anima sua?* Et quidem optandum illud erat ac laetitiae plenissimum, nullos ut adversarios atque hostes haberemus. Sed quoniam fieri istud non potest, et quod volumus nequaquam assequimur. Volumus enim habere

Matth. 16, 26.

*enim vulgo* ἄχρι.
5. μηδὲν (*aut, si magis placet*, μηδὲ) ὅλως *ego rescripsi pro* μηδένα ὅλως, *quod libri retinent.* εἰς μηδένα *placuit Petavio.*
6. ἀπώσονται *edit. princ.*

Θέλομεν γὰρ μὴ ἔχειν τοὺς ἐξέλκοντας ἡμᾶς εἰς πάθη (ἦν γὰρ ἀνιδρωτὶ σωθῆναι), καὶ ὃ θέλομεν τοῦτο οὐ γίγνεται, ἀλλ' ὃ οὐ θέλομεν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς δοκιμάζεσθαι, ὡς ἔφην. Μὴ ἐνδιδῶμεν οὖν, ὦ ψυχή, μὴ ἐνδιδῶμεν τῷ πονηρῷ, ἀλλὰ ἀναλαβόντες τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ ὑπερασπίζουσαν καὶ προαγωνιζομένην ἡμῶν ἐνδυσώμεθα τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδυσώμεθα τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἐν πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως,
pag. 587. ἐν ᾧ δυνησόμεθα πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου [1] δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι στῆναι πρὸς τὴν μεθοδείαν τοῦ διαβόλου, λογισμούς τε καθαιρεῖν καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, ὅτι μὴ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Τούτου δὲ ἕνεκα ταῦτα λέγω, ὅτι οὗτος ὁ τρόπος τοῦ ἀποστόλου τῶν συνταγμάτων. Πολλὰ μὲν γάρ ἐστι καὶ περὶ ἑκάστου τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ εἰρημένων ἀποδεῖξαι, ὡς ὀρθοδόξως καὶ μεμελημένως ἔχει, ἀλλὰ μακρὸν ἂν εἴη ἕκαστον αὐτῶν οὕτως διελθεῖν. Τὸ γὰρ τύπον αὐτοῦ δεῖξαι μόνον καὶ τὴν βούλησιν προῄρημαι νῦν. Οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. Σύμφημι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ ὅτι καλός· νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία· οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, τὸ ἀγαθόν. Ὀρθῶς λέγων. Μέμνησθε γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὡς [2] ὁριζόμεθα. Εἰ καὶ σπεύδων ἐγὼ ταχὺ πάντα διεξελθεῖν μᾶλλον βραδύνω, μακροτέρας μου τῶν λόγων τῆς περιόδου ἧς προσεδόκησα γεγενημένης· ἣν προθυμητέον δὴ διανύσαι. Ἄλλως γὰρ τοῦ προκειμένου οὔποτε ἥξομεν ἐπὶ τέλος.

Κεφ. ξ'. Οὐκοῦν ἐλέγομεν ἀφ' οὗ τὸν ἄνθρωπον, [1] εἰ μνημονεύετε, πλανηθέντα τὴν ἐντολὴν ἀθετῆσαι συνέβη, ἐντεῦθεν ἐκ τῆς παρακοῆς τὴν ἁμαρτίαν λαβοῦσαν γένεσιν εἰς αὐτὸν εἰσῳκηκέναι. Οὕτως γὰρ πρῶτον στάσις ἐνέπεσε, [2] σφαδαϊσμῶν τε καὶ λογισμῶν ἀνοικείων ἐπληρώθημεν, κενωθέντες μὲν τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ θεοῦ, πληρωθέντες δὲ ἐπιθυμίας ὑλικῆς, ἣν ὁ [3] πολύπλοκος ἐνέπνευσεν εἰς ἡμᾶς ὄφις, βραχυπορησάντων ἡμῶν τῆς παραγγελίας τοῦ θεοῦ τὸν κύκλον. Διὸ καὶ τὸν θάνατον ὁ θεὸς πρὸς ἀναίρεσιν τῆς ἁμαρτίας ὑπὲρ ἡμῶν [4] εὕρατο, ἵνα μὴ ἐν ἀθανάτοις ἡμῖν ἀνατείλασα, ὡς ἔφην, ἀθάνατος ᾖ. Ὅθεν ὁ ἀπόστολος, Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, τὸ ἀγαθὸν, λέγων τὴν ἀπὸ τῆς παραβάσεως διὰ τῆς ἐπιθυμίας εἰσοικισθεῖσαν εἰς ἡμᾶς ἁμαρτίαν βούλεται μηνύειν ἤδη, ἧς δὴ καθά-

Cap. LIX. — 1. *Vulgo* δέξασθαι. 2. διωριζόμεθα *Photius.*

Cap. LX. — 1. εἰ μνημονεύετε *emendarunt Cornarius et Petavius. Vulgo* ἐμνημονεύετε. 2. σφαδασμῶν *Photius.*

nullum qui nos ad animi perturbationes attrahat (nam hoc modo citra sudorem ac laborem salutem obtinere potuimus), sed quod volumus id minime fit, imo id potius quod nolumus. Probari enim nos, uti diximus, oportet. Cum haec igitur ita sint, nequaquam, o anima, improbissimo cedamus hosti, sed *dei armaturam* Eph. 6, 11.
*sumentes*, quae nos tuetur ac protegit, *iustitiae loricam induamus, et calceemus pedes in praeparatione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possimus omnia iacula nequissimi hostis ignita restringere: et galeam salutis accipite, et gladium spiritus, quod est verbum dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli*, ac cogitationes *destruere et omnem altitudinem*, *quae extollitur adversus* 2. Cor. 10, 5.
*scientiam dei. Quoniam non est nobis colluctatio adversus sanguinem* Eph. 6, 12.
*et carnem.* Haec autem ideo dico quod ea sit omnium apostoli scriptorum ratio. Multa quippe sunt, quae de uno quoque eorum quae in illa epistola pronuntiantur demonstrari possunt, ut ad rectam fidem apposite accurateque dicta videantur. Sed longum est hunc in modum singula percensere. Formam enim duntaxat illius ac sententiam in praesentia declarare statui. *Non enim quod volo hoc facio,* Rom. 7, 15.
*sed quod odi hoc facio:* divinae quidem legi assentior, ac bonam esse fateor. Iam vero non illud ipsum ego committo, *sed quod habitat in me peccatum: scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.* Praeclare istud quidem. Meminisse vos enim arbitror quid a nobis supra constitutum fuerit. Tametsi dum omnia persequi studeo, paulo sim longior, maioremque mihi quam sperabam in ambitum circumducta sit oratio, quem nos percurrere ac conficere conabimur. Alioqui nullum in proposito argumento finem expediemus.

Ita igitur, si recordamini, disputabamus. Ex quo primus homo Cap. LX.
circumventus mandatum dei violavit, inde peccatum ex ea contumacia propagatum in eo sedem constituisse. Sic enim primum exorta seditio est, ac nos turbulentis agitationibus ac peregrinis cogitationibus implicari coepimus. Nam divino illo afflatu destitutos, ac penitus exhaustos lutulentae illae cupiditates oppleverunt, quas callidus in nos serpens ac veterator immisit, cum divini alioqui praecepti velut orbem brevi temporis spatio peragrassemus. Propterea mortem deus ad extinguendum peccatum nostra caussa reperit, ne ex immortalibus nobis, uti dictum est, efflorescens immortale permaneret. Hinc nimirum apostolus, *Scio*, inquit, *quoniam non habitat* Rom. 7, 18.
*in me, hoc est in carne mea, bonum.* Quibus verbis peccatum modo significat, quod ex illa divini mandati violatione per cupiditatem in

3. πολύτροπος *Photius*. 4. ἀνεύρατο *Photius*.

περ βλαστήματα νέα καὶ κλῶνες οἱ φιλήδονοι περὶ ἡμᾶς ἀεὶ λογισμοὶ pag. 588. συνίστανται. Δισσὰ γὰρ ἐν ἡμῖν λογισμῶν γένη· [5] ὁ μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας τῆς [6] ἐνθωπευούσης ἐν τῷ σώματι συνιστάμενος, ἥτις ἐξ [7] ἐπινοίας, ὡς ἔφην, ἐγενήθη τοῦ ὑλικοῦ πνεύματος, ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ κατὰ τὴν ἐντολὴν, ὃν ἔμφυτον ἐλάβομεν ἔχειν καὶ φυσικὸν νόμον, πρὸς τὸ καλὸν ἡμῶν ἐξεγείροντα καὶ ἐπανορθούμενον τὸν λογισμόν. Ὅθεν τῇ νομοθεσίᾳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν νοῦν συνηδόμεθα, τοῦτο γὰρ ὁ ἔσω ἄνθρωπος· τῇ δὲ νομοθεσίᾳ τοῦ διαβόλου κατὰ τὴν ἐνοικοῦσαν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. Ὁ γὰρ νόμος ἀντιστρατευόμενος καὶ ἀντιπράσσων τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, ὁ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ [8] τοῦ νοὸς, οὗτός ἐστιν ὁ τοὺς ἐμπαθεῖς ἀναφύων ἀεὶ καὶ ὑλικοὺς πρὸς ἀνομίαν περισπασμοὺς, παντάπασι πρὸς ἡδονὰς ὢν ἑλκτικός.

Κεφ. ξα'. Τρεῖς γὰρ νόμους ὑποτιθέμενος ἀναφανδὸν ὁ Παῦλος ἐνταῦθά μοι καταφαίνεται· ἕνα μὲν τὸν κατὰ τὸ ἔμφυτον ἐν ἡμῖν ἀγαθὸν, ὃ καὶ νόμον σαφῶς νοὸς ἐκάλεσεν, ἕνα δὲ τὸν ἐκ προσβολῆς ἐνιστάμενον τοῦ πονηροῦ, καὶ εἰς τὰς ἐμπαθεῖς ἐξέλκοντα πολλάκις φαντασίας τὴν ψυχὴν, ὃν ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἔφη, καὶ ἕτερον τὸν κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας [1] ἐνσκιρώσαντα ἐν τῇ σαρκὶ, ὃν ἁμαρτίας νόμον οἰκοῦντα ἐν τοῖς μέλεσιν ἐκάλεσεν· ᾧ ἐπιβαίνων ὁ πονηρὸς καὶ ἐποχούμενος πολλάκις καθ' ἡμῶν ἐγκελεύεται, πρὸς ἀδικίαν ἡμᾶς καὶ πράξεις συνελαύνων κακάς. Ὁ γὰρ ἔξωθεν εἰσπνεόμενος ἀπὸ τοῦ πονηροῦ νόμος, καὶ διὰ τῶν αἰσθήσεων, καθάπερ ἀσφαλτῶδες ῥεῦμα, ἐνδὸν εἰς αὐτὴν ἐκχεόμενος τὴν ψυχὴν, ὑπὸ τοῦ ἐν σαρκὶ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπιτυγχάνοντος κραταιοῦται νόμου. Φαίνεται γὰρ ὡς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς τὸ μὲν βέλτιον, τὸ δὲ χεῖρον ὄν. Καὶ ὅταν μὲν τὸ βέλτιον φύσει τοῦ χείρονος ἐγκρατέστερον γενηθῇ, φέρεται ὅλος πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁ νοῦς· ὅταν δὲ τὸ χεῖρον ἐπιβρίσῃ πλεονάσαν, [2] ὃ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ ἐν ἡμῖν λέγεται ἀγαθῷ, πάλιν ἄγεται ἀντιστρόφως πρὸς φαντασίας παντοδαπὰς ὁ ἄνθρωπος καὶ λογισμοὺς χείρονας.

Κεφ. ξβ'. Οὗ δὴ καὶ χάριν ὁ ἀπόστολος εὔχεται ῥυσθῆναι, θάνατον αὐτὸ καὶ ὄλεθρον εἶναι ἡγούμενος. Ὥςπερ δὴ καὶ ὁ προφήτης, Ἀπὸ τῶν pag. 589. κρυφίων μου, λέγων, καθάρισόν με. Αὐτὰ γὰρ τὰ ῥητὰ τοῦτο παρίστησιν, Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον,

5. τὸ μὲν — τὸ δὲ *Photius.*
6. ἐμφωλευούσης *Photius.*
7. ἐπιπνοίας *Photius.*
8. τοῦ νοὸς αὐτός ἐστιν ὁ τοὺς ἐμπαθεῖς *Photius.*
Cap. LXI. — 1. σκιρώσαντα *Pho-*

nos est invectum, quo ex peccato, tanquam germina quaedam ac surculi, ita voluptariae in nobis cogitationes oriuntur. Est enim duplex in nobis cogitationum genus: aliud quod ex concupiscentia quae in corpore nostro residet excitari solet, quae, ut ante diximus, a concreti cum materia spiritus fraude artificioque proficiscitur: aliud est quod ex mandati lege derivatur, lege inquam illa quam insitam et a natura ingenitam hausimus, quaeque animum nostrum ad honestatem stimulat atque erigit. Ex quo fit ut divina lex, quod ad mentem attinet, voluptatem nobis adferat: hoc enim interior ille homo est: ob illud vero peccatum, quod in carne nostra habitat, diaboli lege delectemur. Etenim lex illa, quae cum divina pugnat eique resistit, in animi nostri cupiditate posita illa ipsa est quae turbulentas et materiae faece implicatas et ad improbitatem dissipatas cogitationes producit, quaeque ingentem omnino ad voluptates habet illecebram.

Siquidem apostolus tria omnino legum genera hoc in loco distinxisse manifeste videtur. Quorum unum est insito nobis bono consentaneum, quam aperte legem mentis appellat. Alterum est quod ex nequissimi impressione conflatum nostram animam in perturbationis plenissimas plerumque cogitationes ac phantasias coniicit, quam eandem legi mentis adversari dixit. Postremum genus est quod per peccatum ex ipsa cupiditate in carne nostra occalluit, quam ille *peccati legem habitantem in membris nostris* nominat. Quam etiam improbus ille hostis invadens eique insidens saepe adversus nos excitat, atque ad iniustitiam ac scelerata facinora compellit. Nam lex illa, quam malignus hostis extrinsecus insinuat, quaeque per sensus velut lentus quidam ac sequax bituminis tractus in animam ipsam intus infunditur, ab alia lege corroboratur, quam in carnem nostram cupiditas ipsa derivat. Nam in nobis inesse videtur aliud quod melius est, aliud quod deterius. Cumque illud deteriore potentius fuerit, tota mens ac bonum velut impetu quodam agitur. Cum autem id quod peius est exuberans pondere suo depresserit, quod innato nobis bono repugnare dicitur, tum demum ex adverso varias ad imaginum species, ac deteriores cogitationes homo traducitur. Cap. LXI.

Atque ea caussa est cur apostolus liberari sese optet, cum mortem illam atque exitium esse iudicarit. Quemadmodum inquit propheta: *Ab occultis meis munda me.* Istud enim verba ipsa prae se ferunt. *Condelector,* inquit, *legi dei secundum interiorem homi-* Cap. LXII. Ps. 18, 13. Rom. 7, 22.

*tius. Cf. de hoc verbo Gatakerus Adverss. Miscell. p.* 807.

2. *Libri vulgo* τὸ *pro* ὃ.

λέγοντος· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου· ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; οὐ τὸ σῶμα θάνατον ἀποφηνάμενος, ἀλλὰ τὸν νόμον τῆς ἁμαρτίας, τὸν ἐν τοῖς μέλεσι διὰ τῆς παραβάσεως ἐν ἡμῖν ἐμφωλεύοντα, καὶ πρὸς θάνατον ἀεὶ τὸν τῆς ἀδικίας τὴν ψυχὴν ἐμφαντάζοντα. Ἐπιφέρει γοῦν εὐθέως, ἀμέλει [1] διαλυόμενος ὁποίου θανάτου ἐγλίχετο ῥυσθῆναι καὶ τίς αὐτὸν ὁ ῥυόμενος ἦν, Χάρις τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Προςεκτέον γὰρ ὅτι εἰ τὸ σῶμα θάνατον τοῦτο, ὦ Ἀγλαοφῶν, ὡς ὑπειλήφατε, ἔλεγεν, οὐκ ἂν τὸν Χριστὸν ὡς ῥυόμενον αὐτὸν ὕστερον ἐκ τοῦ τοιούτου κακοῦ παρελάμβανεν. Ἐπεὶ τί παραδοξότερον ἢ πλέον ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐσχήκαμεν; Τί δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος ὅλως, ὡς διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ [2] δυνάμενος ἐκ τοῦ θανάτου ὑπὸ θεοῦ ἐλευθερωθῆναι, τοῦτο ὑπεφθέγγετο, ὁπότε πᾶσι καὶ πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν εἰς τὸν κόσμον συνέβαινε θνήσκειν; Ἐρρύοντο γὰρ χωριζόμενοι πάντες τῶν σωμάτων κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ βίου ταύτην ἔξοδον· ἀλλὰ καὶ ὡςαύτως δὲ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, καὶ αἱ τῶν ἀπίστων καὶ πιστῶν, καὶ τῶν ἀδίκων καὶ δικαίων, ἐχωρίζοντο τῶν σωμάτων κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς. Τί οὖν ὁ ἀπόστολος πλέον παρὰ τοὺς ἄλλους λαβεῖν τοὺς ἐν ἀπιστίᾳ διατρίψαντας ἐσπούδαζεν; ἢ διὰ τί ῥυσθῆναι ἀπὸ τοῦ σώματος ηὔχετο, ὃ [3] κἂν μὴ ἤθελε, πάντως ἂν συνέβαινεν αὐτῷ, καθάπερ δὴ καὶ πᾶσι κεῖται τὸ τελευτῆσαι καὶ χωρισθῆναι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀπὸ τῶν σωμάτων, εἴγε θάνατον τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ὑπετίθετο; Ὥςτε οὐ τὸ σῶμα τοῦτο, ὦ Ἀγλαοφῶν, θάνατον, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν κατοικήσασαν διὰ τῆς ἐπιθυμίας ἐν τῷ σώματι λέγει, ἧς ὁ θεὸς αὐτὸν διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἐρρύσατο. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, ὅπως ὁ ἐγείρας Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ
pag. 590. πνεῦμα ἐν ἡμῖν ζωοποιήσῃ καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν, τῆς ἁμαρτίας τῆς ἐν τῷ σώματι ἡμῶν κατακριθείσης πρὸς ἀναίρεσιν· ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ κατὰ τὴν ἐντολὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμᾶς [4] ἀφελκομένου φυσικοῦ νόμου φανερωθῇ [5] ἐξαφθὲν, τὸ ἀσθενῆσαν, τῆς σαρκὸς κεκρατημένης τῇ ἁμαρτίᾳ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ταῖς ὑλικαῖς φροντίσιν [6] ἐπιχωννύμενον. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ ἐν ἡμῖν φυσικοῦ ἀγαθοῦ, ἐν ᾧ ἠσθένει, ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἡττώμενον τῆς ἐγκειμένης ἐν τῷ σώ-

Cap. LXII. — 1. διαλυόμενος *reposui ex Photio pro* διαλεγόμενος, *quod obtinuit in libris Epiphanii.*

2. δυναμούμενος *Photius.*

3. κἂν *reposui cum Cornario et Petavio. Libri enim vulgo* καὶ.

4. ἐφελκομένου *Photius.*

5. ἐξαφθὲν *tanquam incommodum sententiae uncinis inclusit Petavius. Quod*

*nem: video autem aliam legem repugnantem legi mentis meae, et captivantem me legi peccati, quae est in membris meis: infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ubi non corpus mortem esse pronuntiat, sed peccati videlicet legem, quae in membris nostris insidet, ac per mandati transgressionem latebras in nobis constituit, ac denique ad iniustitiae necem animam nostram variis imaginibus illudendo pertrahit. Quamobrem subinde in eadem disputatione subiicit cuiusmodi se a morte liberari cuperet, et a quo liberandus esset. *Gratia*, inquit, *deo per Iesum Christum.* Illud enim diligenter attendi cupio. Si corpus istud mortem ut putatis, o Aglaophon, appellasset, nunquam illum Christi, tanquam eius a quo postea tali ex incommodo eripiendus esset, mentionem facturum. Quid enim admirabilius aut amplius ex illo Christi adventu consecuti fuimus? Quid autem apostolus omnino, quasi per Christi praesentiam a morte eripi divino beneficio posset, illa pronuntiabat, cum omnibus, etiam antequam Christus in hunc orbem veniret, mors ipsa contigerit? Nam universi a corporibus separati in vitae huius exitu liberabantur; ac similiter omnes, tam infidelium quam fidelium, tam iniustorum quam iustorum, animae postremo illo obitus die seiunctae a corporibus evolabant. Quidnam igitur apostolus prae ceteris qui infidelitate vitam traduxerant studebat obtinere? Aut cur exsolvi corporis vinculis optabat, quod vel initio necessarium erat aliquando contingere, prout omnibus emori constitutum est, et ipsorum animas a corporum coniunctione divelli, si quidem corpus animae interitum esse vellet? Itaque non corpus hoc, o Aglaophon, mortem appellat, sed peccatum, quod per cupiditatem in corpore residet, a quo quidem corpore deus ipsum adventus Christi beneficio liberum expeditumque reddidit. Etenim lex spiritus vitae in Christo Iesu liberavit nos a lege peccati et mortis, *ut qui excitavit Iesum* Rom. 8, 11.
*a mortuis, propter inhabitantem eius spiritum in nobis vivificet et mortalia corpora nostra cum peccatum, quod inest in corpore nostro, damnatum ad necem fuerit:* quo naturalis legis ac praecepti iustificatio, quae nos ad bonum trahebat, quam imbecillia esset appareret, quae carne ante Christi adventum sub peccati potestatem redacta terrenis curis erat oppressa. Insiti enim a natura boni vim, quod ingenitae corporibus cupiditati succubuerat, confirmavit corroboravit-

*recte vindicavit Gatakerus l. l. p.* 808., *sic vertens:* „Ut ius legis naturalis, quod iuxta praeceptum ad bonum nos attrahit redaccensum, sive resuscitatum, appareat, quod infirmum fuerat, carne a peccato superata, ante Christi adventum, cum curis terrenis immisceretur et cum eis quodammodo coalesceret."

6. *Vulgo* ἐπιχωννυμένον. ἐπιχωννυμένου *coniec. Petavius.*

ματι, ὁ [7] θεὸς ἀνεῤῥώσατο πέμψας τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ, τὴν ὁμοίαν τῇ σαρκὶ σάρκα ἀνειληφότα (ἀλήθεια γὰρ, καὶ οὐ δόκησις ἦν ὃ ἐφάνη), ἵνα τῆς ἁμαρτίας κατακεκριμένης πρὸς ἀναίρεσιν, εἰς τὸ μηκέτι καρποφορῆσαι ἐν τῇ σαρκὶ, τὸ δικαίωμα τοῦ φυσικοῦ νόμου πληρωθῇ, πλεονάσαν τῇ ὑπακοῇ τοῖς μὴ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς σαρκὸς περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πνεύματος καὶ τὴν ὑφήγησιν. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, ὃ δή ἐστι τὸ εὐαγγέλιον, ἕτερος ὢν τῶν προειρημένων νόμων, διὰ τοῦ κηρύγματος πρὸς ὑπακοὴν τεθεὶς καὶ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, νικήσας ἐκ παντὸς τὴν ἁμαρτίαν βασιλεύουσαν τῆς σαρκός.

Ἃ μὲν οὖν δὴ προβάλλονται, καὶ ἐκ τῶν τοῦ ἀποστόλου ῥητῶν οὐκ ὀρθῶς αὐτὰ ἐξηγούμενοι, σαφηνίσας ἔφην, ὦ Θεόφιλε. Τρέψομαι δὲ καὶ πρὸς τὰ ἕτερα, ἐάνπερ τὸν βοηθήσοντα ἡμῖν πρὸς τὴν διέξοδον εὕρωμεν τοῦ λόγου. Ἄπορα γὰρ καὶ οὐ πάνυ ῥᾴδια πρὸς καθαίρεσιν τὰ ἑξῆς. Διὸ καὶ ὀκνηρότερον αὐτῶν ἅπτομαι, μακρὰν καὶ χαλεπὴν αὐτῶν ὁρῶν τὴν ἀπόδειξιν ἐσομένην, ἐὰν μή τις ἡμᾶς αὖρα συνέσεως ἄφνω ἐξ οὐρανοῦ καταπνεύσασα καθάπερ ἐν μέσῳ νηχομένους πελάγει εἰς ὅρμον ἀκύμονα καὶ ἀπόδειξιν ἀποκαταστήσῃ ἀσφαλεστέραν.

ΕΩΣ ΩΔΕ ΤΟ ΜΕΡΟΣ ΤΩΝ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

Κεφ. ξγ΄. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν ἀπὸ μέρους καθ' εἱρμὸν τῶν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου, [1] τοῦ καὶ Εὐβουλίου, περὶ τοῦ προειρημένου Ὠριγένους καὶ τῆς αὐτοῦ διὰ σοφιστικῆς πλάνης κακοπιστίας ἐν τῷ αὐτῷ
pag. 591. περὶ Ἀναστάσεως λόγῳ. Ἃ ἐνταῦθα παραθέμενοι ἱκανῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν πρὸς τὰς ἐκείνου φλυαρίας, [2] καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνατροπὴν τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς δι' ἐπιπλάστου [3] ἐξ Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας [4] κακοηθείας. Πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα ἐν τῇ περὶ τῆς ὑποθέσεως ἀκολουθίᾳ τῷ προειρημένῳ Μεθοδίῳ, ἀνδρὶ λογίῳ ὄντι καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένῳ, εἰρημένα εἴρηται, πάντως που καὶ ἔπη [5] τοσαῦτα ἕτερα. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπηγγειλάμεθα καθ' ἑκάστην αἵρεσιν ὀλίγα πρὸς τὴν αὐτῆς ἀνατροπὴν λέγειν (οὐ γάρ εἰσιν ὀλίγαι), ἕως ὧδε ἐκ τῆς αὐτοῦ πραγματείας παραθέμενοι ἠρκέσθημεν. Ὀλίγα δὲ καὶ αὐτοὶ τῆς ἡμῶν πτωχείας εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ ἀνδρὸς φλυαρίαν ἔτι προσθέμενοι καταπαύσομεν τὸν κατ' αὐτοῦ ἀγῶνα, τῷ θεῷ ἀποδεδωκότες τὸ βραβεῖον τῷ νικοποιῷ, καὶ τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ φιλανθρω-

7. ὁ θεὸς *Photius. Epiphanii libri vulgo* ὃ ὁ θεὸς.

Cap. LXIII. — 1. τοῦ καὶ Εὐβουλίου. *Sub hoc enim nomine in dialogo eo quem modo excerpsit Epiphanius latet Methodius. Cf. supra cap. 22. fin.*

2. καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνατροπὴν *rescripsi Petavium secutus. Vulgo* καὶ τῆς αὐτοῦ ἀνατροπῆς.

3. ἐξ *uncinis notavit Petavius.*

4. *Delevi* καὶ *particulam, quae ante* κακοηθείας *accrevit et vulgo in libris*

que deus, misso de coelo filio, qui similem nostrae carnem induerat. Vere enim, non specie tenus, erat id quod esse videbatur. Ut nimirum adiudicato neci peccato, ne ullos iterum in carne fructus ederet, naturalis iustificatio legis impleretur, quae in his obedientiae beneficio redundaret qui non ex carnis concupiscentia progrediuntur, sed ad spiritus desiderium se ac praescriptum accommodant. Lex enim spiritus vitae, hoc est evangelium, ab superioribus legibus discrepans, ad obedientiam peccatorumque relaxationem evangelii praeconio constituta, ab lege nos peccati ac mortis eripuit, ac peccatum ipsum, quod in carne regnabat, funditus debellavit.

Igitur quaecumque ex apostoli verbis proponi ab illis solent, sed intellecta perperam, tibi, o Theophile, hactenus exposui. Nunc ad alia me convertam, postquam huius explicandi sermonis adiutorem nactus fuero. Difficilia quippe sunt, neque ad refellendum expedita, quae sequuntur. Quo spissius ac timidius haec aggredior, quorum longam ac difficilem fore probationem video, nisi sapientiae quaedam aura repente coelitus adspirans, sic, tanquam in alto navigantes, tranquillum ad portum ac firmiorem demonstrationem appellat.

HACTENUS EX METHODIO.

Atque haec sunt e beati Methodii, qui et Eubulius dictus est, scriptis ordine decerpta, quae de Origene depravataque Origenis fide sophisticis cavillationibus implicata in eodem de resurrectione libro disseruit. Quae hoc loco proposita sufficere contra illius nugas putavimus, impiamque doctrinam, qua humani generis vitam adscititia illa gentilium superstitione atque improbitate corrupit. Et quamquam alia pleraque idem argumentum Methodius ille vir apprime doctus acerrimusque veritatis patronus in eodem libro disputarit, totidem fere, quot a nobis excerpti sunt, versibus, nihilominus cum id initio receperimus, in unaquaque tractanda haeresi pauca nos ad eius confutationem esse dicturos (sunt enim numero complures) satis esse duximus huc usque ex illius opere transtulisse. Quare ubi adversus hominis inconditam loquacitatem nonnulla adhuc ex inopia nostra deprompserimus, pugnandi adversus illum modum faciemus, postquam auctori victoriae deo victoriae praemium ac decus obtulerimus, Cap. LXIII.

*hodie deprehenditur; ἐπιπλάστου enim pertinet ad κακοηθείας. Cornarius vertit hanc sententiam ita:* ,,— — ad illius nugas, et ad ipsum destruendum, qui humanam vitam per confictam ex Graeca doctrina superstitionem ac malignitatem subvertit.“

5. τοσαῦτα ἕτερα. *Ex reliqua operis Methodii parte excerpta sat ampla habes apud Photium, inde a pag.* 918. *fin.* (*edit. Rothomag.*)

πίᾳ πάντοτε στέμμασιν ἀμαραντίνοις κατακοσμοῦντι, τοῖς τῆς ἀληθείας κηρύγμασιν. Λέξωμεν τοίνυν καὶ αὐτοὶ πρὸς αὐτὸν κατὰ δύναμιν.

Φάσκεις, ὦ οὗτος, ὡς καὶ ἄνω μοι προδεδήλωται, ἐπισκωμματίζων ὅτι, Μὴ ἄρα βυρσοδέψης ἦν ὁ θεὸς, ἵνα χιτῶνας δερματίνους τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ ποιήσῃ, μηδέπω ζώων τεθυμένων; Εἰ δὲ καὶ ἐτύθη ζῶα, οὐκ ἦσαν, φησὶ, χιτῶνες δερμάτινοι, ἀλλὰ τὸ γήϊνον ὃ περικείμεθα σῶμα. Καὶ πανταχόθεν ἐλέγχεται τῇ τοῦ διαβόλου ἐπινοίᾳ καὶ τῇ τοῦ ὄφεως δολιότητι παρακολουθῶν φθορὰν ἀπιστίας τῇ ἀνθρωπότητι ἐργαζόμενος, καὶ τὴν Εὔαν ἐξαπατήσαντος, καὶ ἀεὶ τὰς διανοίας τῶν ἀκεραίων ψυχῶν τῇ πανουργίᾳ ἐν ταῖς αὐτῶν διανοίαις παραφθείραντος. Ἴδωμεν τοίνυν εἰ δύναται τὰ ὑπὸ σοῦ εἰρημένα ἔχειν στάσιν, [6] ὡς τοσαῦτα μοχθήσας καὶ εἰς μάτην ἐλάσας [7] τὸν περὶ τοσούτων βίβλων συγγραφῆς ἀγῶνα. Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὲς ὃ περὶ σοῦ ᾄδεται, ὅτι ἑξακισχιλίους βίβλους συνεγράψω, ὦ ματαιοπόνε, καὶ τὸν πάντα κάματον εἰς ψόγους καὶ δόλους ματαιότητος ἀναλώσας σφοδρῶς, καὶ κενῶς τὴν σὴν ἐργασίαν καταστήσας, διὰ τῶν ἀναγκαίων ὧν παρεχάραξας ἀνέλπιστον τῆς ἐμπορίας σου τὸν κάματον περιεποιήσω. Εἰ
pag. 592. γὰρ οὐκ ἀνίσταται τὸ σῶμα, οὐδὲ ἡ ψυχή τι κληρονομήσει. Μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ κοινωνία τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ μία ἐργασία. Ἀνάστασιν δὲ παλιμβόλως καὶ αὐτὸς ὁμολογῶν πεφαντασιασμένην δόκησιν, καὶ οὐκ ἀληθινῶς ἔχον, ἀναγκάζῃ μόνον τὸ ὄνομα λέγειν. Ἀνάστασις οὖν ποία ψυχῆς δύναται λέγεσθαι, τῆς μὴ πιπτούσης, μηδὲ θαπτομένης; Ἀλλὰ δήλη ἐστὶν ἐκ τοῦ ὀνόματος ὅτι τοῦ πεσόντος σώματος καὶ ταφέντος ἡ ἀνάστασις, πάντῃ τε καὶ ἐν πάσῃ γραφῇ ἐστιν κηρυττομένη ὑπὸ τῶν υἱῶν τῆς ἀληθείας. Εἰ δὲ οὐκ ἀνίσταται, οὐκ ἔνι ἡ διὰ πασῶν γραφῶν κηρυττομένη ἀνάστασις. Εἰ δὲ ἀνάστασις οὐχ ὑπάρχει, ματαία ἡ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως προσδοκία. Οὐ γὰρ ψυχῶν ἀνάστασίς ἐστι τῶν μὴ πεσουσῶν, ἀλλὰ σωμάτων τῶν τεθαμμένων. Εἰ δὲ καὶ μέρος τῆς ἀναστάσεως ἐγείρεται, μέρος δὲ [8] ἀποτίθεται ἄρα, τοῦτο τὸ μέρος πῶς ἔσται; Οὐ γὰρ δύναται ἐν σώματι εἶναι μέρη ἐγειρόμενα, καὶ μέρη ἀποτιθέμενα καὶ καταλιμπανόμενα. Ὅτι δὲ ἔστι σῶμα ψυχικὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικὸν, οὐκ ἄλλο σῶμα πνευματικὸν, καὶ ἄλλο ψυχικὸν, ἀλλ' αὐτὸ ψυχικὸν, αὐτὸ πνευματικόν. Ὅτε γὰρ ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τὰ σαρκὸς πράττομεν

6. ὦ τοσαῦτα *volebat Petavius.*
7. *Vulgo* τῶν.
8. *Vulgo distinctum est* ἀποτίθεται, ἄρα τοῦτο τὸ μέρος πῶς ἔσται.

qui pro singulari humanitate sua amarantinis perpetuo coronis, hoc est veritatis dogmatibus, ecclesiam exornat. Nunc ergo adversus eundem pro viribus disputemus.

Tu igitur, mi homo, per iocum haec nobis obiicis, ut initio meminimus, utrumnam pellio quidam deus esset, ut scorteas tunicas Adamo eiusque coniugi faceret, cum nullum adhuc iugulatum esset animal? Ac tametsi mactata esse demus aliqua, non tamen, inquit, de pelliceis tunicis, sed de terreno, quod nos ambit, corpore accipienda haec videntur. In quo omni ex parte diaboli fraudem ac serpentis calliditatem imitari convincitur, atque ita humano generi infidelitatis corruptelam consciscere. Quemadmodum et Evam antea serpens ille decepit, ac simpliciorum hominum animos versutia sua ac calliditate pervertit. Videamus igitur utrum stare quae sunt a te dicta possint, cum tantopere laboraris ac frustra tam infinitis voluminibus conscribendis quoddam tibi certamen indixeris. Si enim verum est quod de te percrebuit, sex librorum millia a te esse conscripta, o infelix, qui inanissime desudaris, ac conatus tuos omnes tanta animi contentione in vituperationes ac vanissimas fraudes insumpseris, operam denique tuam frustra posueris, nimirum praecipuis illis ac necessariis fidei capitibus depravandis, desperatum ac fructu carentem omni negotiationis tuae laborem reddidisti. Nam si corpus non resurgit, nulla iam animae spes hereditatis relinquitur. Unica enim est eademque corporis animaeque communio, par atque idem opus. Tu vero resurrectionem etiam subdole callideque confitens, non rei veritatem, sed falsa specie adumbratam imaginem retinens, solum nomen usurpare cogeris. Quae enim animae dici resurrectio potest, quae neque cadit unquam, nec sepulturae mandatur, sed vel appellatione ipsa declarat, corporis, quod ceciderit sepultumque fuerit, resurrectionem esse propriam; quam ubique, atque in omni scriptura veritatis filii praedicant. Si igitur minime resurgit, nusquam illa est scripturarum omnium monumentis celebrata resurrectio. Sublata porro resurrectione vana est mortuorum resurrectionis expectatio. Non enim ad animas illa transferri potest, quae nequaquam ceciderint, sed consepultis est tribuenda corporibus. Quod si pars aliqua resurrectione suscitatur, alia pars deponitur, quis erit tandem partis illius status? Non enim possunt aliae in corpore excitari partes, depositis aliis ac relictis. Quod autem et animale corpus et spiritale dicitur, non sic accipiendum est, ut aliud spiritale, aliud animale sit, sed ut idem atque unum ambo illa censeantur. Etenim quamdiu in hoc mundo versamur, ac corruptibiles carnis functiones exercemus, animalia corpora sunt. Tum enim

φθαρτὰ ἔργα, σώματά ἐστι ψυχικά· δουλεύομεν γὰρ τῇ ψυχῇ ἐν τῷ κόσμῳ ἐν ἀτοπίαις, ὡς καὶ σὺ ἔφης ἀπὸ μέρους. Ὅτε δὲ ἐγειρόμεθα, οὐκέτι τῆς ψυχῆς ἡ δουλεία, ἀλλὰ πνεύματος ἡ ἀκολουθία, ἀπεντεῦθεν ἤδη ἔχουσα τὸν ἀρραβῶνα διὰ τοῦ εἰρημένου, Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν, εἰ δὲ καὶ πνεύματι στοιχῶμεν, τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦντες ζήσωμεν. Οὐκέτι γὰρ γάμοι, οὐκέτι ἐπιθυμίαι, οὐκέτι ἀγῶνες τοῖς ἐγκράτειαν ἐπαγγελλομένοις, οὐκέτι παραπτώματα ἁγνείας ἀντίπαλα, οὐκέτι ἐνέργειαι αἱ ἐνταῦθα πραττόμεναι, ἀλλά, ὥς φησιν ὁ κύριος, οἱ καταξιωθέντες ἐκείνης τῆς ἀναστάσεως οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι.

Κεφ. ξδ΄. Ὡς καὶ μετετέθη Ἐνὼχ τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο. Οὐ μετετέθη δὲ καὶ κατέλιπε τὸ σῶμα, ἢ μέρος τοῦ σώματος. Εἰ γὰρ κατέλιπε τὸ σῶμα, εἶδεν ἄρα θάνατον· ὁ δὲ σὺν σώματι μετατεθεὶς, οὐκ εἶδε θάνατον. Ἐν σώματι γὰρ ζῶντι ὑπάρχει πνευματι-
pag. 593. κῶς φερόμενος, καὶ οὐχὶ ψυχικῶς, διὰ τὴν μετάθεσιν, καί τοί γε ἐν σώματι ὢν πνευματικῶς. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ Ἠλία ὡσαύτως, ὅτι ἀνελήφθη ἐν ἅρματι πυρίνῳ. Καὶ ἔστιν ἔτι ἐν σαρκὶ, σαρκὶ δὲ πνευματικῇ, καὶ οὐκ ἐπιδεομένη [1] ὢν ἀεὶ, ὅτε ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ὑπῆρχε, διὰ κοράκων τρέφεσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ Χορὰτ χειμάρρου πίνειν, μηλωτὴν δὲ ἐνδύεσθαι, ἀλλὰ τρέφεσθαι ἑτέρᾳ τινὶ τροφῇ πνευματικῇ, ἧς ἐστι χορηγὸς ὁ τὰ κρύφια γινώσκων καὶ ἀόρατα κτίσας θεὸς, ἀμβροσίαν τινὰ καὶ ἀκήρατον ἔχων τὴν ἐδωδήν. Καὶ ὁρᾷς ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ ψυχικὸν, αὐτὸ πνευματικὸν, ὡς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν οὐκ ἄλλο σῶμα ἐγείρας, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ὂν, καὶ οὐχ ἕτερον παρὰ τὸ ὂν, αὐτὸ δὲ τὸ ὂν εἰς λεπτότητα μεταβαλὼν πνευματικὴν, καὶ πνευματικὸν ὅλον συνενώσας, εἰςερχόμενος θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται κατὰ τὰ ἡμέτερα σώματα ἐνταῦθα ὑπάρχειν, τοῦτο διὰ τὸ παχυμερὲς καὶ οὔπω εἰς λεπτότητα συνενωθὲν πνευματικήν. Τί οὖν ἦν τὸ εἰςελθὸν θυρῶν κεκλεισμένων; ἄλλο παρὰ τὸ ἐσταυρωμένον, ἢ αὐτὸ τὸ ἐσταυρωμένον; Πάντως που οὐ δυνήσῃ, Ὠρίγενες, μὴ ὁμολογῆσαι αὐτὸ τὸ ἐσταυρωμένον. Ἐλέγχει σε γὰρ διὰ τῆς τοῦ Θωμᾶ ἀκριβολογίας, ἐπειπὼν αὐτῷ, Μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Ἔδειξε γὰρ τύπον ἥλων, καὶ [2] τόπον λόγχης, καὶ αὐτὰς τὰς οὐλὰς ἀφῆκεν ἐπὶ τοῦ σώματος, καίπερ συνενώσας τὸ σῶμα εἰς μίαν ἑνότητα πνευματι-

Cap. LXIV. — 1. ὢν *rescripsi cum Petavio pro* τῶν, *quod libri tenent.* 2. τύπον *edit. Petav.*

anima absurdis atque abhorrentibus in rebus servitutem patimur, id quod et tu aliqua ex parte dixisti. Cum autem ad vitam excitamur, anima servitute illa liberatur, ac spiritus continua deinceps administratio succedit, quae hinc velut arrham ac pignus obtinet, perinde ac scriptum est: *Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus; si autem* Gal. 5, 25. *spiritu ambulemus, actiones corporis velut enecantes vivamus.* Nullae itaque amplius nuptiae, cupiditates nullae, nulla continentiam professis certamina, nulli castitati lapsus contrarii, nullae denique actiones eiusmodi supersunt, quae in hac vita geruntur. Sed, quod sal- Marc.12,25. vator asserit, qui resurrectione illa dignati fuerint, neque ducunt uxores, neque nubunt, sed sunt sicut angeli.

Cap. LXIV.

Quemadmodum translatus est Enoch, ut non videret mortem, et non inventus est. Neque vero ita translatus est ut corpus cor- Gen. 5, 24. porisve partem relinqueret. Nam si corpus relinqueret, mortem utique videret. Quare una cum corpore translatus mortem omnino non vidit. Siquidem vivo adhuc ac spirante corpore praeditus spiritali more, non animali, propter translationem illam degit, cum in corpore peraeque spiritali modo versetur. Idem vero et de Elia fa- 4.Reg.2,11. teri necesse est, qui igneo curru in sublime est evectus, esse adhuc in carne nimirum, sed spiritali carne, quae non his rebus amplius opus habeat, quibus, cum in mundo adhuc esset, indigebat. Cuiusmodi est, ali corvorum ministerio, ex Chorati torrente bibere, atque ovilla pelle contegi. Sed alio quodam spiritalis cibi genere nutriri, quem ei occultorum cognitor eorumque quae videri nequeunt conditor deus suppeditat, penes quem ambrosiae et incorrupti cuiusdam pabuli copia est. Animadvertis itaque idem esse animale ac spiritale corpus; quemadmodum et dominus noster a morte surrexit, non ut aliud revocaret ad vitam corpus, sed illud ipsum, quod ei fuerat, neque praeter ipsum aliud, sed ita tamen ut illud ipsum spiritus in propriam tenuitatem ac subtilitatem converteret, ac spiritale omnino conflaret. Quare et *occlusis ianuis ingressus est,* quod in Ioann.20,26. hac quidem vita corporibus nostris contingere non potest, eo quod concreta sunt ac crassa, nec dum in spiritalem illam tenuitatem coaluerint. Quodnam igitur corpus est quod clausis ianuis est ingressum? Aliudne quam quod in cruce suffixum est, an illud ipsum in crucem sublatum? Quocumque te vertas, Origenes, non potes non illud ipsum esse confiteri quod cruci est affixum. Nam ipse te per accuratam Thomae inquisitionem redarguit, cum ei dixit, *Noli esse* Ioann.20,27. *incredulus, sed fidelis.* Tum enim clavorum vestigia monstravit ac lanceae, adeoque cicatrices ipsas reliquit in corpore, quamvis illud spiritalem in unitatem conflasset. Poterat quidem cicatrices ipsas

κήν. Ἠδύνατο οὖν καὶ τὰς οὐλὰς ἀπαλεῖψαι, ἀλλ' οὐκ ἀπαλείφει, ἵνα ἐλέγξῃ σὲ, ὦ θεήλατε. Ἄρα οὖν ἦν τὸ σῶμα τὸ ἐν τῷ μνημείῳ ταφὲν τὸ τριήμερον, καὶ σὺν αὐτῷ ἀναστὰν ἐν τῇ ἀναστάσει. Ἔδειξε γὰρ καὶ ὀστᾶ καὶ δέρμα καὶ σάρκας, ὥς εἴρηκεν ὅτι, Εἴδετε ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστᾶ οὐκ ἔχει, ὡς ὁρᾶτέ με ἔχοντα. Πῶς οὖν εἰςῆλθε θυρῶν κεκλεισμένων; ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι σῶμα μέν ἐστι, καὶ οὐ πνεῦμα τὸ ὁρώμενον, ἀλλὰ σῶμα πνευματικὸν, καί τοί γε σὺν ψυχῇ καὶ θεότητι καὶ ὅλῃ τῇ ἐνανθρωπήσει αὐτὸ ὂν, ἀλλὰ πνευματικὸν, αὐτὸ τό ποτε παχυμερὲς λεπτομερὲς, αὐτὸ τὸ ἐσταυρωμένον, καὶ αὐτὸ τὸ κεκρατημένον
pag. 591. ἀκράτητον, συνενωθὲν καὶ συγκραθὲν τῇ θεότητι, καὶ οὐκέτι λυόμενον, ἀλλ' εἰς ἀεὶ διαμένον μηκέτι ἀποθνήσκον. Ἀνέστη γὰρ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων· οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει.

Κεφ. ξε'. Ἵνα δὲ γνῷς καὶ τοῦτο, δι' ἣν αἰτίαν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων λέγεται ὁ Χριστὸς, καί τοί γε οὐκ αὐτοῦ ἀρξαμένου ἀνίστασθαι, — πρὸ αὐτοῦ γὰρ ἀνέστησαν δι' αὐτοῦ Λάζαρος καὶ ὁ υἱὸς τῆς χήρας καὶ ἄλλοι, καὶ διὰ Ἠλία, καὶ διὰ Ἐλισσαίου· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοι πάντες ἀναστάντες πάλιν τεθνήκασιν, οὕτω Χριστὸς ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. Ἀναστὰς γὰρ οὐκέτι ἀποθνήσκει, ὥς ἡ μέλλουσα ἀνάστασις εἶναι διὰ τῆς αὐτοῦ ζωῆς καὶ φιλανθρωπίας. Εἰ δέ ἐστιν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, καὶ ἀνέστη ὅλον τὸ αὐτοῦ σῶμα σὺν τῇ θεότητι, ἡ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις ἀναστᾶσα, καὶ μηδενὸς ἐξ αὐτῆς καταλειφθέντος, οὔτε σῶμα, οὔτε ἕτερόν τι. Οὐ γὰρ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς Ἅιδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Καὶ τὸ μὲν περὶ ψυχῆς ἐν τῷ Ἅιδῃ σημαίνει τὸ μὴ καταλελεῖφθαι, τὸν δὲ ὅσιον, ἵνα δείξῃ τὸ ὅσιον σῶμα, τὸ μὴ ἑωρακὸς διαφθορὰν, ἀλλὰ ἀναστὰν ἀδιάφθορον τὸ τριήμερον, καὶ τῇ ἀφθαρσίᾳ συνηνωμένον εἰς τὸν αἰῶνα.

Σὺ δὲ φάσκεις, ὦ οὗτος, ταῦτα τὰ σώματα εἶναι τοὺς δερματίνους χιτῶνας, οὐδαμοῦ τῆς ἀκολουθίας τοῦτο ἐχούσης, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐν σοὶ ἀπ' ἀρχῆς σπέρματα καταβληθέντα τῆς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐθνομύθου διδασκαλίας, καὶ διὰ τὸν ἐκεῖ παροξυνθέντα σοι κακότροπον λογισμὸν τῆς περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστίας, φημὶ δὲ Ἑλλήνων τῶν σε εἰς τοῦτο ἀγαγόντων. Ὁ γὰρ ψυχικὸς ἄνθρωπος, φησὶν, οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. Εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς παρακοῆς οἱ χιτῶνες τοῖς περὶ τὸν

abolere, sed id tamen noluit, quo te, furiose, convinceret. Quocirca idem tum corpus ostensum est, quod in tumulo triduo consepultum fuerat, ac cum ipso in resurrectione suscitatum. Quippe ossa, pellem carnesque demonstravit, ut dixit, *Videte quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Quomodo igitur clausis ianuis subiit, nisi ut corpus esse quod aspicerent, non spiritum, probaret, sed spiritale tamen corpus? Quamquam erat illud cum anima et divinitate, totaque adeo hominis natura coniunctum. Sed spiritale erat, ut dixi, et quod crassum olim erat subtile redditum, quodque in crucem actum atque obnoxium fuerat, nullius amplius potestati subiectum, atque ita cum divinitate coniunctum, ac veluti temperatum, ut non amplius dissolvi posset, sed mortis expers in sempiternum maneret. *Surrexit enim Christus ex* 1.Cor.15,20.
*mortuis, primitiae dormientium; non amplius moritur, mors illi ultra non dominabitur.*

Cap. LXV.

Atque ut illud intelligas, quam ob caussam *primitiae dormientium Christus* appelletur, tametsi non is primus omnium surrexerit, — nam ante ipsum Lazarus per eum excitatus fuerat, nec non et viduae filius, et alii quidam; adde et nonnullos ab Elia atque Elisaeo vitae restitutos: ut illud igitur intelligas, sic habeto: cum omnes illi qui resurrexisse dicuntur iterum mortui sint, merito Christum *primitias* appellari *dormientium*, qui posteaquam resurrexit non amplius moritur, quae est futura resurrectionis ratio, quam illius vitae et humanitatis beneficio consequemur. Cum autem sit ille *primitiae dormientium,* integrum eius corpus cum divinitate, hoc est quicquid ad assumptam humanitatem attinet, resurrexit, nihil ut omnino ex ea relictum sit, non corpus aut eiusmodi quiddam. *Non enim dere-* Ps. 15, 10.
*linques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Ubi quod de anima in inferno dicitur, non esse destitutam significat; *sanctum* autem addidit, ut sanctum corpus ostenderet quod corruptionem non vidit, sed post triduum incorruptum et immortalitate in aeternum praeditum surrexit.

Tu vero haec nostra corpora scorteas esse tunicas affirmas, cum id orationis consequens series refellat. Sed haec ab illis tibi seminibus, quorum ex gentilium superstitione ac fabulis satus excepisti, iniecta videtur opinio: nec non et ex impia illa ratiocinatione infidelique de resurrectione dogmate, quod in te indidem excitatum est, et a Graecis, qui eo te deduxerunt, est profectum.
*Animalis enim,* inquit, *homo non capit ea quae sunt spiritus; stultitia* 1.Cor. 2, 14.
*enim est illi, quia spiritaliter examinatur.* Enimvero si ante violatum mandatum tunicae primis nostris parentibus essent oblatae, non-

Ἀδὰμ ἐγίνοντο, πιθανὸν ἂν σου τὸ ψεῦσμα, καὶ δυνάμενον ἐξαπατῆσαι. Ὅτε δὲ φαίνεται μετὰ τὴν Εὔαν πλασθῆναι, πόθεν [1] δὴ ἄρα ἐπλάττετο, ἀλλὰ ἀπὸ σώματος; Δῆλον· ἐπέβαλε γὰρ, φησὶν, ἔκστα-
pag. 595. σιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ ὕπνωσε, καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ. Πλευρὰ δὲ οὐδὲν ἕτερον τυγχάνει, ἀλλὰ ὀστέον. Ὠικοδόμησε δὲ σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Σαρκὸς δὲ ὀνομαζομένης, πῶς ἔτι προςδοκᾶται ἡ ταύτης ποίησις; Καὶ ἀνωτέρω φησὶ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἔλαβε, φησὶ, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ χοῦς καὶ σὰρξ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλὰ σῶμα. Εἶτα μετέπειτα, Καὶ ἀναστὰς Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ ὕπνου εἶπε, Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Οὔπω δὲ χιτῶνες οἱ δερμάτινοι, οὔπω τὸ παρὰ σοῦ ψεῦσμα ἀλληγορούμενον ὑπῆρχεν. Ὀστοῦν τοίνυν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῶν σαρκῶν μου, δῆλον ὅτι σώματα ἦσαν, καὶ οὐκ ἦν ἀσώματος ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα. Καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἔφαγεν, ὡς ὑπενοθεύθη ὑπὸ τοῦ ὄφεως καὶ γέγονεν ἐν παρακοῇ· Καὶ ἤκουσε τὴν φωνὴν τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ Παραδείσῳ τὸ δειλινὸν, καὶ ἐκρύβη ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἐν τῷ ξύλῳ· καὶ ὁ θεός φησι τῷ Ἀδὰμ, Ποῦ εἶ; ὁ δὲ ἐλεγχόμενος ἀποκρίνεται, Τὴν φωνήν σου ἤκουσα, καὶ ἐκρύβην, ὅτι γυμνός εἰμι. Γυμνὸν δὲ ἄρα ποῖον ἔλεγε, τὴν ψυχὴν ἔλεγεν, ἢ τὸ σῶμα; τὰ δὲ φύλλα τῆς συκῆς τίνα ἔσκεπε, τὴν ψυχὴν, ἢ τὸ σῶμα; Καὶ, Τίς σοι εἶπε, φησὶν, ὅτι γυμνὸς εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες; Καί φησιν, Ἡ γυμνὴ ἣν ἔδωκάς μοι δέδωκέ μοι, καὶ ἔφαγον. Πόθεν δὲ ἐδόθη ἡ γυνὴ, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ σώματος, πρινὴ τοὺς χιτῶνας αὐτοῖς δοθῆναι; Καὶ τῇ γυναικί φησι, Τί τοῦτο ἐποίησας; Ἡ δὲ, Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, καὶ ἔφαγον, καὶ ἔδωκα τῷ ἀνδρί μου. Ὁ δὲ θεὸς ἐπάγει τὴν κατάραν, καὶ τῇ γυναικὶ τὴν ὀδύνην, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἐν ἱδρῶτι φαγεῖν τὸν ἄρτον, καὶ μετὰ ταῦτα λέγει, Ἰδοὺ, Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα καὶ ἅψηται τοῦ ξύλου καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ μεθ' ἕτερα, Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσε τοὺς περὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Παραδείσου. Καὶ ὁρᾷς ὅτι μάταιος ἡ παρὰ σοῦ καινοτομουμένη κενοφωνία. Πρὸ [2] πόσου γὰρ χρόνου ἦσαν σώματα τοῖς περὶ τὸν Ἀδάμ;

Κεφ. ξϛ'. Εἰ δὲ τοῦτό σε ἀνακρίνει, καὶ οὐ δύνασαι ψυχικῶς διανοούμενος τοῦ πνεύματος δέξασθαι τὴν χάριν, ἄπιστε, καὶ ἐπέκεινα τῶν ἀπίστων
pag. 596. τυγχάνων, λέγε μοι ἑκάστην ὑπόθεσιν ἐκ θεοῦ γεγονυῖαν, πόσην ἔχει τὴν θαυματουργίαν καὶ ἔκπληξιν; Πόθεν ἐξ οὐκ ὄντων οὐρανὸς τέ-

Cap. LXV. — 1. δὴ *ego rescripsi. Libri habent* δὲ.

nihil probabile tuum illud foret mendacium, et in errorem posset inducere. Iam vero post Evam in lucem editam esse confectas apparet. Eva porro undenam est nisi ex corpore formata? Id vero manifestum est: *Immisit enim*, ait, *soporem in Adam, et dormivit, et accepit unam de costis eius.* Costa vero praeter os nihil aliud est; *cuius loco carnem aedificavit.* Cum igitur caro nominata sit, qui tandem structura illius expectatur. Sed et paulo ante, *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem nostram et similitudinem: et accepit*, inquit, *limum de terra et formavit hominem.* Atqui limus et caro nihil sunt aliud quam corpus. Deinde sequitur, *Et exsurgens Adam e somno dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea.* Nondum erant pelliceae illae tunicae, nondum confictum illud in allegoria tua mendacium extiterat. Itaque *os ex ossibus meis, et caro de carne mea*, manifeste de corporibus intelligenda sunt, adeo ut Adamus et Eva corporibus minime carerent. *Et accepit de ligno, et comedit;* prout serpentis astu deceptus atque in deum rebellis fuit. *Et audivit vocem dei ambulantis in Paradiso sub vesperam, et abscondit se Adam et Eva ad arborem.* Tum dominus Adamum interrogat, *Ubi es?* At is deprehensus respondit, *Vocem tuam audivi, et abscondi me eo quod nudus essem.* Nudum vero quid tandem dixit? animam, an corpus? Deinde ficulnea folia quemnam obtegebant, animam an corpus? *Et quis tibi dixit*, inquit, *te esse nudum, nisi quod de ligno, de quo praecepi tibi ne comederes, comedisti?* Ad haec Adamus respondit, *Mulier quam dedisti mihi dedit mihi, et comedi.* Cedo unde mulier data fuerit, nisi ex costa, hoc est Adami corpore, antequam tunicae illis attribuerentur? Porro mulieri dixit, *Cur hoc fecisti?* At illa, *Serpens*, inquit, *decepit me, et comedi, et dedi viro meo.* Post haec deus execrationem inflixit, mulieri scilicet dolorem, et viro, *ut in sudore pane suo vesceretur.* Quibus factis adiecit, *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis: ne forte extendat manum, et attingat lignum, et comedat, et vivat in aeternum.* Postea, *Et fecit deus tunicas pelliceas, et induit Adam et uxorem eius, et eiecit illos e Paradiso.* Vides quam inepta sit nova illa a te excogitata et inanis opinio. Nam aliquanto ante tempore corpora primi nostri parentes habuerunt.

Gen. 2, 21.

Cap. LXVI. Quod si te illud examinat, neque potes animalem in modum ista cogitans spiritus gratiam percipere, o infidelis homo et infidelibus deterior, dic mihi sodes, quantum unumquodque dei opus habet miraculi? Quomodo coelum ex nihilo in sublimi porrectum est et

2. ποσοῦ *placuit Petavio.*

ται ἐν μετεώρῳ ἀναπεπετασμένος; πόθεν ἐστιλβώθη ὁ ἥλιος καὶ ἐκτίσθη, καὶ σελήνη, καὶ τὰ ἄστρα; ἐκ ποίου πρωτοτύπου ὕλης ἐλήφθη ἡ γῆ, ἐξ οὐκ ὄντων γινομένη; ἀπὸ ποίων φύσεων ἐτμήθη τὰ ὄρη; πόθεν ἡ σύστασις ὅλου τοῦ κόσμου, ἡ ἐξ οὐκ ὄντων τῷ θεῷ πορισθεῖσα; πόθεν τῶν νεφῶν ἡ σύστασις, ἣ ὑπὸ θίξιν σκέπει τὸν οὐρανόν; πόθεν τοῦ κώνωπος καὶ τῆς σκνιφὸς διὰ προστάγματος θεοῦ τῷ θεράποντι αὐτοῦ Μωϋσῇ ὁ πορισμός; πῶς τὴν ξυλίνην ῥάβδον εἰς ὄφιν μετέβαλεν [1] ἐνεψυχωμένον καὶ ἕρποντα; πόθεν τῇ χειρὶ τοῦ Μωϋσέως [2] τὸ εἰς χιόνα μεταβάλλεσθαι; Οὕτω καὶ τότε ἠθέλησεν ὁ θεὸς, ὦ ἄπιστε, καὶ δερματίνους φύσει χιτῶνας ἄνευ ζώων, ἄνευ τέχνης τινὸς ἀνθρωπίνης καὶ πολυμόρφου ἐργασίας ἅμα θέλων ἐποίησε τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ, ὡς ἀπαρχῆς ἅμα ἠθέλησε, καὶ οὐρανὸς καὶ τὰ πάντα γεγένηται. Καὶ περὶ τούτων πολλάκις ἔφαμεν καὶ ἐν ἄλλοις τόποις καὶ ἀνωτέρω. Καὶ τοῖς μὲν βουλομένοις τὸ ζῆν σύντομος ἡ σωτηρία, καὶ εὐθυέλεγκτος ἡ κακοπιστία· τοῖς δὲ μὴ θέλουσι τὸ τῆς σωτηρίας καταδέξασθαι διδασκαλεῖον οὐδὲ ὁ πᾶς αἰὼν πρὸς διαλογὴν ἐξαρκέσειε, κωφευούσης ἀεὶ τῆς ἀκοῆς δίκην ἀσπίδος, καὶ τὰ ὦτα βυούσης, τοῦ μὴ καταδέξασθαι φωνὴν ἐπᾳδόντων, [3] φαρμακοῦταί τε φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ, κατὰ τὸν θεῖον λόγον. Τοῖς δὲ υἱοῖς τῆς ἀληθείας, οἶμαι, ὠφέλιμος οὐκ ὀλίγως, κἄν τε διὰ πλάτους ὁ λόγος εἰρημένος ἐνταῦθά μοι κεῖται.

Κεφ. ξζ'. Ἐλεύσομαι δὲ εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως [1] λόγον. [2] Ὅταν γὰρ ἐξαπατήσῃς τοὺς ἀγνοοῦντας, τὸ σὸν φρόνημα ὑποβαλλόμενος, ὦ ματαιοπόνε, καὶ εἴπῃς, [3] Τινὲς τῶν ἁπλουστέρων νομίζουσι τοὺς ἀσεβεῖς μὴ τεύξεσθαι [4] ἀναστάσεως, || καὶ ὕστερον δείξῃ τοὺς αὐτοὺς ἁπλουστέρους πάλιν ἐρωτωμένους ὑπὸ σοῦ ὅτι, Ποίου σώματος ἔσται ἡ ἀνάστασις; καὶ ὡς ἀντεπαπορήσεις διὰ σεαυτοῦ ἐκ προσώπου τῶν ἁπλουστέρων κατὰ σὲ λεγομένων (καὶ γὰρ τοῦτο [5] ἀνάγκη σαφῶς λέγειν) ἀγαθοὺς ἀποκαλεῖν τοὺς ἁπλουστέρους παρὰ σοὶ λεγομένους, οὐ διὰ σεαυτοῦ ὁ λόγος, οὐδὲ τῷ λόγῳ σου ἡ χάρις, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, τῇ ἀναγκαζούσῃ σε λέγειν τῶν δούλων τοῦ θεοῦ βελτιότητός τε καὶ ἀγαθότητος τεκμήρια. Καὶ γὰρ καὶ [6] ὁ ἐκτὸς λόγος λέγει, [7] Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας. Ἁπλοῦς δὲ εἰώθαμεν τοὺς ἀκάκους λέγειν οἷς ἔπαινος παρὰ τῷ σωτῆρι ἐμφέρεται πολλοῖς τόποις, τὸ, [8] Γίνεσθε ἀκέραιοι ὡς περιστεραὶ, καὶ τὸ, Ἄφετε τὰ παιδία ἐλθεῖν πρός με, τῶν

Cap. LXVI. — 1. *Vulgo* ἐπεψυχωμένον.
2. *Vulgo* τῷ.
3. *Libri vulgo* φαρμακοῦται φαρμακευομένη.

Cap. LXVII. — 1. *Plenius cod. Venet.* σου ἐκ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ λόγον.
2. ὅτ' ἂν *cod. Venet. ubique.*
3. *Cf. supra cap.* 10. *et cap.* 12.
4. *Post vocabulum* ἀναστάσεως *usque*

expansum? Undenam solis ille fulgor accensus est, aut ille ipse cum luna sideribusque conditus? Quanam vero ex priore materia translata terra est, quae est ex nihilo producta? Quonam ex naturae genere montes excisi sunt? Unde totius universi constitutio, quam ex nihilo deus peperit? Aut unde nubes conflatae sunt, quibus repente coelum obducitur? Unde culicum cyniphumque vim dei imperio servus eius Moyses comparare potuit? Quomodo ligneam virgam animatum ac prorepentem in colubrum convertit? Qui fieri potuit ut Moysis manus in nivem commutaretur? Sic igitur et tum deo, mortalium infidelissime, placuit, ac pelliceas, et quidem veras tunicas, sine ullis animalibus, sine humanae artis ac multiplicis operis adminiculo primis nostris parentibus simulatque voluit confecit, non secus atque initio simulac voluit coelum atque universa producta sunt. Ceterum de his nos saepius et aliis in locis et supra disputavimus. Atque his quidem, qui vitae desiderio tenentur, salutis est expedita ratio, et infidelissimi erroris confutatio facilis. Iis vero, qui salutis disciplinam ac magisterium repudiant, ne integrum quidem seculum potest ad disputandum sufficere; cum illorum aures perpetuo, *aspidis instar, obsurdescant: quae aures suas obdurat, ut non exaudiat vocem incantantium, venefici incantantis sapienter,* ut in sacris literis scriptum est. Veritatis porro filiis fructuosissimum hunc sermonem confido fore, tametsi latius illum hoc loco prosequamur.

Exod. 8, 17. Exod. 4, 3. Exod. 4, 6. Ps. 57, 5.

Cap. LXVII.

Venio itaque ad institutam de resurrectione disputationem. Cum enim ignaros deceperis, ac tuam opinionem pro vero dogmate subieceris, itaque dixeris, Nonnulli e rudioribus impios non putant resurrectionis compotes futuros, || et postea iidem rudiores rursus abs te interrogentur, Cuiusnam corporis erit resurrectio? et cum tu haeseris, ne ipse in eorum qui secundum te rudiores appellantur (nam hoc quoque aperte dicendum est) persona bonos appelles eos qui a te rudiores dicuntur, non per te erit responsum neque tuo gratia habenda responso, sed veritati erit, quae te servorum dei quae sint emendationis atque bonitatis insignia dicere cogit. Nam gentile quoque proverbium, Simplex, ait, narratio veritatis. Simplices vero consuevimus innocentes vocare, quibus multis locis a salvatore laus tribuitur, uti, *Estote simplices tanquam columbae*, et, *Patia-*

Matth. 10, 16. Matth. 19, 14.

*ad verba* οὐ μόνον γὰρ τοῦτό ἐστιν *in cod. Rhedig. et Ien. et editis libris lacuna interhiat satis spatiosa, quam nunc demum explere licuit ope codicis Veneti, omnium integerrimi.*

5. ἀνάγκησα φῶς λέγειν *cod. ms.*

6. ὁ ἐκτὸς λόγος. *Cf. haer.* 66, 10., *ubi Marsipus quidam appellatur* „τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφος.“

7. *Euripidis est Phoeniss.* 472. *Cf. Seneca Epist.* 49.

8. γίνεσθαι *cod. ms.*

*γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, [9] τουτέστι τῶν ἁπλουστάτων. Ἀπεκρίθησαν δέ σοι οἱ ἁπλούστεροι, ὡς λέγεις, τούτου τοῦ σώματος οὗ περικείμεθα εἶναι τὴν ἀνάστασιν. Ἀνταπορούμενοι δὲ ὑπὸ σοῦ καὶ ἐρωτώμενοι, Ὅλου ἢ μέρους; αὐτοὶ ἀνταποκρίνονται λέγοντες ὅτι, Ὅλου τοῦ σώματος. Σοῦ δὲ κατὰ τὴν μέθοδον τῆς [10] πολλῆς φλυαρίας φάσκοντος μηδὲν τοῦτο δύνασθαι, διὰ τὰ ἐκ τῶν σωμάτων ἐκρεύσαντα αἵματά τε καὶ σάρκας καὶ τρίχας, καὶ τὰ ἄλλα διὰ πτυέλων [11] ἐφημέρων ῥέοντα καὶ μυκτήρων καὶ σκυβάλων, πολλῆς σου τῆς ἰατροσοφιστικῆς κακοπίστου γνώμης [12] μαγγανεία, ὡς καὶ ἤδη διὰ πολλῶν ἐξήλεγξέν σου τὴν μυθοποΐαν [13] ὁ καλλίων ἡμῶν πρεσβύτης καὶ μακαριστὸς ἀνὴρ, καὶ Μεθόδιος. Ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἡμῶν, τῶν σμικρῶν, ὀλίγα ἀκούσει. Πᾶν γὰρ ἀεὶ τὸ ζητούμενον καθαρώτατον ζητεῖται, τὰ δὲ περιττὰ τοῦ καθαροῦ ἀποβαλλόμενα ἀκαταζήτητά ἐστι. Τὸ γὰρ ἱμάτιόν ἐστιν ὅλον ἐξ ὅτε τῆς ὑφῆς ἔσχεν τὴν ἱστουργίαν, καὶ αὐτὸ μὲν ἔστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ τεμνόμενον, οὔτε αὐτῷ προστιθέμενον οὔτε ἀφαιρούμενον. Κναφεῖ δὲ διδόμενον [14] οὐχ ἧσσον, ὡς παρὰ τοῦ κναφέως, ἀπαιτηθήσεται, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ κναφέως τελειότατόν ἐστι κομιζόμενον, ὡς δῆλον πᾶσι καθέστηκεν, ὡς αὐτὸ μὲν ἔστιν ἐν τελειότητι, οὐδὲν δὲ μεῖον σῶμα γεγένηται πλὴν τῶν ῥύπων καὶ τῆς ἀποβολῆς τῆς ἀκαθαρσίας, καὶ οὐ πάντως που ἐπειδὴ τὸν ῥύπον ἀπέβαλεν, τούτου ἕνεκα μετὰ τοῦ ῥύπου ἀπαιτηθήσεται παρ' ἡμῶν ὁ τεχνίτης, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ ἱμάτιον σῶον καὶ ὑγιὲς καὶ καθαρώτατον. Ἕτερον δὲ πάλιν ὑπόδειγμα. Παρὰ σοὶ μὲν γὰρ περὶ τῶν ἐκκρινομένων διὰ φλεβοτομιῶν καὶ νοσημάτων καὶ σκυβάλων καὶ ἐκκρίσεως [15] πτυέλων τε καὶ μυκτήρων τὸ ζήτημα παρηνέχθη· ἀπ' αὐτῶν δὲ ὧν*
pag. 597. *ἔφης ἀνατραπήσῃ. || Οὐ μόνον γὰρ τοῦτό ἐστιν ἐν σώματι, ἀλλὰ καὶ κνώδαλα ἐξ ἡμῶν φύεται, ὡς εἰπεῖν, φθεῖρες, καὶ κόνεις, οὔτε ἐκτὸς τοῦ σώματος ὄντα, οὔτε ἀπὸ τοῦ σώματος λογιζόμενα. Καὶ οὐδείς ποτε ἐπεζήτησε κόνιν τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἐκκριθεῖσαν εἰς περιποίησιν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἀναίρεσιν, οὐδὲ διαφθορὰν τὴν ἐξ αὐτῆς γεγενημένην, οὐδὲ ζημίαν τὴν ταύτης ἀπώλειαν ἡγήσοιτό τις. Τὰ ἀφ' ἡμῶν ῥυέντα, εἰ καὶ οὕτως ὑπάρχει κατὰ τόν σου λόγον, οὐ μωρῶς παρ' ἡμῶν ζητηθήσεται, οὐδὲ θεὸς ταῦτα εἰς ἡμῶν σύστασιν ἀγάγοι, ἀλλὰ δίκην ῥύπου ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἱματίου ὑπάρχοντος, ἀπ' αὐτοῦ δὲ δι' εὐκοσμίαν ἀποβληθέντος, [16] ἐν δευτέρῳ καταλείψειεν, ἐκεῖνο δὲ σαφῶς τὸ ἐντελὲς ἱμάτιον μήτε λεῖπον, μήτε περιττὸν τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι τῆς τέχνης ὁ δημιουργὸς ἀγάγοι. Πάντα γὰρ αὐτῷ δυνατεῖ. Εἰ δὲ οὐχ οὕτως ἦν, [17] ὦ τὰς φρένας ἀδικηθεὶς ἐκ τῆς πολυλόγου σου ἐπινοίας,*

9. *Medio vocabulo* τουτέστι *in cod. Veneto incipit fol. 386. v.*
10. τῆς ἐκ πολλῆς *habet cod. ms.*
11. ἐξημερῶν *habet cod. ms.*
12. μαγγανία *cod. ms.*
13. *Idem anonymus doctor iam supra cap. 8. significabatur, eiusque alibi quoque passim fit mentio.*

*mini filios venire ad me, talium enim est regnum coelorum*, hoc est simplicissimorum. Responderunt autem tibi rudiores, quos dicis, huius quo circumdamur corporis resuscitationem esse. Tum vero denuo compellati abs te et interrogati, Utrum universi, an partis? illi, Universi corporis respondent. Quod cum tu secundum modulum multifariae tuae nugacitatis fieri posse neges, propter sanguinem qui corpore effluit, propter carnes et crines, propterque alias res quae per sputa quotidiana, per nares et stercora effluunt, ecce grande tuae quae pravam fidem sequitur medicae rationis veneficium, cuius nugas iam supra confutavit ille multo potior nobis senex beatissimus, et Methodius. At etiam a nobis, qui parvi sumus, pauca audies. Quicquid enim quaeritur, purissimum quaeritur, quod autem superest, reiectum a puritate est et non quaerendum. Vestimentum quippe absolutum ex quo texturae opus passum est, ipsumque est illud quod de tela resecatur, neque auctum neque minutum. Quod cum fulloni tradideris, non deterius, ut a fullone, repetetur, sed eiusdem fullonis cura perfectissimum redditur, ut omnibus clarum sit et hoc esse in perfectione et corpus esse nihil imminutum nisi sordibus et spurcitie quas abiecerit, nec futurum esse ullo modo ut iis semel reiectis ideo cum sordibus illud a nobis reposcat artifex, sed ipsum potius vestimentum salvum et sanum et emaculatissimum. Alterum vero rursus exemplum. Apud te enim de eis quae per sanguinis missiones et morbos et stercora, perque sputaminum et mucorum retrimenta excernuntur, quaestio inlata est: at tu iis quae profers ipsis refutaberis. || Non enim unum illud inest in corpore, sed ex nobis etiam bestiae nascuntur, pediculi videlicet ac lendes, quae neque extra corpus sunt neque in corporis ulla parte numerantur. Ac nemo excretam ex corpore suo lendem, ut conservaret, quaesiit, sed ut necaret potius, neque illatam ab ea perniciem adsciscit. Sed neque si perdita illa extinctaque fuerit, id in damno reputabit. Sic quae a nobis fluxerunt, tametsi ita tua fert opinio, a nobis ipsis nequaquam stolide requirentur. Neque illa deus in conflandis nobis componendisque restituet, sed tanquam maculam relinquet, quae ex vestibus exorta nitoris elegantiaeque studio diluitur, illam vero perfectam absolutamque vestem, neque mancam, neque redundantem, pro singulari artis suae peritia artifex reficiet. Omnia quippe in eius sunt potestate posita. Quod nisi ita se res haberet, o hominum insanctissime, atque ex verbosa illa calliditate

14. οὐκ ἧσσον *cod. ms.*

15. *Voce* πτυέλων *in cod. Veneto incipit fol.* 387. *r.*

16. *H. e.* negleget, nihili aestimabit prae ipsa carne. *Male igitur interpretatus est haec verba Petavius.*

17. ὧ *correxerunt Cornarius atque Petavius. Libri habent* ὡς.

εἶχεν ἄρα ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ κύριος υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ἐλθὼν δι' ἀσφάλειαν πᾶσαν τῆς ἡμετέρας ζωῆς ποιήσασθαι τὴν ἡμῶν ἐλπίδα, ἐν ἑαυτῷ τε τὰ πλεῖστα ἀνατυπωσάμενος εἰς τὴν τῆς ἀληθείας πρὸς ἡμᾶς σύστασιν, μέρος αὐτοῦ εἶχεν ἀποθέσθαι, μέρος δὲ ἐξεγεῖραι κατὰ τὴν μυθώδη σου ἀνασκευὴν καὶ πλήθους λογισμῶν ματαίων συλλογὴν, ὦ φιλόνεικε. Αὐτὸς γὰρ εὐθὺς διελέγχων σου τὸν τρόπον φάσκει λέγων ὅτι, Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, μόνος μένει, ἐὰν δὲ πεσὼν ἀποθάνῃ, πολλοὺς κόκκους φέρει. Καὶ τίνα ἄρα ἔλεγε κόκκον; Παντί τῳ σαφές ἐστι καὶ ὡμολόγηται παντὶ τῷ κόσμῳ ὅτι περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγε, τουτέστι περὶ τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς τῆς ἁγίας, ἧς ἀπὸ Μαρίας εἴληφε, καὶ ὅλης αὐτοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Τὸ δὲ πεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν, ὡς λέγει, Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοὶ, περὶ τῆς αὐτοῦ τριημέρου τοῦ σώματος κοιμήσεως ἔλεγεν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμολογήσεις. Ἡ γὰρ θεότης αὐτοῦ ἀκοίμητος, ἄπτωτος, ἀκράτητος, ἄτρεπτος. Ἀπέθανε τοίνυν ὁ κόκκος τοῦ σίτου, καὶ ἀνέστη. Ὅλος οὖν ὁ κόκκος ἀνέστη, ἢ λεῖμμα αὐτοῦ ἀνέστη; ἄλλος κόκ-
pag. 598. κος παρὰ τὸν ὄντα, ἢ αὐτὸς ὁ ὢν εἰς τὸ εἶναι, τὸ διὰ τοῦ Ἰωσὴφ κεκηδευμένον ἐν σινδόνι καὶ ἐν μνήματι καινῷ τεθὲν, ἀνέστη; Πάντως ὅτι οὐκ ἀρνήσῃ. Τίνα τοίνυν εὐηγγελίζοντο ἐγηγέρθαι οἱ ἄγγελοι ταῖς γυναιξίν; ὥς φασι, Τίνα ζητεῖτε; Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον; ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε· δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον. Ὡσεὶ ἔλεγε, Δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, καὶ συνετίσατε τὸν Ὠριγένην, ὅτι οὐκ ἔνι λεῖμμα κείμενον ἐνταῦθα, ἀλλὰ ὅλον ἀνέστη. Καὶ ὅπως γνῷς ὅτι ὅλον ἀνέστη, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε, ἵνα ἀποκρούσῃ σου τὴν φλυαρίαν, ὅτι λεῖμμα αὐτοῦ οὐκ ἐγκατελείφθη, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἡλωθὲν, αὐτὸ τὸ νυχθὲν τῇ λόγχῃ, αὐτὸ τὸ κρατηθὲν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, αὐτὸ τὸ ἐμπτυσθέν.

Κεφ. ξη'. Καὶ τί μοι τὰ πλήθη λέγειν πρὸς ἔλεγχον τούτου τοῦ ἐλεεινοῦ καὶ πολυκόμπου τῆς ἐν αὐτῷ γενηθείσης φλυαρίας; Ἄρα οὖν ὡς ἀνέστη καὶ ἑαυτοῦ τὸ σῶμα ἔγειρεν, οὕτως καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ. Ἀπὸ τούτου γὰρ ἔδειξεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος τὴν ἡμῶν ἐλπίδα, φήσας ὅτι, Πῶς λέγουσί τινες ἐν ὑμῖν ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται, εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, ματαία καὶ ἡ πίστις ἡμῶν, εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ θεοῦ, ὅτι εἴπομεν, Ἤγειρε τὸν Χριστὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὕστερον ἐπιφέρει, λέγων, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο

in amentiam converse, poterat utique redemptor noster ac dominus deique filius, qui idcirco venerat ut vitae nobis spem certissimam faceret, quique, ut dictorum suorum fidem nobis adstrueret, pleraque in se ipso voluit exprimere, poterat, inquam, corporis sui parte deposita aliam excitare partem, quemadmodum verbosa illa tua rectae fidei confutatio atque ineptissimarum rationum, o contentionis cupide, multitudo declarat. Verum ipse tuum e vestigio modum ac rationem redarguens ita pronuntiat: *Nisi granum frumenti cadens in* Ioann.12,24.
*terram mortuum fuerit, solum manet: si autem ceciderit, mortuumque fuerit, grana multa parit.* Quodnam illud erat granum de quo loquebatur? Nemo est qui dubitet, idque mundi totius confessione constat, de se ipso dominum locutum, hoc est de corpore suo sanctissimaque illa carne quam ex Maria ceperat, ac de humana omni natura. Quod autem cadendi ac moriendi vocabulis utitur, ut et alio in loco dicit, *Ubi erit cadaver, illic congregabuntur et aquilae,* Matth. 24, 28.
ad triduanum corporis soporem retulit, quod ne ipse quidem diffiteri potes. Nam divinitas ipsa cum somni est expers, tum cadere superarique non potest, nec est omnino mutabilis. Mortuum est itaque frumenti granum, atque iterum excitatum. Utrumnam igitur integrum granum excitatum est, an illius pars est aliqua derelicta? Aliudne porro quam quod antea erat, an idem penitus esse ac reviviscere coepit, quod et ab *Iosepho sindone obvolutum ac sepultum et* Matth. 27, 59.
*in novo monumento positum* surrexit? Tute ipse non negaveris. Quemnam autem mulieribus angeli resurrexisse nuntibant, cum ita dicerent, *Quem quaeritis? Iesum Nazarenum? Surrexit, non est* Marc. 16, 6. Matth. 28, 5.
*hic, venite, videte locum.* Perinde ac si diceret, *Venite, videte locum,* et Origenem docete, nullas istic illius iacere reliquias, sed integrum surrexisse. Atque ut intelligas resurrexisse totum, *Surrexit,* inquit, *non est hic;* ut nimirum nugas tuas discuteret demonstraretque residuum illius nullum abiectum ac relictum fuisse, sed idem esse plane corpus, quod et clavis confixum et lancea perforatum et a Pharisaeis comprehensum est ac sputis adspersum.

Quid autem attinet plura ad infelicem illius et insolentem loquacitatem congerere? Quocirca non secus atque ille resurrexit suumque corpus excitavit, ita et nos excitabit. Nam ex eo sanctissimus apostolus spem nostram confirmavit his verbis: *Quomodo di-* Cap. LXVIII. 1.Cor.15,12.
*cunt quidem in vobis mortuorum resurrectionem non esse? Quod si mortuorum resurrectio non est, neque Christus resurrexit, si autem Christus non resurrexit, inanis ergo est praedicatio nostra, vana est et fides vestra: invenimur autem et falsi testes dei, quoniam diximus, Suscitavit Christum etc.* Deinde subiecit, *Oportet corruptibile hoc*

ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ οὐκ εἶπε τὸ θνητὸν μόνον, οὐδὲ τὸ φθαρτὸν μόνον, οὐδὲ τὴν ἀθάνατον ψυχὴν, ἀλλὰ, Τὸ φθαρτὸν τοῦτο, μετὰ προσθήκης τῆς Τοῦτο, καὶ, Τὸ θνητὸν τοῦτο, μετὰ προσθήκης τῆς Τοῦτο. Αὐτὸς οὖν [1] ὅλος ὁ κόκκος αὐτοῦ ἀνέστη· καὶ οὐ μέρος ἀνέστη, ἀλλὰ [2] ὅλος ἀνέστη· καὶ οὐκ ἄλλος κόκκος παρὰ τὸν ὄντα ἀνέστη, ἀλλ' αὐτὸς ὁ πεσὼν ἐν τῷ μνήματι [3] ὅλος ἀνέστη. Καὶ ποῦ ἰσχύει σου ἡ κενοφωνία; Δύο γὰρ κόκκους οἶδεν ἡ θεία γραφὴ εἰρημένους, ἕνα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ ἕνα παρὰ τῷ ἀποστόλῳ. Καὶ ὁ μὲν εἰς τὴν πᾶσαν σαφήνειαν δηλοῖ κατὰ τὰ τελείως ἐν αὐτῷ ἐνεργηθέντα· ὅπερ ἐστὶ πρωτότυπον τῆς ἀναστάσεως. Τοῦτο γὰρ καὶ διδάσκων καὶ ποιῶν ὁ σωτὴρ τὰ πάντα ἡμῖν εἰς παράστασιν βεβαίως εἰργάσατο εὐθύς. Ἔλεγε γὰρ περὶ τοῦ κόκκου καὶ τοῦ [4] ἐγεῖραι τὸν κόκ-
pag. 599. κον, ἵνα ἡμῖν τὴν πίστιν τῆς ἐλπίδος βεβαιώσῃ τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως ἐν ἀληθείᾳ. Ἀπὸ τούτου διαδεξάμενος ὁ ἀπόστολος, πνεύματι ἁγίῳ φερόμενος, τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐσομένην δόξαν τῶν ἁγίων διηγούμενος ἡμῖν, καὶ τὴν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀγαθῶν, δείκνυσι πάλιν διὰ τοῦ κόκκου τοῦ σίτου, κατὰ τῶν ἀπίστων ἐπικηρυκευσάμενος. Ἀλλὰ ἐρεῖς μοι, Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; Καί φησι πρὸς τὸν τὰ τοιαῦτα λέγοντα, Ἄφρον. Ὁ γὰρ ὅλως περὶ ἀναστάσεως ἀμφιβάλλων ἄφρων ἐστὶ καὶ ἀσύνετος. Εἶτά φησιν, Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωογονεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ γενησόμενον σῶμα σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον εἰ τύχοι σίτου, ἢ τῶν ἄλλων σπερμάτων· καὶ οὐ ζωογονεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· ὁ δὲ θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα ὡς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων ἴδιον σῶμα. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἀλλάσσεται τὸ σῶμα. Οὐδεὶς γὰρ σπείρας κριθὰς ζητεῖ σῖτον. Οὐδὲ μελάνθιον ἔσπειρε, καὶ εὗρε κριθὴν, ἀλλὰ τὸ σπειρόμενον αὐτό ἐστι τὸ ἐγειρόμενον. Ἐὰν δὲ καὶ καταλειφθῇ ἐξ αὐτοῦ κάτω ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀναστῇ ἐξ αὐτοῦ τὸ βλάστημα, ὧδε μὲν ἐν τούτῳ τῷ φθαρτῷ σίτῳ καὶ μὴ εἰς κρίσιν ἐρχομένῳ τὸ μὲν καταλειφθὲν ἄχρηστον, τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ ἐγειρόμενον κάλλιον. Ἠθέλησε δὲ δεῖξαι τὴν φαιδρότητα, διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν μὴ τὴν ἐλπίδα τοῦ θεοῦ καραδοκούντων. Τἀληθῆ μὲν γὰρ ὁ κόκκος τοῦ σίτου λεπτότατος. Ποῦ δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ κόκκῳ τῷ σμικροτάτῳ καὶ ῥίζαι, καὶ βάσεις, καὶ καλάμη, καὶ αἱ γονατίδες, καὶ αἱ τοσαῦται σύριγγες, καὶ κεφαλίδες, καὶ θῆκαι, καὶ ἀνθέρικες, καὶ κόκκοι πολυπλασιάζοντες;

Κεφ. ξϛ'. Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον εἴπωμεν τὰ ὅμοια τούτοις διηγούμενοι, πόθεν τῷ Μωϋσεῖ υἱῷ τῆς Ἰωχαβὲθ, υἱῷ τοῦ Ἀμρὰμ, τὸ νύξαι πέ-

Cap. LXVIII. — 1. ὁ λόγος *pro* ὅλος *habet edit. princ.* 2. ὁ λόγος *edit. princ.* 3. ὁ λόγος *edit. princ.*

*induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.* Non dixit mortale solum, neque corruptibile solum, nec immortalem denique animam, sed *corruptibile hoc et mortale*, addito utrobique pronomine *hoc*. Quamobrem granum ipsius, et quidem integrum, non eius tantummodo pars, sed integrum, uti diximus, surrexit, nec aliud quam quod erat antea granum, sed illud ipsum quod in monumentum ceciderat, totum integrumque surrexit. Quid igitur virium habet absurda illa tua sententia? Duo siquidem grana, quae paulo ante retulimus, scriptura commemorat; quorum alterius in evangelio, alterius apud apostolum fit mentio. Primum illud ad rem declarandam efficacissimum est, secundum ea quae perfecte in eo gesta sunt; quod est velut resurrectionis exemplar. Etenim docens istud salvator, et faciens, subinde confirmandis nobis omnia constanter praestitit. Nam de grano deque eodem excitando idcirco disseruit, ut spei nostrae quam de vera resurrectione concepimus fidem assereret. Huic successit apostolus, qui divini spiritus afflatu, sanctorum gloriam, quae post resurrectionem futura est, ac bonorum fructum voluptatemque declarans, eadem grani tritici similitudine demonstrat tale adversus infideles praeconium instituens. *At* Ibid. 35. *dices mihi, Quomodo resurgunt mortui? quonam vero corpore veniunt?* Ad haec ita respondit: *Stulte.* Stultus enim est et imprudens, qui omnino de resurrectione dubitat. Ergo ita subiicit, *Stulte, tu quod seminas non vivificatur nisi mortuum fuerit: et quod seminas, non futurum corpus seminas, sed nudum granum, exempli caussa tritici, aut aliorum seminum, et non vivificatur nisi mortuum fuerit: deus autem dat illi corpus sicut voluit, et unicuique semini proprium corpus.* Animadvertis, opinor, non commutari corpus. Nemo enim qui hordeum severit, triticum requirit, neque nigella Romana consita hordeum reperit, sed id ipsum excitatur quod satum est. Ac dummodo aliquid ex ipso relictum in terra fuerit atque ex eo germen effloruerit, sic in corruptibili hoc tritico, quod nulli iudicio obnoxium est, inutile est quod relinquitur, quod excitatur vero praestantius. Illum porro splendorem ac claritatem propter eorum infidelitatem declarare voluit qui nihil a deo quod speretur expectant. Nam revera tenuissimum est tritici granum. In qua[*] quidem tam exigua mole ubinam radices et quasi fundamenta sunt? tum deinde culmus, genicula, tot fistulae, capitella, folliculi, aristae granaque multiplicata?

Clarius quid velim eloquar, atque his similia percurram. Un- Cap. LXIX.
denam Moysi Iochabethae et Amrami filio illa virtus, ut virga sili- Num. 20, 11.

4. *Libri vulgo* ἤγειρε.

τραν ἐν ῥάβδῳ καὶ προςενεγκεῖν ὕδωρ ἐξ ἀπόρου ὕλης; τὸ ξηρὸν εἰς ὑγρὸν [1] μεταβαλεῖν; τὸ πατάξαι θάλασσαν καὶ διαιρεῖν εἰς δώδεκα ὁδοὺς ὁδοιπορίας ἐν θαλάσσῃ τῷ κελεύσματι; τὸ ποταμὸν εἰς αἷμα μεταβαλεῖν; τὸ βάτραχον ὑπὸ θίξιν συναγαγεῖν τοσοῦτον; τὸ τὴν σκνίφα ἐπιπέμψαι Αἰγυπτίοις; τὸ χάλαζαν μῖξαι μετὰ τοῦ πυρός; τὸ νύκτα μέλαιναν καὶ ἐσκοτισμένην Αἰγυπτίοις ἐπικεράσαι ζοφώδη; τὸ πρωτότοκα κτεῖναι τῶν Αἰγυπτίων ἐν θανάτῳ; τὸ στύλῳ πυρὸς καθοδηγεῖν λαὸν δι' αὐτοῦ ποιμαινόμενον; τὸ ἄρτον ἀγγέλων ἐπενέγκαι εὐχῇ καὶ
pag. 600. ἱκεσίᾳ; τὸ ὀρτυγομήτραν ἀνιέναι, καὶ κορεννύειν τοσαύτας μυριάδας ἀνδρῶν διὰ προστάγματος θεοῦ; τὸ ἀκοῦσαι φωνὴν θεοῦ; τὸ καταξιωθῆναι ἀνὰ μέσον τοσούτων τῶν μυριάδων θεοῦ φωνῆς ἀκούειν καὶ συνομιλεῖν θεῷ; τὸ διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν καὶ διὰ τεσσαράκοντα νυκτῶν μὴ ἐπιζητῆσαι τὰ χρειώδη τῶν κατὰ τὴν φύσιν τῆς ἡμετέρας πλάσεως; τὸ μεταβληθῆναι τὴν σάρκα εἰς φαιδρότητα ἡλίου καὶ ἀκτῖνα φωτεινήν, στροβοῦσαν λαὸν πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; τὸ τὴν χεῖρα σαρκίνην οὖσαν μεταβληθῆναι εἰς χιόνα; τὸ κελεῦσαι τῇ γῇ χᾶναι τὸ στόμα πρὸς ὑποδοχὴν [2] τῶν περὶ Κορὲ καὶ Δαθᾶν καὶ Ἀβειρὼν καὶ Αὐνᾶν; τὸ τέλος ἀκοῦσαι, Ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος, κἀκεῖ τελεύτα; τὸ μὴ γινώσκειν ἄνθρωπον τὴν αὐτοῦ ταφήν; σημαίνοντος τοῦ θείου γράμματος, ὡς ὑπὸ ἀνθρώπων τὸ σῶμα Μωϋσέως μὴ κεκηδεῦσθαι, ἀλλά, καθὼς ὑποτίθεται ἡ διάνοια, ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ταῦτα πάντα ἔτι ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἔτι ἐν τῷ ψυχικῷ τούτῳ καὶ πνευματικῷ ἅμα τελείως γενομένῳ, [3] λαβόντες δὲ ἀπεντεῦθεν τὸν ἀρραβῶνα εἰς ὑπόδειγμα τῆς τελείας τότε βλαστήσεως, ὅτε πληροῦται τὸ εἰρημένον, Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ, σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει. Πῶς γὰρ οὐκ ἀσθενὲς τὸ σπειρόμενον, καὶ μὴ γινώσκον ποῦ σπείρεται; πῶς οὐκ ἄτιμον τὸ ἐν μνήματι βαλλόμενον καὶ κόνιν ἐπαμώμενον, λακιζόμενόν τε καὶ ῥιπτούμενον, καὶ ἀναισθητοῦν; πῶς οὐκ ἔντιμον τὸ ἐγειρόμενον, καὶ εἰς αἰῶνα διαμένον, καὶ ἐν ἐλπίδι τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας οὐρανῶν βασιλείαν κτώμενον, ὅπου λάμψωσι δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος, ὅπου ἔσονται ἰσάγγελοι, ὅπου μετὰ τοῦ νυμφίου χορεύσουσιν, ὅπου οἱ περὶ Πέτρον καθέζονται ἐπὶ δώδεκα θρόνους, τὰς δώδεκα φυλὰς κρίνοντες τοῦ Ἰσραήλ, ὅπου λήψονται οἱ δίκαιοι ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; Ἡμῶν τοίνυν ἡ ἀνάστασις ἐν θεῷ, καὶ παντὸς ἀνθρώπου δικαίου τε καὶ ἀδίκου, ἀπίστου τε καὶ

Cap. LXIX. — 1. *Fortasse* μεταβαλών.
2. *Libri vulgo* τοὺς περὶ.
3. *An fortasse* λαβόντος?

cem perforaret, minimeque idonea ex materia laticem aquae proferret? quod siccum erat in humorem converteret? percussum mare Exod. 14. duodecim in vias atque itinera maritima solo imperio divideret? flu- Exod. 7. vium in sanguinem mutaret? ranarum tantam repente copiam in unum Exod. 8. cogeret? culices Aegyptiis immitteret? misceret igni grandinem? nigerrimam noctem ac densissimis tenebris obductam iisdem illis Aegy- Exod. 9. et 10. et 12. et 13. ptiis offunderet? primos Aegyptiorum partus interficeret? igneae columnae beneficio populo, quem pastoris instar regebat, iter praeiret? angelorum panem oratione ac precibus eliceret? coturnices largis- Exod. 16 et Ps. 77, 25. sime suppeditaret, ac tot hominum millia deo iubente satiaret? eiusdem dei vocem exaudiret? dignus inquam haberetur ex tam infinita Exod. 14, 18. hominum multitudine, qui et dei vocem audiret, et illius colloquio frueretur? quadraginta dies totidemque noctes nullam earum rerum desideraret, quibus naturae necessitate ad vitam sustentandam alimur? illius deinde caro solis in splendorem ac radiantem fulgorem verteretur, qui ita populi oculos perstringeret ut illius faciem fixis oculis contemplari Israelis posteri nequirent? ut illius manus in ni- Exod. 4, 7. vem mutaretur ex carne? ut ad Core, Dathan, Abiron, et Annan Num. 16. hauriendos dehiscere terram iuberet? ut illud audiret denique: *Ascende in montem, et illic morere?* ut illius sepulturam hominum Deut. 32, 49. nemo cognosceret? Quandoquidem sacrae istud literae significant, non esse ab hominibus Moysis corpus sepultum, sed ab angelis videlicet, quod verba ipsa tacite intelligentiae nostrae subiiciunt. Atque haec omnia tum gesta sunt, cum adhuc in hoc mundo versaretur, gesta autem in eo quod animale erat ac spiritale perfecte simul est factum. Sed nos velut quoddam illinc pignus accipimus, ad illius perfectae pullulationis exemplum, quae tum accidet, cum dictum illud implebitur: *Seminatur in ignobilitate, resurget in gloria: semi-* 1. Cor. 15, 43. *natur in infirmitate, resurget in virtute.* Etenim nonne infirmum est quod ita seminatur, ut ubi seminetur ignoret? Ignobilitate vero nonne plenum illud est quod in sepulchrum abiectum obruitur aggestu pulveris, ac laceratur, proiicitur omnique sensu destituitur? Contra vero nonne gloriosum id est, quod ad vitam excitatur, et in sempiternum permanet, ac cum divinae benignitatis spe ac fiducia coeleste regnum possidet? *Ubi fulgebunt iusti sicut sol?* Ubi *an-* Matth. 13, 43. *gelis erunt aequales?* Ubi cum sponso choreas agent? ubi cum Pe- Matth. 22, 30. tro apostoli *duodecim in thronis consident, totidemque Israelitarum tri-* Matth. 19, 28. *bus iudicant?* Ubi ea iusti percipient, *quae nec oculus vidit, nec au-* 1. Cor. 2, 9. *ris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparavit deus diligentibus se?* Nostra igitur resurrectio dei est ope ac virtute futura, generisque hominum omnis, tam iustorum videlicet quam in-

πιστοῦ, τῶν μὲν ἐγειρομένων εἰς ζωὴν αἰώνιον, τῶν δὲ εἰς κρίσιν αἰώνιον.

Κεφ. ο΄. pag. 601. Καὶ σιώπα Βαβυλὼν, ἡ ἀρχαία πάλιν ἡμῖν ἀνακαινιζομένη σύγχυσις. Πεφίμωσο Σόδομα, καὶ ἡ τῆς πολλῆς σου δεινότητος πρὸς θεὸν κραυγὴ ἀνερχομένη· Ἥξει γὰρ ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος ἀποστρέψαι ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ, καὶ σαλπίσει, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται, καὶ ἡμεῖς ἁρπαγησόμεθα εἰς συνάντησιν αὐτῷ εἰς ἀέρα. Ὡς καὶ ὁ καλλίων μακαρίτης Μεθόδιος εἶπε· τοῖς δὲ αὐτοῖς καὶ αὐτοὶ οἰκοδομοῦντες προσεθήκαμεν. Ἀπὸ γὰρ τῶν συνεζευγμένων ἑκάστης λέξεως ἔστιν ἰδεῖν τὰ [1] ἐπίχειρα. Διαιρῶν γὰρ ὁ ἅγιος ἀπόστολος τῶν δύο τρόπων τὸ εἶδος εἰς μίαν ἐλπίδα συνήγαγεν, ἀπὸ τοῦ, Ἡμεῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, ἵνα δείξῃ ὄντως τοῦτο τὸ σῶμα, καὶ οὐχ ἕτερον παρὰ τοῦτο (ὁ γὰρ ἁρπαγεὶς οὔπω τέθνηκε), δεικνὺς δὲ ὅτι οὐ φθάσομεν τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν, ἵνα τὸ παρὰ ἀνθρώποις ἄπορον θεῷ εὐπόριστον καὶ δυνατὸν ἀποδείξῃ. Ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κεκοιμημένους, καὶ τὴν αὐτῶν ἀνάστασιν· ἔδειξε τοὺς ζῶντας καὶ ἁρπαζομένους, ἵνα ἀπὸ τῶν ζώντων δείξῃ τὰ ἐκείνων σώματα ὁλοσχερῆ ἐγειρόμενα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐκείνους πρωτεύειν τῶν περιλειπομένων ζώντων τὸ δυνατὸν τοῦ θεοῦ ἀποδείξῃ. Καὶ ὁρᾶτε οἱ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμελόμενοι, ὅτι πάντες οἱ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐνεχθέντες ἑαυτοῖς τὴν ἀδικίαν προσεπορίσαντο. Ὡς καὶ ὁ ἅγιος προφήτης Δαβὶδ λέγει, Συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. Πᾶς γὰρ ὁ ἑαυτῷ συνάγων τὸν πόνον τῶν ἀλλοτρίων διανοημάτων ἑαυτῷ τίκτει τὴν ἀδικίαν καὶ τοῖς πειθομένοις. Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Ἀλλὰ πρὸς ταῦτα πάντα εἴ τις ἔχει ἀντιλέγειν, ἡκέτω ἐπὶ τῷ θεῷ, ἀντιπράττων [2] καμέτω. Θεὸς γὰρ ἰσχυρὸς οὐ κοπιάσει, οὐδὲ διψήσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. Ἐν ᾗ τὰ λελυμένα σώματα ἐγείρει, ἐν ᾗ τὸ ἀπολλύμενον σώζει, ἐν ᾗ τὸ τεθνηκὸς ζωογονεῖ, ἐν ᾗ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν ἀμφιέννυσιν, ἐν ᾗ τὸν κόκκον τὸν πεσόντα εἰς ἀνάστασιν φέρει, ἐν ᾗ τὸν σπαρέντα καὶ ἀποθανόντα εἰς περισσοτέραν φαιδρότητα ἄγει ἀνακαινίζων· ὡς ἐν πολλαῖς γραφαῖς ἐμφέρεται, αἰνιττομένης τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως.

Κεφ. οα΄. pag. 602. Ἐν μὲν τῷ Δαβὶδ περὶ τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβὶδ ψαλμὸς, ὡς καραδοκῶν ὁ προφήτης καὶ πνεύματι ἁγίῳ σκοπῶν τὸ μέλλον εὐλόγως περὶ ἀναστάσεως ἔφη, Ὑψώσω σε, κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με,

Cap. LXX. — 1. „Vox τὰ ἐπίχειρα non satis huic sententiae convenit. Fort. ἐπίκαιρα". *Petavius. Retinendum esse* τὰ ἐπίχειρα *persuadet alter locus haer.* 66, 45., *ubi* ἐπίχειρα *item fere significat* πρόχειρα, *vel* προὖπτα, *h. e.* aperta, prompta.

iustorum, infidelium perinde ac fidelium, quorum *ad vitam alii, ad* Matth. 25. 46.
*aeternum alii iudicium resurgunt.*

Sile igitur Babylon, vetus illa nobis instaurata confusio: ta- Cap. LXX.
cete, inquam, Sodoma, horribiliumque vestrorum scelerum clamor
ad deum usque provectus. *Veniet enim ex Sion liberator qui ab Iacob* Isai. 59, 20. 1. Cor 15, 52.
*impietates avertat*, atque is *tuba personabit, et resurgent mortui, et* 1. Thess. 4, 17.
*nos rapiemur in occursum illius in aëra.* Id quod longe quam ego praeclarius beatus Methodius pertractavit, et nos iis quae ab eo disputata sunt istud adstruximus. Enimvero ex his quae coniuncta sunt uniuscuiusque dictionis sensum licet intelligere. Atque apostolus duplicis modi speciem distinguens in unam spem contulit, ab iis verbis: *Nos rapiemur in nubibus in occursum illius*, ut hoc ipsum corpus vere esse, non praeter ipsum aliud, ostenderet. Nam qui rapitur, nondum est mortuus. Sed et illud demonstrat, mortuorum nos resurrectionem minime anteversuros esse, ut quod expediri ab hominibus non potest, a deo explicari facile ac fieri posse declararet. *Nos enim*, inquit, *qui vivimus, non praeveniemus eos qui dormiunt;* quorum resurrectionem indicat. Et has voces, *viventium* ac *raptorum*, addidit, ut priori corpora illorum doceret integra resurgere, atque ex eo quod viventes reliquos anteirent dei potentiam indicaret. Videte quaeso quotquot vitae vestrae curam geritis, omnes qui ad oppugnandam veritatem insurrexerunt sibi ipsis iniustitiae labem ac-
quisivisse. Quod iis verbis David propheta testatur: *Concepit labo-* Ps. 7, 14.
*rem, et peperit iniquitatem.* Nam qui alienarum absurdarumque cogitationem laborum sibi colligit, tam sibi quam quibus persuadere
poluerit, iniustitiam parit. *Lacum aperuit, et effodit illum, et in-* Ps. 7, 15.
*cidet in foveam quam fecit.* Ac si quis his omnibus contradicere potest, prodeat in medium, ac deo, si potest, labore suo resistat.
*Deus enim fortis, non laborabit, neque sitiet, neque est investigatio* Isai. 40, 28.
*prudentiae ipsius.* Qua fretus dissoluta corpora excitat, quod perditum est servat, quod mortuum est ad vitam revocat, corruptum incorruptione vestit, granum quod cecidit ad resurrectionem erigit, hominemque qui satus ac mortuus est uberiorem ad splendorem instaurando perducit, uti pluribus in scripturae locis expressum est, in quibus resurrectio nostra significatur.

Sic apud Davidem in illo Psalmo qui *De aedis dedicatione* in- Cap. LXXI.
scriptus est, in quo velut expectationis suspensus et futura spiritus sancti ope diu ante propheta prospiciens consentanee de resurrectione
ita pronuntiat: *Exaltabo te, domine, quoniam suscepisti me;* instau- Ps. 29, 1.

2. καμέτω *ego. Libri omnes* καμάτῳ. *Petavio placuit* ἀκαμάτῳ.

ἀνακαινίζων μου τὸν οἶκον, τουτέστι τὸ σῶμα τὸ πεσὸν, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐμέ. Καὶ Σολομὼν ἐν Παροιμίαις ὡσαύτως εἰς τὴν ἐκεῖσε ἑτοιμασίαν τὰ πάντα τῆς ἐλπίδος παρασκευάζων προὔτρεπε, φάσκων, Ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, ἔξοδον λέγων τὴν ἀπεντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, καὶ, Ἑτοιμάζου, φησὶν, εἰς τὸν ἀγρὸν, ὁμοῦ πᾶσι τὴν νουθεσίαν ἐπεκτεινόμενος τοῖς κατὰ ἀγρόν τε καὶ κατὰ ἄστυ, λογίοις τε καὶ τοῖς τὰς βαναύσους τέχνας ἐπιχειροῦσιν, οἷς οὐδεμία ἐργασία κατὰ ἀγρὸν ἐπιζητουμένη. Πόθεν γὰρ λινουργοῖς καὶ ἀργυροχόοις, ποιηταῖς τε καὶ λογογράφοις, ἡ κατὰ τὴν ἄρουραν ἑτοιμασία; — συλλήβδην γὰρ ὁμοῦ ἡ φωνὴ ἀδιακρίτως τοὺς πάντας ἐπειποῦσα κέκληκεν, Ἑτοιμάζου εἰς τὸν ἀγρόν· — ἀλλ᾽ ἢ τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ πολίτῃ τε καὶ ἀγροίκῳ ἀπόθεσις τοῦ σώματος ἀγρὸς, διὰ τὴν ταφὴν καὶ τὸ τέλος. Εἶτα μετέπειτα τὴν αὐτὴν τῆς ἀναστάσεως σημαίνων ἐλπίδα φάσκει, Καὶ ἀνοικοδομήσεις τὸν οἶκόν σου. Ἅπαξ γὰρ ᾠκοδομήθη ἐν τῇ πλάσει τῇ κατὰ τὴν γαστέρα, ὅτε αἱ μητέρες ἐκύϊσκον ἕκαστον ἡμῶν ἐν τῇ πλάσει, ἀπὸ δὲ τῆς γῆς ἡ ἀνάστασις, ἢ ἀπὸ ἀγροῦ, [1] ἔτι οἰκοδομουμένου, διὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ καθαίρεσιν ἐν τῷ τῆς ταφῆς πτώματι. Ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἔφη, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτὸν, ἢ οἰκοδομῶ αὐτὸν, σοφία ὢν, καὶ ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ, ᾗ οὐκ ἔστιν ὑπὸ ἀνθρώπων ἐξεύρεσις, ἐν ᾗ ἐξ ἀπόρων τόπων, διαχυθέντων ἡμῶν τῶν σωμάτων τῶν μὲν εἰς τέφραν, τῶν δὲ ἐν θαλάσσῃ, [2] τῶν δὲ ὑπὸ σαρκοβόρων οἰώνων, τῶν δὲ ὑπὸ θηρῶν, τῶν δὲ ὑπὸ σκωλήκων φθαρέντων, φέρει.

Κεφ. οβ'. Εἰ γὰρ τὰ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν εἰς τὸ εἶναι, πόσῳ γε μᾶλλον τὸ ὂν εἰς τὴν ἰδίαν κατάστασιν εὐχερῶς ἀποκαταστήσειεν; ἵνα δικαίαν ὁρίσῃ κρίσιν, ἵνα μὴ ἕτερον ἀνθ᾽ ἑτέρου κρίνῃ, ἵνα μὴ ἀποστερήσῃ τὸ καμόν. Εἰ γὰρ ψυχῆς ἡ ἀπόλαυσις καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονομία, μετασχέτω τὸ σῶμα ὃ βούλεται. Τρυφάτωσαν οἱ περὶ τὸν Γεδεών· μὴ μάτην καμνέτω Ἰωάννης ἐκ καμήλων ἔχων τὸ ἔνδυμα, μὴ ἐν
pag. 603. ἀναχωρήσει τὴν σάρκα ὑπωπιάσωμεν, μὴ τὰ σώματα ἡμῶν δαμάσωμεν τῇ ἁγνείᾳ. Εἰ δ᾽ ἄρα κοινωνεῖ σῶμα ἐν πολιτείαις, ἐν ἁγνείᾳ, ἐν νηστείᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, οὐκ ἄδικος ὁ θεὸς ἀποστερεῖν τὸν κάματον τοῦ κεκμηκότος, καὶ μὴ ἀποτῖσαι τὴν μισθαποδοσίαν τῷ ἅμα τῇ ψυχῇ κεκμηκότι σώματι. Εὐθὺς γὰρ εὑρεθήσεται ἀργὴ ἡ κρίσις. Εἰ γὰρ ἡ ψυχὴ μονωτάτη εὑρεθήσεται, ἀντιλέξειεν κρινομένη ὅτι, Οὐκ

Cap. LXXI. — 1. *Rescripsi* ἔτι οἰκοδομουμένου, διὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ, *Petavium secutus, atque Cornarium, qui vertit:* „— quae reaedificatur propter illatam ipsi destructionem in sepulturae ruina.“ *Libri praebent vulgo:* οὐκέτι οἰκοδομουμένη, διὰ τὴν ἐνεχθεῖσαν αὐτῇ.

2. *Vulgo* τῆς.

randa scilicet domo mea, hoc est corpore quod ceciderat, *et non delectasti inimicos meos super me.* Ita et in Proverbiis Salomon ad futuram illam vitam spem omnem nostram praeparans hunc in modum hortatur: *Praepara in exitum opera tua.* Nam exitus nomine Prov. 24, 27.
decessionem ex hac vita complexus est. Et, *Praeparare*, inquit, *ad agrum.* Quam commonitionem pertinere ad omnes voluit qui in agro aut in urbe degerent, ac tam eruditos quam opifices ac mechanicos, qui nullum in agro opus habent quod exerceant. Quid enim linificibus et aurifabris, aut poëtis ceterisque scriptoribus est cum agrorum cultura commune? Quare vox illa sine ullo discrimine universos simul appellat, *Praepara te ad agrum*, atque illud significat, omnium hominum generi, tam urbano quam rustico, corporis depositionem agri instar esse, propter sepulturam ac vitae exitum. Deinde eandem spem resurrectionis ostentans addit, *Et instaurabis domum tuam.* Quippe semel cum in utero formaretur est exstructa, cum scilicet unumquemque nostrum matres fingendi caussa parturirent. Tum a terra fit agrove resurrectio, cum eversa post illam in sepulchrum deiectionem domus erigitur. Quod et redemptor noster sic locutus aperuit: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus su-* Ioann. 2, 19.
*scitabo illud*, sive aedificabo; utpote cum sapientia sit, et quidem pro summa sua prudentia, quam *nulla hominum investigatio* potest Isai. 40, 28.
assequi. Qua etiam praeditus difficillimis ex locis, delapsis dissolutisque corporibus nostris, ac partim in cineres conversis, partim in mari, partim a carnivoris avibus, partim a bestiis, partim vermibus consumptis, eadem nihilominus restituit.

Cap. LXXII.

Nam si quae nihil erant, aliquid ut essent, perfecerit, quanto id quod iam existit propriam in naturam conditionemque facilius instaurabit, ut et rectum iudicium instituat, et alterum pro altero non condemnet, et quod labore fatigatum est sua mercede non privet? Etenim si ad solam animam fructus et coelestis regni possessio pertinet, sane corpus iis omnibus quae concupiverit fruatur, versetur in deliciis Gedeon, neque frustra Ioannes labore se cruciet, contexto ex camelorum pilis cilicio vestitus, neque in solitudines abditi *car-* Matth. 3, 4.
*nem nostram suggillemus*, neque corpora castitatis exercitatione do- 1. Cor. 9, 27.
memus. Sin autem omnium vitae institutorum, si castimoniae, si ieiunii, si ceterarum virtutum corpus est particeps, *non iniustus est* Hebr. 6, 10.
*deus*, ut ei qui laboraverit laboris mercedem subtrahat, corporique quod cum anima communiter in laborem incubuerit nullum praemium persolvat. Hoc enim posito inane ac supervacaneum erit iudicium. Nam si sola duntaxat anima sisteretur, obiicere in iudicio posset,

ἀπ' ἐμοῦ τὸ αἴτιον τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ ἀπ' ἐκείνου τοῦ φθαρτοῦ, καὶ γηΐνου σώματος, τὸ πορνεύειν, τὸ μοιχεύειν, τὸ ἀσελγαίνειν· ἐξότε γὰρ ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστη, οὐδέν μοι τούτων πέπρακται. Καὶ ἔσται εὐαπολόγητος, καὶ παραλύουσα τὴν τοῦ θεοῦ κρίσιν. Εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ ἀγάγοι ὁ θεὸς (δύναται γὰρ, ὡς καὶ ἄνω μοι διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ δεδήλωται, εἰ καὶ διὰ παραβολὴν τὸ ἔργον γεγένηται), ἀλλὰ τὸ εἶδος εἰς ἀλληγορίαν τῆς τότε [1] παραβουλευθείσης ἀληθείας ἐτελειώθη, ὡς συνήχθη ὀστέον πρὸς ὀστέον, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ ξηρῶν ὄντων τῶν ὀστέων, καὶ οὐδέπω ψυχῆς, οὐδὲ πνεύματος τοῦ κινοῦντος ἐν αὐτοῖς ὄντος· καὶ εὐθὺς τὰ σώματα συνήχθη, καὶ κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον ἐστερεώθη. Καὶ εἰ θέλει θεὸς, δυνατός ἐστι τοῦτο ποιῆσαι, ἄνευ ψυχῆς παρεῖναί τε καὶ κινεῖσθαι, ὡς καὶ τὸ τοῦ Ἄβελ αἷμα σῶμα ὂν μετὰ θάνατον ἐφθέγγετο, καὶ οὐ ψυχὴ (οὐ γὰρ ψυχή ἐστι τὸ αἷμα, ἀλλὰ σῶμά ἐστι τὸ φαινόμενον), ἀλλ' οὐ δυνήσεται σῶμα ἄνευ ψυχῆς κριθῆναι. Ἀντιλέξειε γὰρ καὶ αὐτὸ, λέγον ὅτι, Οὐκ ἐγὼ ἥμαρτον, ἀλλὰ ἡ ψυχή· μὴ ἐξότε ἀπεκινήθη ἀπ' ἐμοῦ, [2] μὴ ἐμοίχευσα; μὴ ἐπόρνευσα; μὴ εἰδωλολάτρησα; Καὶ ἔσται ἀντιλέγον τὸ σῶμα τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, καὶ εὐλόγως ἀντιλέγον. Τούτου ἕνεκα τοίνυν, καὶ διὰ πολλὰ ἄλλα καὶ ἀναγκαῖα, ὁ θεὸς ἐν τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ τὰ τεθνεῶτα ἡμῶν σώματα καὶ τὰς ψυχὰς εἰς παλιγγενεσίαν φέρει ἐν τῇ αὐτοῦ ὑποσχέσει τῆς φιλανθρωπίας, εἰς τὸ τὸν κεκμηκότα ἐν ὁσιότητι ἀπολαβεῖν τὴν πᾶσαν ὑπὸ θεοῦ καλὴν ἀνταπόδοσιν, καὶ τοὺς τὰ μάταια πεποιηκότας ὡσαύτως κριθῆναι, σῶμα ἅμα ψυχῇ, καὶ ψυχὴν ἅμα σώματι.

Κεφ. ογ'. Ἀλλὰ ἀρκέσει μοι ταῦτα πρὸς τὸν ἐθελόσοφον Ὠριγένην, τὸν ματαίως ἑαυτῷ ἐπιθέμενον ὄνομα Ἀδαμάντιον, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀτο-
pag. 604. πίαν καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς πίστεως κακῶς ἐπινενοημένην ὀλέθριον διδασκαλίαν. Παρελθὼν δὲ καὶ τούτου τὴν αἵρεσιν καθεξῆς τὰς ἄλλας, ἐπιπόθητοι, διασκέψομαι, θεὸν συνήθως ἐπικαλούμενος [1] ἀρωγὸν τῆς ἡμῶν ἰδιωτίας, πρὸς τὸ δυνηθῆναι ἀντισχεῖν πρὸς πᾶσαν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπεγειρομένην φωνὴν ματαίαν καὶ ἡττῆσαι, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἡσαΐου ῥηθέντα ὅτι, Πᾶσα φωνὴ ἣ ἐπαναστήσεται ἐπὶ σὲ, πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις, οἱ δὲ ἔνοχοι ἔσονται ἐν αὐτῇ· ἵν' οὕτως ἐν θεῷ τὸ ἐπάγγελμα περαιωσάμενοι τοῖς βουλομένοις νουνεχῶς ἐντυγχάνειν, εἰς γυμνασίαν ἀληθείας καὶ φάρμακον ἰάσεως περὶ ἑκάστου θηρὸς καὶ ἰοβόλου ἑρπετοῦ, τῶν προσώπων τῶν

Cap. LXXII. — 1. παραβολευθείσης *placuit Petavio.* 2. μὴ *uncinis notavit Petavius.*

Non a me peccatum exortum est, sed a corruptibili illo terrenoque corpore stuprum, adulterium ac libidines profectae sunt: nam ex quo tempore a me seiunctum est, nihil est horum commissum. Honesta sane excusandi sui ratio, et ad dei iudicium evertendum idonea. At si corpus ipsum quoque deus produxerit, hoc enim facere potest, ut Ezechiele supra demonstravimus, tametsi figura quadam ac similitudine tum id opus perfectum fuerit: verum ad veritatem, quae tunc similitudine illa referebatur, adumbrandam istiusmodi species est expressa. Cum scilicet os unum ad alterum, et compages Ezech. 37, 7.
ad compagem accommodata est, ac cum arida essent ossa, nec ulla adhuc anima vel spiritus, quo agitarentur, in ipsis inesset, subinde tamen coagmentata sunt et, ut propheta loquitur, *solidata corpora.* Ac si ita deo libuerit, perficere istud potest, nullo ut animae interventu prodeant, ac sese commoveant. Non secus atque *Abelis san-* Gen. 4.
*guis post obitum* loquebatur, non anima. Non enim anima est sanguis, sed corpus illud quod apparet. Verum corpus sine anima iudicari non potest. Nam et ipsum resisteret, et hunc in modum exciperet: Non ego peccavi, sed anima; ex quo enim tempore a me discessit, num adulterium, num stuprum ullum admisi? num simulacra colui? Ita corpus iustissimo dei iudicio, et quidem iure, contradicet. Quibus de caussis, aliisque compluribus ac necessariis, pro infinita sua sapientia deus emortua nostra corpora et animas novam ad generationem perducit, quemadmodum ex ingenti sua humanitate promisit. Ut qui in sanctitatis officiis elaboraverit, eximium a deo praemium omne percipiat, et quorum inania fuerint opera, perinde iudicentur: ut et corpus cum anima, et anima cum corpore ei se iudicio subiiciant.

Cap. LXXIII.
Atque haec adversus arrogantem illum Origenem dicta sufficiant, qui frustra Adamantii sibi nomen imposuit, atque adversus illius absurda dogmata perniciosamque doctrinam, quam contra veritatem multis in fidei nostrae partibus excogitavit. Nunc illius haeresi praetermissa deinceps me, carissimi, ad alias considerandas transferam, a deo pro more postulans tenuitatis ut nostrae adiutor esse velit, ut adversus inanem vocem omnem quae contra veritatem insurgit resistere ac victoriam obtinere possimus; ut Esaias propheta dicit: *Omnis vox, quae insurget contra te, omnes illos superabis; hi* Isai. 54, 17.
*autem rei erunt in illa.* Ut cum dei auxilio quod proposuimus executi, in eorum gratiam, qui sapienter haec nostra legere voluerint, ad illustrationem veritatis et salutare quoddam medicamentum, quod antidoti sit instar, adversus uniuscuiusque serpentis, ac venenati

Cap. LXXIII. — 1. ἀῤῥωγὸν *edit. princ.*

*αἱρέσεών φημι, δίκην ἀντιδότου, καὶ ταυτησὶ τῆς τῶν Ὠριγενιαστῶν φρύνου δίκην μεμορφωμένης, ἐκ νοτίδος πολλῆς κυκῶντος καὶ φωνῇ μείζονι ἐπικραυγάζοντος, λαβόμενοι τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν προπότιον, ὡς εἰπεῖν, ἀποβλύσωμεν τὸ γλισχρῶδες τοῦ ἰοῦ τοῦ φρύνου καὶ ἑρπετώδους μοχθηροῦ τὴν ἀδικίαν. Συμβέβηκε γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο μετὰ πάντων τῶν παθῶν. Ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχω καὶ στενάζω ὅτι, Οἴμοι, πῶς ἐβλάβης, πόσους τε ἄλλους ἔβλαψας, ὡς ὑπὸ δεινῆς ἐχίδνης δηχθεὶς, ἀπὸ τῆς κοσμικῆς προπαιδείας φημὶ, καὶ ἄλλοις δηλητήριον γέγονας.*

*Φασὶ γὰρ οἱ φυσιολόγοι τὸν [2] μυωξὸν ἐμφωλεύειν καὶ τὰ γεννήματα αὐτοῦ ἐπιτοαυτὸ πολλὰ τίκτειν, ἕως πέντε καὶ ἔτι, τὰς δὲ ἐχίδνας [3] τούτους θηρᾶσθαι· καὶ ἐὰν εὕρῃ ὅλον τὸν φωλεὸν ἡ ἔχιδνα, μὴ δυναμένη τοὺς ὅλους καταφαγεῖν ὑπὸ ἓν, ἐσθίει εἰς κόρον ἕνα ἢ δύο, τῶν δὲ λοιπῶν κατακεντήσασα τοὺς ὀφθαλμοὺς σιτία φέρει καὶ ἀνατρέφει τυφλὰ γεγονότα, ἕως ὅτε βούλεται ἕκαστον αὐτῶν προφέρειν, καὶ τοῦτον ἐσθίειν. Ἐὰν δὲ συμβῇ τινας ἀπείρους περιτυχεῖν τοῖς τοιούτοις, καὶ λάβωσιν αὐτὰ εἰς ἐδωδὴν, δηλητήριον ἑαυτοῖς λαμβάνουσιν ἀπὸ τοῦ ἰοῦ τῆς ἐχίδνης ἀνατεθραμμένα. Οὕτω καὶ σὺ, Ὠριγένη, ἀπὸ τῆς προειρημένης Ἑλληνικῆς παιδείας τυφλωθεὶς τὸν νοῦν ἐξήμεσας τὸν ἰὸν τοῖς πεισθεῖσί σοι, καὶ γέγονας αὐτοῖς εἰς βρῶμα δηλητηρίου, δι' ὧν αὐτὸς ἠδίκησαι ἀδικήσας τοὺς [4] πλείους.*

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

2. μ..ξον *edit. princ. At in versione Latina Cornarius plene scripsit* Myoxum.
3. τούτοις *edit. princ.*
4. *In fine capitis huius et libri in cod. Veneto ab eadem manu addita leguntur haec:* Εἴπαμεν δὲ κατ' αὐτοῦ τοῦ Ὠριγένους ἐν ταῖς ἄνω διαλαλιαῖς ὡς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐβλασφήμησε, ποιητὸν θεὸν ὁρισάμενος, καὶ μὴ δύνασθαι ὁρᾶν τὸν πατέρα· ὡςαυτῶς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα μὴ δύνασθαι ὁρᾶν τὸν υἱὸν, καὶ ὡς τὴν ψυχὴν προϋπάρχουσαν παρεξηγή-

reptilis insidias, hoc est varias haereseon formas, et huius Origenianae potissimum, quae instar rubetae multo ex humore formatae miscet omnia, ac maiori clamore contendit, Christi domini resurrectione sumpta, velut potione quadam ad praecavendum parata, lentum ac viscosum virus exspuamus, nimirum rubetae illius ac serpentis nequissimi perniciem. Hoc enim ipsi ad alias calamitates accessit. Unde illius caussa doleo ac vehementer ingemisco. Hei mihi! quomodo laesus ipsae alios plerosque laesisti, atque ab externis mundi huius disciplinis, quasi ab horribili quadam vipera morsus, ceteris veneni instar es factus!

Ceterum naturalium rerum scriptores asserunt Myoxum in latibulis suis fetus eodem partu plures edere, quinque videlicet, et eo amplius iisque insidiari viperam. Quae universos in latibulo nacta cum devorare simul omnes nequeat, tum quidem unum alterumque ad satietatem absumit, ceteros confossis oculis ad pabulum aufert, caecosque nutrit, donec prolatos, ubi libitum est, singulos depascatur. Ac si forte ignari quidam in tales inciderint, et ad vescendum ceperint, letiferum ex iis venenum hauriunt, utpote viperae veneno nutritis. Ita et tu, Origenes, a Graecanicis illis disciplinis mentis oculis excaecatus, in eos qui tibi adhaeserunt tuum virus evomuisti, iisdemque exitialis cibi loco fuisti, atque iis ipsis rebus, quae detrimento tibi fuerunt, detrimentum illis attulisti.

FINIS PRIORIS TOMI LIBRI SECUNDI.

σατο, καὶ ἄνω πλημμελήσασαν εἰς τὸ σῶμα κατῆχθαι, καὶ ὅτι ὁ διάβολος ἀποκατασταθήσεται εἰς τὴν ἰδίαν ἀρχήν. Ἐμακαρίσθη τοίνυν Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς καὶ οἱ λοιποὶ ἅγιοι ὅτι κοινωνοὶ αὐτοῦ ἔσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Καὶ ἀλληγορικῶς εἶναι Παράδεισον, καὶ τὰ ὕδατα ἐπάνω τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ οὐχ ἀληθείᾳ.

pag. 605. ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ ΚΑΙ ΕΝ ΤΩΙ ΔΕΥΤΕΡΩΙ ΤΟΜΩΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ, ΠΕΜΠΤΩΙ ΔΕ ΟΝΤΙ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΟΝ ΑΡΙΘΜΟΝ, ΕΝ ΩΙ ΕΙΣΙΝ ΑΙΡΕΣΕΙΣ ΠΕΝΤΕ, ΟΥΤΩΣ.

α΄. Παύλου τοῦ Σαμοσατέως. Οὗτος ἀνύπαρκτον τὸν Χριστὸν ὀλίγου δεῖν διαβεβαιοῦται, λόγον προφορικὸν [1] ὄντα σχηματίσας, ἀπὸ δὲ Μαρίας καὶ δεῦρο εἶναι· προκαταγγελτικῶς τὰ περὶ αὐτοῦ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰρημένα [2] ἔχοντος, μὴ ὄντος δὲ, ἀλλὰ ἀπὸ Μαρίας καὶ δεῦρο ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου [3] παρουσίας.

β΄. Μανιχαῖοι, [4] οἳ καὶ Ἀκουανῖται, οἱ [5] ἀπὸ τοῦ Μάνη μαθηταὶ τοῦ Πέρσου, Χριστὸν [6] σχήματι λέγοντες, ἥλιον σέβοντες καὶ σελήνην, ἄστροις τε καὶ δυνάμεσι καὶ δαίμοσιν εὐχόμενοι, ἀρχὰς δύο εἰσάγοντες, πονηράν τε καὶ ἀγαθὴν, ἀεὶ οὔσας· Χριστὸν δὲ δοκήσει πεφηνέναι, καὶ δοκήσει πεπονθέναι· παλαιὰν διαθήκην βλασφημοῦντες, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα θεόν· κόσμον δὲ οὐ τὸν πάντα, ἀλλὰ μέρος ἐκ θεοῦ γεγενῆσθαι ὁριζόμενοι.

γ΄. Ἱερακῖται, οἱ ἀπὸ τοῦ [7] Ἱέρακος τοῦ Λεοντοπολίτου τοῦ Αἰγύπτου, ἐξηγητοῦ τινος, σαρκὸς ἀνάστασιν [8] ἀθετοῦντος· χρώμενοι παλαιᾷ καὶ νέᾳ διαθήκῃ, καὶ ἀπαγορεύοντες γάμον παντελῶς, μονάζοντάς τε καὶ παρθένους δεχόμενοι, καὶ ἐγκρατευομένους, καὶ [9] χήρους· τὰ δὲ μηδέπω ἐν ἡλικίᾳ γεγονότα παιδία βασιλείας μὴ μετέχειν, διὰ τὸ μὴ ἠθληκέναι.

δ΄. [10] Μελητιανοὶ, οἱ ἐν Αἰγύπτῳ σχίσμα ὄντες, ἀλλ᾽ οὐχ αἵρεσις, μὴ συνευξάμενοι τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσι, νῦν δὲ Ἀρειανοῖς συναφθέντες.

1. αὐτὸν *Io. Damascenus et Anacephal.*
2. ἔχοντος μὲν, μὴ *Io. Damasc. In Anacephalaeosi hoc* μὲν *comparet post* προκαταγγελτικῶς.
3. παρουσίας ἔχειν τὴν ὕπαρξιν *Io. Damasc.*
4. οἱ *libri.*
5. *Vocem* ἀπὸ *uncinis inclusit Petav. Nec habent Io. Damasc. et Anaceph. Pro* Μάνη *in Anaceph. extat* Μανῆ, *in Io. Damasc.* Μανοῦ.

# INDICULUS HAERESEON QUAE IN TOMO II. LIB. II. CONTINENTUR, QUI EST EO QUEM SUPRA POSUIMUS ORDINE V., IN QUO HAERESES V CONTINENTUR, HOC MODO.

I. Pauli Samosateni. Hic propemodum non existere Christum affirmat, atque eiusmodi verbum esse fingit quod in prolatione consistit; eundem porro esse a Maria coepisse. Ac quae sacris in literis de eo pronuntiata sunt, praedicentis esse more dicta, cum ipse nondum existeret, sed a Maria, uti diximus, et ab eo duntaxat tempore quo carne praeditus advenit esse coeperit.

II. Manichaei, quos et Acuanitas vocant, Manis Persae discipuli. Christum figuram quandam esse defendunt, Solem Lunamque venerantur. Stellis ac virtutibus et daemonibus supplicant. Sempiterna duo principia, bonum ac malum, constituunt. Christum specie tenus apparuisse, specieque tenus esse passum. Vetus testamentum, eumque qui in illo locutus est, maledictis onerant. Mundum non universum a deo, sed eius partem fabricatam esse statuunt.

III. Hieraciae ab Hierace interprete ac doctore quodam Leontopoli, quod Aegypti oppidum est, oriundo. Qui resurrectionem carnis respuit. Utuntur illi veteri ac novo testamento. Nuptiis penitus interdicunt. Monachos et virgines continentes ac viduos admittunt. Pueros matura nondum aetate regni coelestis participes esse negant, quod nondum certamine perfuncti sunt.

IV. Meletiani schismatis in Aegypto, non haeresis locum obtinent. Qui cum illis precum communione coniungi noluerunt, qui in persecutione lapsi sunt. Nunc se ad Arianos aggregarunt.

6. *Ita et Io. Damasc. Sed in utroque fortasse reponendum* σχῆμά τι.

7. *Ab ipso Epiphanio plerumque appellatur* Ἱέρακας; *sed et* Ἱέραξ *haer.* 55, 5.

8. ἀθετοῦντες *Io. Damasc.*

9. χήρας *Io. Damasc. Cf. haer.* 67, 2., *ubi etiam extat* χήρα.

10. Μελιτιανοὶ, *uterque codex scriptus.*

pag. 606. ε΄. Ἀρειανοὶ, [11] οἳ καὶ Ἀρειομανῖται, οἳ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ κτίσμα λέγοντες, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα κτίσματος, σάρκα μόνον τὸν σωτῆρα ἀπὸ Μαρίας εἰληφέναι διαβεβαιούμενοι, καὶ οὐχὶ ψυχήν. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἄρειος πρεσβύτερος Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

[12] Αὕτη καὶ ἡ τοῦ δευτέρου βιβλίου, πέμπτου δὲ ἀπ' ἀρχῆς τῆς ἀκολουθίας ὄντος, ἀνακεφαλαίωσις αἱρέσεων πέντε.

11. *Vulgo* οἱ.

V. Ariani, sive Ariomanitae, dei filium creaturam esse dicunt, spiritum vero sanctum aliam esse creaturam. Salvatorem nostrum carnem duntaxat a Maria, non animam accepisse confirmant. Fuit hic Arius Alexandri episcopi Alexandriae presbyter.

Haec est quinque haereseon summa, quae in hoc II. libro, sive ordine V., continentur.

12. *Verba* Αὕτη - - - πέντε *non extant in cod. Rhedig.*

pag. 607. * ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

## ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

## ΚΑΤΑ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ,

τεσσαρακοστὴ πέμπτη, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ πέμπτη.

Κεφ. α΄. *Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς καλούμενος τούτους διαδέχεται, γεγονὼς μετὰ Ναυᾶτον καὶ Ὠριγένην, τὸν [1] λοιπὸν ἐν αἱρέσει ἀριθμούμενον δι' ἣν ἠθέλησεν ὑψαυχενίαν ἑαυτῷ ἐπισπάσασθαι, καὶ ἐπαρθῆναι κατὰ τῆς ἀληθείας, διὰ τῆς κομπώδους αὐτοῦ φλυαρίας καὶ ἐν διαβόλου [2] ἐπισεσεισμένης ἐννοίας. Ὃν πενθεῖν δεῖ, ὡς ἀληθῶς φθόνῳ διαβόλου [3] ἐξοκείλαντα, καὶ ἀπὸ ὕψους παραπεπτωκότα. Ἐπ' αὐτῷ γὰρ πληροῦται τὸ εἰρημένον, Βασκανία φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλὰ, καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας μεταλλεύει νοῦν ἄκακον.*

Οὗτος δὴ οὖν ὁ ἡμῖν εἰς ἐξήγησιν ἐπιμνημονευόμενος Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, οὗ τοῦ ὀνόματος ἐν ἀρχῇ ἐμνήσθημεν, καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ ποιούμεθα τὴν διήγησιν, ἀπὸ Σαμοσάτων ἦν τῆς ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Μεσοποταμίας καὶ Εὐφράτου, ὃς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ἡμέραις
pag. 608. Αὐρηλιανοῦ καὶ Πρόβου τῶν βασιλέων ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων καθίσταται ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. Ἀρθεὶς δὲ τῇ διανοίᾳ ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας, καὶ ἀνεκαίνισε τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρτέμωνος, τοῦ ποτε ὄντος ἐν ἀρχῇ πρὸ ἐτῶν πολλῶν, καὶ ἐσβεσμένου.

Φάσκει δὲ οὗτος θεὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ἕνα θεὸν, ἐν θεῷ δὲ ἀεὶ ὄντα τὸν αὐτοῦ λόγον καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὥςπερ ἐν ἀνθρώπου καρδίᾳ ὁ ἴδιος λόγος· μὴ εἶναι δὲ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐνυπόστατον, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ [4] τῷ θεῷ, ὥςπερ ἀμέλει καὶ ὁ Σαβέλλιος, καὶ ὁ Ναυᾶτος, καὶ ὁ Νόητος, καὶ ἄλλοι. Οὐκ ἴσως δὲ ἐκείνοις οὗτος, ἀλλὰ [5] ἄλλως παρ' ἐκείνους. Ἐλθόντα δὲ τὸν λόγον, καὶ ἐνοικήσαντα

* *Inscriptio haec desideratur in utroque libro ms.*

Cap. I. — 1. *Post* λοιπὸν *in cod. Rhedig. est rasura septem fere litterarum.* 2. ἐπισεσεισμένης *cod. Rhedig.* ἐπισπεισμένης *cod. Ien., et editi.*

SANCTI

# EPIPHANII

# CONTRA HAERESES

LIBRI II. TOMUS II.

## CONTRA PAULUM SAMOSATENUM, haeresis XLV., sive LXV.

Secundum illos Paulus Samosatenus sequitur, qui post Nova- Cap. I.
tum atque Origenem extitit. Qui quidem Origenes postremo inter haereticos numeratus est, ob arrogantiam illam quam adsciscere sibi voluit, et insolenti ac nugarum plenissima loquacitate immissaque a diabolo mente adversus veritatem insurgere. Sane is lugendus nobis admodum venit, qui diaboli invidia lapsus ex alto praecipitavit. Nam in illo scripturae dictum illud impletur: *Fascinatio enim nuga-* Sap. 4, 12.
*citatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiae transvertit mentem sine malitia.*

Recedo nunc ad illum, cuius explicandum dogma suscepimus, Paulum Samosatenum, cuius nominis supra mentionem fecimus, et nunc illius haeresin proponimus. Hic Samosatis Mesopotamiae ad Euphratem urbe natus, Aureliano ac Probo imperantibus Antiochenae ecclesiae propositus est. Qui elatus arrogantia ac fastu a veritate excidit, atque Artemonis haeresin instauravit, qui cum ante multos annos extitisset, penitus est extinctus.

Est autem haec illius opinio. Deum patrem et filium ac spiritum sanctum unum esse deum; verbum dei eiusque spiritum inesse deo perpetuo, sicut hominis in corde proprium verbum inesse cernimus. Filium dei subsistentiam habere per sese nullam, sed in deo subsistere, id quod Sabellio quoque placuit, et Novato, et Noëto, aliisque nonnullis, quamquam non eodem cum istis modo, sed diverso quodam ille sentiat. Ad haec, dei verbum in terras delapsum

3. ἐξωκείλαντα *cod. scr. uterque et ed. princ.*

4. τῷ *adieci ex utroque libro ms.*

5. ἄλλος *uterque liber ms.*

ἐν Ἰησοῦ ἀνθρώπῳ ὄντι· καὶ οὕτως, φησὶ, εἷς ἐστιν ὁ θεὸς, καὶ οὐχὶ πατὴρ ὁ πατὴρ, καὶ υἱὸς ὁ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα τὸ ἅγιον πνεῦμα· ἀλλὰ εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ [6] ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, ὡς λόγος ἐν ἀνθρώπῳ· δῆθεν ἀπὸ τῶν μαρτυριῶν τούτων ἑαυτοῦ τὴν αἵρεσιν προβαλλόμενος, ἀπὸ τοῦ εἰρηκέναι τὸν Μωϋσέα, Κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστιν. Οὐ φάσκει δὲ οὗτος κατὰ τὸν Νόητον τὸν πατέρα πεπονθέναι, ἀλλὰ, φησὶ, ἐλθὼν ὁ λόγος ἐνήργησε μόνος, καὶ ἀνῆλθε πρὸς τὸν πατέρα καὶ πολλὴ παρὰ τούτῳ ἡ ἀτοπία.

Κεφ. β'. Ἴδωμεν δὲ οἱ λόγοι αὐτοῦ συσταθήσονται τοῦ ἠπατημένου. Φάσκει γὰρ ὅτι, Εἶπεν, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Καὶ αὐτοὶ δέ φαμεν ἐκ πατρὸς θεὸν λόγον, καὶ μετ' αὐτοῦ ἀεὶ ὄντα ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον, ἀλλ' οὐχὶ τὸν πατέρα λέγομεν ἄνευ λόγου ἐνυποστάτου, ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ πατρὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς θεὸς λόγος, ὥς φησι, Πᾶς ὁ ὁμολογῶν ἐν ἐμοὶ ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου· τὸ δὲ Ἐν ἐμοὶ, Ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου, ἔδειξε φύσει ἐνυπόστατον τὸν πατέρα. Οὗτοι δὲ τὸν Ἰουδαϊσμὸν παραφθείροντες, οὐδὲν περισσότερον τῶν Ἰουδαίων κεκτημένοι, δεύτεροι Ἰουδαῖοι κληθήσονται, καὶ Σαμοσατῖται, μηδὲν ἕτερον ὄντες ἢ τῷ ὀνόματι μόνον [1] Ἰησοῦ προςεσχημένοι. Τὸν γὰρ ἐκ θεοῦ θεὸν υἱὸν μονογενῆ καὶ λόγον ἀρνούμενοι ἐκεῖνοί εἰσιν ὁποῖοι καὶ οἱ αὐτὸν ἐν τῇ παρουσίᾳ ἀρνησάμενοι, θεοκτόνοι τε καὶ κυριοκτόνοι καὶ ἐπαρνησίθεοι γεγονότες. Τἀληθῆ δὲ, ὅτι οὔτε περιτομὴν ἔχουσιν, οὔτε σάβ-
pag. 609. βατον φυλάσσουσι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα καθάπερ Ἰουδαῖοι.

scholae illius disciplinae constituendae ratio fuit, per quam lolium in mundum disseminatum est. Huic enim semini simillimam doctrinam evomuit. Quam multa porro adversus tantam histrionis huius calumniam opponi possunt, quod unicuique constare potest. Ac tametsi perpolita in refutando nequaquam adhibeatur oratio, satis ad incutiendum illis pudorem fuerit, ut id intelligatur, eiusmodi ab illis decreta defendi quae constare sibi nequeant, neque vim ullam aut pondus habeant. Etenim priora posterioribus evertit, posteriora longe a prioribus diversa proponit. Mundum alias a deo productum asserit, alias a Principibus, ut eius nulla ex parte caussa sit deus, sed et ipse mundus intereat. Nonnunquam firmamentum pelles esse Principum docet, quos interdum supra in polo in cruce suffixos esse dicit, ac discurrere, et velut nubes obducere, proritarique, et libidinis stimulis ad aspectum virginis, et adolescentis pulchritudinem concitari. O infamiam singularem! Quid enim fingi potest improbius? quid molestius ac turpius, quam veritatis spiritum muliebri sibi figura describere, eundemque dicere nonnunquam maris specie Principibus apparere? Nam cum turpe sit virum eo temulentiae insolentiaeque progredi, ut muliebrem habitum ac formam induat, tum vero turpissimum est, mulierculas in viros commutari ac virilem cultum induere. Quanto vero maiore a pessimo illo fictore Manichaeo iniuria divinus ille veritatis spiritus afficitur? Sed illud volo mihi dicas, quibus cutis detracta sit, libidinis stimulis agitari qui possint? aut quomodo, postquam in crucem acti sunt, pelle nudati sunt, imo vero, si cruci affixi sunt, quanam ratione ad Virtutem illam, quae repente dispareat, possunt accurrere? Deinde vero quis contumeliosum istum in deum hominem ferre possit, qui nos Principum sudoribus ali sentiat, atque ex foedissimis illorum excrementis imbrem nobis emitti? Cur autem potum ipse cum discipulis suis haurit ex imbre collectum? Nonne statim ridiculus est qui corporis necessitatibus obsequens sudorem bibat? Nam ut dispar sit peccatum, poena tamen ei qui invitus peccat longe minor proponitur quam ei qui sponte commiserit. Licet enim, quod reipsa non est, verum esset quod furiosus ille fingit, ceteri quidem homines, qui sudores ac foedas excretiones ignorant, cum aquantur, aut potant, venia magis

11. *Vulgo* ὅτε δὲ.

12. *Ita scriptorum librr. uterque et ed. princ. In edit. Petavii, qui suspicabatur* θηλεύεσθαι, *extat* θηλυεύεσθαι.

13. *Fortasse* αἰσχροτάτης. *Certe suffragantur quae fine capitis repetuntur* ἀγνοοῦντες ἱδρῶτας καὶ ἐκκρίσεις αἰσχρὰς.

14. αὐτοῦ *restitui ex scriptis libris. Editi habent* αὐτῶν.

15. σωμᾶτ (*h. e.* σωμάτων) *cod. Rhedig.*

16. τῷ *restitui ex libris manu exaratis. Editi praebent* τὸ.

17. πλάνος *de coniectura reposui. In libris est* πλὴν οἱ.

μένος μάτην, διὰ τὴν ἧτταν τῆς ἀσθενείας αὐτοῦ, [18] ἐκ τῶν αὐτοῦ πομάτων χρώμενος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τῆς σαρκὸς χρήσεων.

Κεφ. λγ΄. Καὶ πολλά ἐστιν ἐν οἷς οὗτος στόματι ψευδηγορίας τοὺς αὐτῷ πεισθέντας ἠπάτησε. Ποῖον γὰρ παρ' αὐτῷ οὐ καταγέλαστον τὸ ἡγεῖσθαι μὲν τὰ σπέρματα βοτανῶν τε καὶ γενημάτων καὶ ὀσπρίων ψυχὰς εἶναι; ὡς καὶ γελοῖον ἐπιχειρήσομεν λέγειν κατὰ τὴν αὐτοῦ μυθοποιΐαν πρὸς ἔλεγχον αὐτοῦ. Ὅτι, [1] εἰ ψυχαὶ τυγχάνουσαι κόκκοι φακοῦ, καὶ [2] φασηλίου, καὶ [3] ἐρεβίνθου, καὶ τῶν ἄλλων, ψυχὴ δὲ καὶ ταύρου ἡ αὐτὴ, ἐπαινετοὶ μᾶλλον οἱ [4] κρεωφαγοῦντες κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον ἤπερ οἱ τὰς πολιτείας ἐξασκοῦντες. Δέδιε γὰρ, κατὰ τὴν αὐτοῦ ῥαψῳδοποιΐαν, μή πως μεταλαβὼν ἐμψύχων, ζώων τε καὶ τῶν ἄλλων, καὶ αὐτὸς ὅμοιος γένηται. Τοὐναντίον μᾶλλον. Συνελθόντες γὰρ ἄνδρες πεντήκοντα, ἢ καὶ ἑκατὸν, ἐξ ἑνὸς ταύρου οἱ πάντες τραφήσονται, ὡς κατὰ τὴν αὐτοῦ ματαίαν συκοφαντίαν, [5] ὅμως πρὸς ἔλεγχον λεκτέον ὅτι οἱ πεντήκοντα, [6] ἢ οἱ ἑκατὸν, ἔνοχοι γίνονται μιᾶς ψυχῆς, ὁ δὲ τοὺς κόκκους τῶν σπερμάτων ἐσθίων μᾶλλον ἐν ἑνὶ βροχισμῷ μεταλήψεως τριάκοντα καὶ τεσσαράκοντα ψυχῶν ἔσται αἴτιος. Καὶ πάντα αὐτοῦ μάταια καὶ γελοιώδη.

Παντὶ γὰρ τῷ νοῦν ἔχοντι ἐν κυρίῳ τὰ τῆς ἀληθείας τεκμήρια εὔδηλα δήπουθέν ἐστιν ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθινῆς διδασκαλίας. Καὶ γὰρ τοῦ σωτῆρος οὐδὲν ἀληθέστερον πρὸς ἀποκάλυψιν ζωῆς ἀνθρώπων. Φάσκει γὰρ οὗτος ὁ βάρβαρος ἡμῖν παρελθὼν, Πέρσης, καὶ δοῦλος τὴν γνώμην (οὐδὲν γὰρ ἐλύπει τὸ δοῦλον αὐτὸν εἶναι κατὰ τὸ σῶμα), φησὶ οὖν ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἴσαι εἰσὶν, καὶ ἡ μία ἐν ἅπασι τυγχάνει, ἔν τε ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι, καὶ θηρσὶ, καὶ πετεινοῖς, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ζώοις πτηνοῖς τε καὶ ἐναλίοις, κνωδάλοις τε, καὶ ἐν σπέρμασι γενημάτων, ἐν ξύλοις τε, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὁρατοῖς. Καὶ οὐχ οὕτως ὑπέδειξεν ὁ κύριος ἡμῶν. Ἦ γὰρ, ἐλθὼν σῶσαι τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ τὴν τῶν κτηνῶν ἐποιεῖτο τὴν τῆς ἰάσεως ἐπιμέλειάν τε καὶ θεραπείαν, καὶ ἀνάστασιν τῶν πεπτωκότων ζώων συνάγων. Ἀλλ' οὐχ
pag. 650. οὕτως διηγεῖται, οὐδὲ οὕτως διδάσκει, μὴ γένοιτο. Ἀλλ' οἶδε μὲν αὐτὸς τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων σώζειν, [7] ἣ συλλήβδην συνειληφὼς διὰ τοῦ αἰνίγματος ἔφη, Οὐκ ἦλθον, εἰ μὴ διὰ τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλὸς, ἵνα εἴπῃ πᾶσαν φύσιν ἀνθρωπείαν. Καὶ τί φησι; Ἐθεράπευε

18. *Suspicor reponendum esse* ἐκ τοιούτων πωμάτων. *Dubito enim* τὰ ἐξ αὐτοῦ πόματα *dici posse lotium quo quis pro potu utitur.*

Cap. XXXIII. — 1. αἱ *cod. Rhedig.*

2. φασηλίου *restitui respectu loci cap.* 28. ἢ εἰς φασήλια, ἢ εἰς κρίθην, ἢ εἰς στάχυν *cett. Libri habent* φασίλεος. *Petavius suspicatus est* φασίλου *vel* φασιόλου.

3. ῥεβίνθου *cod. Ien.* ρεβίνθου, *sine aspiratione, cod. Rhedig.*

4. κρεωφαγοῦντες *librorum mss. auctoritate restitui. Editi* κρέα φαγοῦντες.

digni sunt quam qui frustra stimulante conscientia imbecillitati suae succumbens eiusmodi potus adhibet, ceterisque carnis necessitatibus obtemperat.

Sed alia sunt quamplurima in quibus iste sectatores suos ore mendacissimo decepit. Quid enim ab eo non ridiculum est allatum? Cap. XXXIII. Cuiusmodi est herbarum stirpiumque ac leguminum semina animas esse credere. Quod quam absurdum sit ad illius refutandas ineptias demonstrare conabimur. Etenim si lentis exempli caussa, vel faseoli, vel ciceris aliaque grana id genus animae sunt, itemque eadem et tauri sit anima, laudandi magis ii sunt ex eorum sententia qui carnibus vescuntur quam qui severioris vitae instituta sectantur. Hoc enim, ut illius fabula continet, metuere videtur, ne, si animatis rebus utatur, velut animalibus ac ceteris, horum similis existat. Atqui contrarium potius accidit. Demus enim quinquagenos, vel centenos tauri unius carnibus nutriri, omnes illi, ut iste quidem nugatur, et a nobis refellendi gratia dicendum est, unius duntaxat animae rei sunt. At qui seminum granis pascitur, tricenarum vel quadragenarum uno haustu absumptarum reus est. Ita nihil non ab eo ridiculum et inane proponitur.

Nec enim ullus est qui paululum rerum divinarum intelligentia sit praeditus, cui non ex sana doctrina plana ac manifesta sint veritatis indicia. Quippe salvatore nostro nihil ad hominum vitam declarandam esse potest verius. Iste vero nobis barbarus Persa, ingenioque servus (nam alioqui nihil ei corporis servitus obesset) hoc inquam asserit, aequales omnes animas esse, et in omnibus unicam reperiri, tam hominibus scilicet quam pecudibus, feris, avibus, serpentibus, animalibus, volucribus, piscibus, bestiis, herbarumque seminibus, et arboribus, ceterisque quae videri oculis possunt. At non istud nobis a domino significatum est. Nam si ita esset, cum ad humani generis salutem advenit, pecudes quoque sanasset, iisque curam ac cultum adhibuisset, ac mortuas bestias rursum ad vitam excitasset. Atqui longe alia narravit, nec istud unquam docuit. Absit. Si quidem hominum se animis salutem tribuere profitetur, quam hoc aenigmate breviter complexus est, cum dixit, *Non veni* Matth. 15, 24.
*nisi propter ovem quae perierat.* Quibus verbis universam hominis naturam intelligit. Quidnam vero praeterea scriptum est? *Curabat,* Matth. 4, 31.

5. *Excidit aliquid, ni fallor; est enim intolerabile anacoluthi genus. Suspicor ita fere rescribendum esse* τραφήσονται. Παίζω κατὰ τὴν αὐτοῦ ματαίαν συκοφαντίαν. Ὅμως *cett. Olim putaveram* τραφήσονται, ὡς κ. τ. αὐτοῦ μ. συκοφαντίαν (ὅμως πρὸς ἐλ. λεκτέον) οἱ πεντήκοντα, *deleta particula* ὅτι.

6. ἢ οἱ καὶ *cod. Rhedig.*

7. ᾗ *reposui pro* ἣν, *quod libri habent tam scripti quam editi.* ὃ *volebat Petavius.*

πάντας, οὓς ἔφερον αὐτῷ, σεληνιαζομένους καὶ κατεχομένους ἐν ποικίλαις νόσοις. Προσέφερον αὐτῷ τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, παραλυτικοὺς, ἀναπήρους, καὶ ἐπὶ πάντας ἥπλου τὴν αὐτοῦ εὐεργεσίαν τε καὶ ἰατρείαν, οὐδαμοῦ δὲ γέγραπται ὅτι προςήνεγκαν αὐτῷ ζῶα. Εἶτα πάλιν ἐλθὼν εἰς τὰ μέρη τῆς [8] Γεργεσηνῶν, ὡς ὁ Μάρκος λέγει, ἢ ἐν τοῖς ὁρίοις τῶν Γεργεσηνῶν, ὡς ὁ Λουκᾶς φησι, ἢ Γαδαρηνῶν, ὡς ὁ Ματθαῖος, ἢ [9] Γεργεσαίων, ὡς ἀντίγραφά τινα ἔχει (τῶν γὰρ τριῶν κλήρων ὁ τόπος ἀνὰ μέσον ἦν), καὶ ἰδοὺ δύο δαιμονιζόμενοι χαλεποὶ λίαν, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, καὶ ἔκραζον λέγοντες, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, [10] Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ, ὅτι πρὸ καιροῦ ἦλθες βασανίσαι ἡμᾶς; οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. Ἦν δὲ ἀγέλη χοίρων ἐκεῖ βοσκομένη, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ δαίμονες λέγοντες, Εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀνθρώπων, ἀπόστειλον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησαν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπώλοντο ἐν τοῖς ὕδασιν. Οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυγον, καὶ ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν. Καὶ ἐν μὲν τῷ Ματθαίῳ περὶ δύο λέγεται δαιμονιζομένων, χοίρους δὲ σημαίνει ἁπλῶς, καὶ οὐ τὸν ἀριθμὸν δηλοῖ. Ὁ δὲ Μάρκος καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν χοίρων διηγήσατο εἰπὼν ὅτι, Ἦλθε δὲ εἰς τὰ μέρη τῆς Γεργεσηνῶν, καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ δαιμονιζόμενος, ὃς ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι σιδηραῖς, καὶ διέσπα τὰ δεσμὰ, καὶ ἐν τοῖς μνημείοις διῆγε, καὶ ἔκραζεν, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, [11] Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. Καὶ ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, τί σοι ὄνομά ἐστι; καὶ εἶπεν ὅτι, Λεγεὼν, ὅτι πολλὰ δαιμόνια εἰςῆλθεν εἰς αὐτόν. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, μὴ ἀποσταλῆναι ἔξω τῆς χώρας, ἀλλὰ εἰςελθεῖν εἰς τοὺς χοίρους· ἦν γὰρ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων βοσκομένη, καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εἰςελθεῖν εἰς τοὺς χοίρους. Καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, ἦσαν γὰρ ὡς διςχίλιοι, καὶ ἐπνίγησαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ οἱ βόσκοντες αὐτοὺς ἔφυγον, καὶ ἀνήγγειλαν ἐν τῇ πόλει. Ἆρα οὖν δι' ἄγνοιαν ἠρώτα ὁ θεὸς λόγος, ὁ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ οὐκ ᾔδει τὸ
pag. 651. ὄνομα τοῦ δαιμονίου πρὶν ἐρωτῆσαι; ἀλλὰ εἴωθε τὸ θεῖον ἐκ στόματος τῶν ἐρωτωμένων τὰς προφάσεις ἑκάστης ὑποθέσεως ἐκδήλους παρασκευάζειν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ἵνα δείξῃ τὸ φοβερὸν καὶ τὸ πλῆθος τῶν δαιμόνων, τὸ ἐρώτημα ποιεῖται, ἵνα ἐκ στόματος ἐκείνου τὸ θαυμαστὸν ἔργον ὑποδειχθήσεται. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ δαίμονες λέγοντες, Μὴ πέμψῃς ἡμᾶς εἰς τὴν ἄβυσσον, ἀλλ' ἐπίτρεψον ἡμῖν ἵνα εἰςέλθωμεν εἰς τοὺς χοίρους. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς. Καὶ [12] ἐξῆλθον

8. γεργεσϑᾶν *codd. mss. uterque.* Gergesthorum *vertit Cornarius. Bene Coteler. ad Hesychii Quaestt. in Eccl. Gr. Monum. tom. III, pag.* 526: „temere arguitur sanctus doctor, in tanta exemplarium omnis aetatis varietate. Deinde verisimilius fit scripsisse eum secundo Γερασηνῶν, ut tres sortes faceret, Gergesenorum, Gerasenorum, et Gadarenorum, quam bis Γεργεσηνῶν, quasi

inquit, *omnes quos offerebant sibi, lunaticos, et variis morbis affectos.* Cum enim caecos, surdos, incurvos, paralyticos, mancos ad eum adducerent, omnibus beneficium suum ac sanitatem largiri solebat, nusquam vero scriptum est pecudes eidem oblatas. Praeterea cum ad Gergesenorum regionem venisset, ut Marcus asserit, aut ad eorum fines, ut Lucas scripsit, aut Gadarenorum, ut Matthaeus, sive Gergesaeorum, ut exemplaria quaedam praeferunt (erat enim trium sortium in medio locus ille positus), *Ecce*, inquit, *dae-* Matth.8,29.
*moniaci duo difficiles valde e monumentis egressi clamabant dicentes, Sine, quid nobis et tibi, Iesu fili dei, quoniam ante tempus venisti torquere nos? Novimus te qui sis, sanctus dei. Erat autem grex porcorum, qui illic pascebatur, et rogabant eum daemones dicentes, Si eiicis nos ex hominibus, mitte nos in porcos. Et irruerunt in mare, et perierunt in aquis. At pastores fugerunt, et nuntiarunt in urbem.* Apud Matthaeum daemoniaci duo fuisse dicuntur. Idem porcos simpliciter concipit, neque numerum exprimit. Marcus vero etiam porcorum numerum accuratius exponit. *Venit autem*, inquit, *in partes* Marc. 5, 1.
*Gergesenorum, et occurrit ei daemonium habens, qui alligatus erat catenis ferreis, et disrumpebat vincula, et in monumentis degebat, et vociferabatur, Sine, quid nobis et tibi, Iesu fili dei? Venisti ante tempus torquere nos. Et interrogavit ipsum Iesus, Quod est tibi nomen. Et dixit, Legio, quoniam multa daemonia intraverant in ipsum. Et rogabant ipsum, ne emitterentur extra regionem, sed ut in porcos ingrederentur; erat enim illic grex porcorum qui pascebatur: et permisit ipsis ingredi in porcos, et irruit grex per praeceps in mare; erant enim quasi duo millia, et suffocata sunt in mari. Et qui pascebant ipsos fugerunt, et nuntiarunt in civitatem.* Num vero dei verbum, quod propter nos hominem se fecit, eiusmodi quiddam ex ignorantia sciscitabatur, neque daemonis nomen noverat antequam interrogaret? Verum ita deus facere consuevit, ut ex illorum quos interrogat ore cuiusque negotii rationes occasionesque patefaciat. Quamobrem et illic quoque, ut quam terribiles, quantoque numero daemones essent indicaret, interrogare prius voluit, ut ex illius ore admirabile facinus illud ostenderetur. *Daemones porro rogabant* Marc.5,13.
*ipsum, Ne mittas nos in abyssum, sed permitte nobis, ut ingrediamur in porcos, et permisit ipsis. Et exierunt daemones, et intraverunt in*

Gergeseni a Gergesaeis distinguerentur, idque in eodem confinio.“ *Meliorum exemplarium ope destitutus interim mutare quicquam non audeo.*
9. γεργεσσωῶν *ed. princ.*
10. υἱὲ τοῦ θεοῦ ἰησοῦ *cod. Rhedig.*
11. *Voc.* Ἰησοῦ *non habet cod. Rhedig.*
12. εἰςῆλθον εἰς τοὺς χοίρους, *omissis verbis* οἱ δαίμονες, *cod. Rhedig.*

οἱ δαίμονες εἰς τοὺς χοίρους, καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπώλοντο ἐν τοῖς ὕδασιν.

Κεφ. λδ'. Ὢ μεγάλης θεοῦ φιλανθρωπίας. Πῶς τὸ μὲν ψεῦδος ἐλέγχει, τοῖς δὲ δούλοις αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν ὑποδεικνύει δι' ἔργων καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς ἐπιμελείας. Ἔργῳ γὰρ ἔδειξεν οὐχὶ τὴν αὐτὴν ψυχὴν εἶναι ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν τοῖς κτήνεσι καὶ ἐν τοῖς ζώοις. Εἰ γὰρ ἡ αὐτὴ ψυχὴ ὑπῆρχε, τίνι λόγῳ ἕνα μὲν βουλόμένος καθαρίσαι, ἢ μίαν ψυχὴν σῶσαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ δαιμωνῶντος, δισχιλίας ὁμοῦ ψυχὰς ἀπολέσαι οὐκ ἐφείσατο; [1] εἰ ἡ αὐτὴ ἦν, πῶς τὸν ἕνα καθαρίζει, ἢ τὴν μίαν ψυχὴν, εἰς δὲ τὰ ἄλλα σώματα, εἴτ' οὖν ψυχὰς, ἐπιτρέπει τοὺς δαίμονας εἰσέρχεσθαι; οὐκ ἔστι δῆλα τὰ τοῦ φωτὸς ἔργα; [2] οὐκ ἐν φωτί εἰσι οὗτοι οἱ λόγοι εἰργασμένοι; οὐ τῆς ἀληθείας τὸ πρώσωπον φαιδρόν; οὐχὶ πάντα λεῖα τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν; τίς ταῦτα ἀκούσας καὶ συγκρίνας οὐκ ἐλέγχῃ τὸν Μάνην καττύοντα ἃ μὴ δεῖ εἰς τὸ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἐκ τοῦ ὄντος διαστρέφειν; Ἀλλὰ πάλιν οἱ ἀλιτήριοι· ἀκήκοα γὰρ καί τινος οὕτω διαλεγομένου. Ὡς παρ' ἡμῶν ἤκουσε ταυτηνὶ τὴν πραγματείαν, στραφεὶς ὁ κτηνώδης ἐνόμισε μή πη ἄρα [3] δύναται κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας, καὶ χλεύης ἔμπλεα ῥήματα ἑαυτῷ προβαλλόμενος [4] ἐνόμισε τὰ ἀληθινὰ τῷ ψεύδει μηχανᾶσθαι, καί [5] φησι, Ἀλλὰ διενήνοχε τοῖς χοίροις τὸ τεθνάναι· ἀπηλλάγησαν γὰρ αἱ ψυχαὶ ἀπὸ τῶν σωμάτων, καὶ ἐσώθησαν. Καὶ πολλὴ ἄνοια τῶν μὴ βλεπόντων καὶ τὴν διάνοιαν τυφλωττόντων, μηδὲ εἰς αἴσθησιν ἀκοῆς τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα λαμβανόντων. Εἰ γὰρ ὅλως τὸ ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῆναι τὰς ψυχὰς σωτηρίαν ἡγεῖται, ἔδει μᾶλλον τὸν σωτῆρα [6] ἀποστεῖλαι τὸν δαιμονῶντα ἄνθρωπον, ἵνα σωθῇ ἡ ψυχὴ ἀπὸ σώματος ἀνθρώπου ἀπαλλαγεῖσα. Οὐκοῦν ἠγάπα μᾶλλον τὰς ψυχὰς τὰς ἐν τοῖς χοίροις ὑπὲρ τὴν ψυχὴν τὴν τοῦ ἀνθρώπου. Τίνι γὰρ τῷ λόγῳ οὐχὶ [7] καὶ τὸν ἄνθρωπον μετὰ τῶν χοίρων ἐπέτρεψεν ἐμβληθῆναι εἰς θάλασσαν καὶ ἀποθανεῖν, εἰς τὸ τὰς ψυχὰς ὅλας τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τῶν χοίρων καθαρίσαι καὶ σῶσαι; Ἀλλ' οὐχ οὕτως [8] εἴδομεν, ἀλλὰ Λάζαρον μὲν ἀπὸ μνημείου τεταρταῖον καλεῖ καὶ ἐγείρει, καὶ εἰς κόσμον ἐπιστρέφει, οὐ πονηρίαν αὐτῷ προξενῶν, οὐδέ τι ἀβέλτερον αὐτῷ ἐργαζόμενος. Ἠγάπα γὰρ τὸν Λάζαρον, φησὶ ἡ γραφή. Ὃν ἠγάπα

pag. 652.

Cap. XXXIV. — 1. *Vulgo distinctum legitur* ἐφείσατο, εἰ ἡ αὐτὴ ἦν; πῶς *cett. Suspicor scribendum esse* ἐφείσατο; ἢ εἰ ἡ αὐτὴ ἦν, πῶς *cett. Cornarius vertit:* — perdere non pepercit? Et si eadem esset, quomodo unum mundat *cett.*

2. οὐκ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

3. *Fortasse* τι δύναται. *De structura haec tibi profero exempla, haer.* 51, 3. ἐλέγομεν ἂν, μή πη ἄρα κατὰ ἀκριβολογίαν τοῦτο ποιοῦνται., *ibid.* 32. νομίζοντες, μή πη ἄρα δύνανται., *ibid.* 34. ἐνόμισαν γὰρ οἱ τοιοῦτοι, μή πη ἄρα γελοῖόν ἐστιν., *haer.* 61, 5. νομίσωσιν -- μὴ -- ταῦτα διετάξατο., *haer.* 69, 30. νομίσαι, μὴ --- ὁ μονογενὴς ἦλ-

*porcos, et irruit grex porcorum per praecipitium in mare et perierunt in aquis.*

O singularem dei benignitatem! quam bene mendacium redarguit, ac servis suis tam factis quam verbis et in omni administratione providentiaque sua veritatem demonstrat! Hoc enim re ipsa significavit, non eandem animam in hominibus, ac pecudibus, et reliquis animantibus inesse. Nam si eadem in illis foret anima, cur qui unum repurgare vellet, aut unam servare correpti a daemonibus hominis animam, duobus animarum millibus non pepercit? Cur unum hominem, sive unam animam ita perpurgat ut in alia corpora, vel animas daemones ingredi permittat! Numquid lucis manifesta sunt opera? non luce palam quae illic narrantur perfecta sunt? nonne hilaris ac splendida veritatis est facies? nonne plana sunt intelligentibus omnia, rectaque iis qui scientiam repererint? Quis haec audiens et apud se perpendens non Manem illum reprehendat, qui ea quae minime oportet consuat, quo hominum mentes a veritate detorqueat? At enim pergunt nefarii. Audivi enim quendam ex illis hoc modo disputantem. Qui cum hanc a nobis ratiocinationem accepisset, conversus in sese pecudis homo similis cogitare coepit, ecquid adversus divinam illam veritatem posset obiicere. Proinde vanum ac ridiculum quiddam opponens mendacio veritatem evertere se posse crediderat. Sic igitur asserebat: utilem porcis mortem illam fuisse. Ita enim a corporibus liberatae ac servatae sunt animae. Sed istiusmodi hominum qui nihil vident et mente caeci sunt, neque quid dicant audire ipsimet videntur, insignis est vecordia. Nam si liberare a corporibus animas salutare esse putat, longe consultius salvator egisset, si correptum a daemonibus hominem ablegasset, ut ab hominis corpore liberata tandem anima salutem obtineret. Ergo animas illas, quae in porcis inerant, pluris hominis anima faciebat. Cur enim non et hominem in mare cum porcis praecipitare et extingui passus est, quo universas animas tam hominis scilicet quam porcorum, repurgaret ac servaret? Verum longe aliter istud intelligimus. Siquidem Lazarum e monumento quatriduanum evocat, atque excitat, et in mundum reducit; nec utique mali quicquam eo facto conciliare voluit, aut absurdum ei aliquid ineptumque facere. *Amabat enim Lazarum*, ait scriptura. Quem

Cap. XXXIV.

Ioann. 11, 36.

θε., *ibid.* 59. νομίζουσι – – μὴ ἄρα – εἴρηται.

4. *Hoc alterum* ἐνόμισε *uncinis inclusit Petavius.*

5. φησὶ, ἀλλὰ φησὶ διενήνοχε *cod. Rhedig.*

6. *Intellege* εἰς τὴν θάλασσαν. *Petavius suspicabatur* ἀποκτεῖναι.

7. καὶ ἄνθρωπον μετὰ χοίρων *cod. Rhedig.*

8. Vidimus, *intell.* fieri. *Alioquin dicendum fuisset* οἴδαμεν.

τοίνυν, πῶς ἐν τῇ σαρκὶ ἀνακάμψαι ἐποίει, εἴπερ πονηρὰ ἡ σάρξ; Πῶς δὲ οὐκ εἴασε μᾶλλον τὸν ἅπαξ ἀποθανόντα καὶ ἀπὸ σώματος σωθέντα; Καὶ μή τις νομίσῃ τὸν Λάζαρον εὐθὺς πάλιν τετελευτηκέναι. Δείκνυσι γὰρ σαφῶς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ὅτι ἀνέκειτο ὁ Ἰησοῦς καὶ ὁ Λάζαρος ἀνέκειτο μετ' αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐν Παραδόσεσιν εὕρομεν ὅτι τριάκοντα ἐτῶν ἦν τότε ὁ Λάζαρος ὅτε ἐγήγερται· μετὰ δὲ τὸ [9] ἀναστῆσαι αὐτὸν ἄλλα τριάκοντα ἔτη ἔζησε, καὶ οὕτω πρὸς κύριον ἐξεδήμησε, [10] καὶ κοιμηθεὶς ἐκλίθη μετὰ σεμνοῦ ὀνόματος, καθάπερ πάντες ἕως τῆς ὥρας τῆς ἀναστάσεως, ὅτε μέλλει ὁ μονογενὴς, ὡς ὑπέσχετο, ἀποκαθιστᾶν τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, καὶ τὴν ψυχὴν τῷ σώματι, καὶ διδόναι ἑκάστῳ καθὰ ἔπραξεν, ἤτοι ἀγαθὸν, ἤτοι φαῦλον.

Κεφ. λε'. Εἰ μὴ γὰρ σωμάτων ἀνάστασις ἦν, πόθεν βρυγμὸς ὀδόντων; Ἀλλὰ μὴ πάλιν τὰ τῆς φρενοβλαβείας τινὲς εἴπωσιν, ὅτι ὀδόντες ἐπὶ τὸ μασᾶσθαι ἡμῖν εἰσι κατεσκευασμένοι. Ποίαν τοίνυν ἐδωδὴν μέλλομεν ἐσθίειν μετὰ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν; εἰ γὰρ μετὰ ἀνάστασιν δεύτερον βέβρωκεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίον, καὶ συνηλίσθη τοῖς μαθηταῖς δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, ἆρα οὐκ ἔσται βρῶσις; Καὶ περὶ μὲν βρώσεως σαφές ἐστιν ὅτι, Μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡ ὑπόσχεσις ὅτι, Ἔσεσθε καθήμενοι ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ πατρός μου ἐσθίοντες καὶ πίνοντες. Καὶ τὸ μὲν ἐσθίειν καὶ πίνειν αὐτῷ μόνῳ ἔγνωσται, ἐπειδὴ, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ
pag. 653. θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐφθάσαμεν ἐπὶ τῷ τόπῳ [1] τούτῳ τὰς διαφορὰς τῶν ψυχῶν ὑφηγούμενοι, [2] κἆτα ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ ὑποδείγματος ἐντελοῦς ὄντος ὅτι ἄλλη μὲν ψυχὴ ἀνθρώπου, ἄλλη δὲ κτήνους, καὶ οὐκ ἦλθε σῶσαι τὴν ψυχὴν τοῦ κτήνους, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου, διότι τὰ κτήνη οὐ κρίνεται. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κληρονομοῦσι βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ ἄνθρωποι κρίνονται. Ἀπελεύσονται γὰρ οὗτοι εἰς κρίσιν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, φησὶ ὁ μονογενής.

Κεφ. μ'. Τί δὲ οἱ τὰ ζητήματα κατοπτεύοντες; Ἐπὰν φθάσωσι, καὶ μὴ καταλάβωσι τοῦ ῥητοῦ τὴν σαφήνειαν, ἀσχάλλουσιν ἀντίθετα ἑαυτοῖς διανοούμενοι, ἤπερ χρήσιμα ἑαυτοῖς θηρώμενοι. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ματθαῖός φησι, Δύο δαιμονιζόμενοι, ὁ δὲ Λουκᾶς περὶ ἑνὸς διηγεῖται.

9. *Mallem* ἀναστῆναι. *In seqq.* πρὸς τὸν κύριον *cod. Rhedig.*
10. καὶ κοιμηθεὶς ἐκλίθη *emendatio est Gatakeri l. l. p.* 800. *Petavio placuit* (*quod nec Gatakerus improbabat*) καὶ κοιμηθεὶς ἐκλήθη. *Libri habent* κοιμηθεὶς ἐκλήθη, *omissa particula* καί.

Cap. XXXV. — 1. τούτῳ *om. ed.*

igitur amabat, cur in carnem, si ea mala est, regredi voluit? cur non mortuum illum semel exsolutumque corpore ita uti erat reliquit? Nec est quod sibi quisquam persuadeat Lazarum subinde esse mortuum. Hoc enim evangelium aperte declarat, accubuisse postea Iesum, et cum eo Lazarum similiter accubuisse. Quin et illud inter Traditiones reperimus, triginta tum annos natum fuisse Lazarum, cum a mortuis excitatus est. Atque idem ille postea triginta aliis annis vixit: atque ita mortuus ad dominum rediit, et cum illustri nominis fama vocatus est, ut et ceteri omnes ad ultimae resurrectionis usque tempus, quando, ut pollicitus est, unigenitus dei filius corpus animae, corporique restituit animam, et *unicuique prout ges-* 2.Cor. 5, 10.
*sit, sive bonum, sive malum,* rependet.

Cap. XXXV.
Etenim nisi corporum futura esset aliquando resurrectio, quid ille sibi vellet *dentium stridor?* Nec est quod aliqui insanis illis vo- Matth. 8, 12.
cibus obstrepant, dentes nobis ad mandendum esse fabricatos. Ecquid vero cibi post mortuorum resurrectionem comedemus? Verum cum post resurrectionem Iesus secundo cibum manducaverit, ac de *assato pisce et favo mellis comederit,* nec non et cum *discipulis qua-* Luc. 24, 42. Act. 1, 3.
*draginta diebus cibum sumpserit,* nonne cibum illo quoque tempore futurum putabimus? Quamquam de cibo perspicuum inde est quod scribitur, *Beatus qui manducabit panem in regno coelorum.* Imo et Luc. 14, 15.
ipsius domini haud obscura promissio, *Sedebitis ad mensam patris* Luc. 22, 30.
*mei, comedentes et bibentes.* Sed quod ad cibum illum potumque pertinet, solus ille novit, quandoquidem *quae nec oculus vidit, nec* 1. Cor. 2, 9.
*auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparavit deus diligentibus se.* Sed haec obiter loci huius occasione proposuimus, cum animarum discrimen explicaremus, idque ex rei veritate et exemplo illo longe aptissimo comprobaremus, nimirum aliam esse hominis, aliam pecudis animam, nec ut pecudis animam servaret, sed hominis duntaxat, advenisse Christum, quoniam pecudes minime iudicantur. Nam homines quidem et regni coelorum hereditatem assequuntur, et in iudicium vocantur. *Ibunt enim,* inquit, *ii in iudi-* Matth. 25. 46.
*cium aeternum, et ii in vitam aeternam.*

Quid ad haec isti quaestionum indagatores? Scilicet cum eo Cap. XL.
pervenerint, neque verborum sententiam asseculi fuerint, indignantur, ac repugnantia quaedam fingere sibi malunt quam fructum utilitatemque requirere. Matthaeus enim duos a daemone correptos Matth. 8, 28.
fuisse memorat, Lucas unius duntaxat mentionem facit. Sed et Luc. 8, 27.

*Petav. — Pro ἐφθάσαμεν in cod. Rhedig. est ἔφθασα μὲν.*

*2. κᾆτα mea correctio est, cum libri habeant καὶ τὰ. Apodosis incipit verbis καὶ οὐκ ἦλθε.*

*Καὶ γὰρ εἷς τῶν εὐαγγελιστῶν λέγει ὅτι οἱ λῃσταὶ οἱ συνεσταυρωμένοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, ὁ δὲ ἄλλος οὐχὶ ὅτι μόνον οὐκ ἐβλασφήμουν οἱ ἀμφότεροι, ἀλλὰ καὶ ἀπολογίαν τοῦ ἑνὸς σημαίνει. Καὶ γὰρ ἐπετίμα τῷ ἑτέρῳ, καὶ ἔλεγεν ὅτι, Οὐ φοβῇ σὺ τὸν θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν, οὗτος δὲ ὁ ἅγιος οὐδὲν ἐποίησε; καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις ἐπεφώνει λέγων, Μνήσθητί μου, Ἰησοῦ, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, καὶ τοῦ σωτῆρος πρὸς αὐτὸν εἰπόντος ὅτι, Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἔοικε δὲ ταῦτα ὡς διαφωνίαν ἔχοντα ἐν τῇ γραφῇ. Ἀλλὰ πάντα λεῖα ὑπάρχει. Κἄν τε γὰρ ἐν τῷ Ματθαίῳ δύο εἰσὶ δαιμονιζόμενοι, παρὰ τῷ Λουκᾷ οἱ αὐτοὶ ὑπάρχουσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ εἴωθεν ἡ γραφὴ προφάσεις διδόναι τῶν εἰργασμένων, τούτου ἕνεκα οὐ μνημονεύει Λουκᾶς τῶν δύο, ἀλλὰ τοῦ ἑνός. Δύο μὲν γὰρ ἦσαν οἱ ἀπὸ τῶν [1] δαιμονίων τεθεραπευμένοι, εἷς δὲ παρέμεινε τῇ πίστει, ὁ δὲ ἕτερος ἐξώκειλε. Διὰ τοίνυν τὴν παραμονὴν τῆς πίστεως ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ, ὡς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, εἰς οἷον ἀπήρχετο τόπον. Τούτου ἕνεκα τὸν ἕνα παρέλιπε, καὶ τοῦ ἑνὸς τοῦ ἐν βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἐπεμνήσθη. Καὶ οὐδὲν ἐναντιοῦται πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν.*

Κεφ. μα'. *Ἤδη δὲ καὶ ἑτέραν πρόφασιν ὁμοίαν ταύτης τῆς ὑποθέσεως τὸ εὐαγγέλιον διηγεῖται, ὡς ὑπὸ ἑνός. Ὁ κύριος δέκα λεπροὺς ἐκαθάρισε, καὶ οἱ ἐννέα ἀπελθόντες οὐκ ἔδωκαν δόξαν τῷ θεῷ. Ὁ δὲ εἷς* pag. 654. *ὑποστρέψας ἔμεινεν, ὁ καὶ ὑπὸ κυρίου ἐγκωμιαζόμενος, καθὸ ἔφη, Δέκα λεπροὶ ἐκαθαρίσθησαν, διὰ τί [1] οὐδὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὑπέστρεψε δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ, ἀλλὰ μόνος οὗτος ὁ ἀλλογενής; Καὶ ὁρᾷς ὅτι διὰ τὸ εὐαίσθητον καὶ τῆς εὐγνωμοσύνης ἔργον τοῦ ἑνὸς ἀντὶ τῶν δέκα μνημονεύει. Ὡσαύτως δὲ ἐπειδὴ ὁ εἷς εὐαγγελιστὴς περὶ λῃστῶν ἐμνημόνευσεν. Εἰώθαμεν γὰρ τὰ ἑνικὰ πληθυντικὰ λέγειν, καὶ τὰ πληθυντικὰ ἑνικά. Φάσκομεν γὰρ ὅτι, Διηγησάμεθα [2] ὑμῖν, καὶ [3] Ἑωράκαμεν ὑμᾶς, καὶ Ἥκομεν πρὸς ὑμᾶς. Καὶ οὐ δύο οἱ λέγοντες, ἀλλὰ εἷς ὁ παρών. Ὁ δὲ εἷς κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς χρήσεως ἐκ προσώπου πολλῶν πληθυντικῶς διηγεῖται. Οὕτω πληθυντικῶς περιείληφεν ἡ τοῦ [4] εὐαγγελίου ὑπόθεσις, ὁ δὲ ἕτερος διηγεῖται ὅτι εἷς μὲν ἦν ὁ βλάσφημος, ὁ δὲ εἷς ἐξωμολογεῖτο καὶ ἔτυχε σωτηρίας. Καὶ ὁρᾷς ὡς πάντα τὰ τῆς ἀληθείας σαφῆ ὑπάρχει, καὶ οὐδὲν ἐναντίον ἐν τῇ γραφῇ. Ἀλλὰ πάντα [5] ταῦτα τὴν γραφὴν διεξιόντες εἰς πλάτος ἠλάσαμεν, ὡς οἶμαι, τοῦ λόγου τὸ διήγημα. Καὶ γένοιτο μὲν ἡμᾶς κάμνειν τῷ πλάτει τοῦ*

Cap. XL. — 1. δαιμόνων *cod. Rhedig.*

Cap. XLI. — 1. οὐδεὶς ἀπ' αὐτῶν *cod. Rhedig.* 2. ὑμᾶς *vitiose est in ed. Pelav. Col. repet.* 3. *Verba* ἑωράκαμεν ὑμᾶς, καὶ *desiderantur in ed. Petavii. Colon. repet.*

evangelistarum alter, *Latrones*, inquit, *qui crucifixi erant cum eo, blasphemabant ipsum*, alter nedum utrumque blasphemasse dicit, sed et unius defensionem commemorat. *Increpabat enim*, inquit, *alterum, ac dicebat, Neque tu times deum, quoniam in eadem damnatione sumus, hic autem sanctus nihil egit?* deinde ita dominum compellat: *Memento mei, Iesu, cum veneris in regnum tuum. Cui ille respondit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Quae tametsi discrepare nonnihil in scriptura videantur, nihilominus plana sunt omnia. Nam quod ad arreptitios attinet, licet apud Matthaeum duo fuisse narrentur, iidem nihilominus sunt de quibus Lucas mentionem facit; sed haec videlicet est scripturae consuetudo, ut eorum quae geruntur rationes et occasiones innuat; ob id non duos, sed unum Lucas nominatim exprimit. Fuere quidem illi duo a daemonum vexatione soluti; sed unus duntaxat in fide perstitit, alter ab ea excidit. Quare quod ille constanter in fide maneret, *sequebatur Iesum*, ut in evangelio scriptum est, *quocumque pergeret.* Hinc est quod altero praetermisso unius duntaxat Lucas meminit, qui coelorum in regno perseveravit, neque quidquam habet ad investigandam veritatem absonum ac diversum. Luc 23, 39.

Nec dissimilis huic de quo agimus argumenti est quod in evangelio narratur, utpote ab eodem auctore profecto. Decem leprosos dominus purgaverat, e quibus *novem abeuntes non dederunt gloriam deo*, unus duntaxat rediens permansit, qui a domino propterea commendatur his verbis: *Decem leprosi mundati sunt? Cur nemo ex iis reversus est, qui daret gloriam deo, nisi solus hic alienigena?* Viden' ut ob eius gratum animum ac beneficii sentientem non decem, sed unius meminerit? Qua ratione et illud intelligendum est quod de latronibus evangelista commemorat. Solemus enim singularia nonnunquam numero multitudinis efferre, et contra pluralia singulari, velut cum dicimus, Narravimus vobis, et, Vidimus vos, et, Venimus ad vos, cum interim non plures sint, sed unus duntaxat qui loquitur; verum unus communi loquendi consuetudine ex plurium persona sermonem instituit. Sic ab uno evangelista pluralis usurpatus est numerus, alter vero unum e latronibus in Christum maledicum fuisse docet, alterum vero confessum ac salutem fuisse consecutum. Animadvertis, opinor, quam aperta sit in omnibus veritas, neque quidquam sit in scriptura contrarium ac repugnans. Verum enimvero dum haec e scripturis deprompta latius exponimus, longius est a nobis sermo prolatus. Quamquam velim equidem in Cap. XLI. Luc. 17, 18.

4. *Fortasse* εὐαγγελιστοῦ. 5. *Fortasse* ταῦτα κατὰ τὴν γραφὴν διεξ.

λόγου, ἐλέγχειν δὲ τοὺς κατὰ τῆς ἀληθείας, εὐφραίνειν δὲ τοὺς υἱοὺς ταύτης διὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἰατρικῶν φαρμάκων.

Κεφ. μβ'. Εἶτα πάλιν εἴδωμεν τὰ ἕτερα τοῦ ἀγύρτου. Φάσκει γὰρ τὰς δύο διαθήκας ἐναντίας πρὸς ἀλλήλας, καὶ τὸν θεὸν τὸν λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ ἕτερον ὄντα παρὰ τὸν θεὸν τοῦ εὐαγγελίου. Κἀκείνῳ μὲν ὄνομα Ἄρχοντος τίθησιν, [1] ὧδε δὲ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα Ἀγαθὸν θεὸν ἑαυτοῦ λέγει. Καὶ εἴθε ἠλήθευε, καὶ οὐ σφαλλόμενος καθ' ἑαυτοῦ ἐβλασφήμει. Τῷ δὲ [2] αὐτῷ λόγῳ καὶ αὐτοὶ συμφωνοῦμεν, ὅτι ἀγαθοῦ πατρὸς τὸ ἀγαθὸν γέννημα, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸς ἐκ θεοῦ, θεὸς ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ἦλθε πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς σώσῃ. Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οὐκ εἰς τὰ ἀλλότρια· οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκε αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, οἳ οὐκ ἐξ αἵματος, οὐδὲ ἐκ σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν. Καὶ τοί γε οὐδεὶς ἐν τῷ κόσμῳ ἄνευ σαρκὸς ἐγεννήθη καὶ αἵματος, ἀλλὰ πάντες μέτοχοι σαρκὸς καὶ αἵματος γεγόνασι. Τί γὰρ ἦσαν, πρὶν ἢ
pag. 655. ἐν σαρκὶ γεννηθῶσιν; ἢ τί δυνάμεθα εἶναι ἄνευ σαρκός; ἐπειδὴ δὲ ὁ κόσμος ἐκ θεοῦ γέγονε, καὶ ἡμεῖς κτισθέντες ἐκ σαρκὸς μέν ἐσμεν γεγεννημένοι πατέρων καὶ μητέρων, ἦλθεν ὁ κύριος γεννῆσαι ἡμᾶς ἐκ πνεύματος καὶ πυρός. Ἐγεννήθημεν γὰρ, καὶ ἔστιν ἀληθὲς, καὶ οὐ δύναταί τις ἀρνήσασθαι τὴν πρώτην γέννησιν, οὐδὲ τὸ ἐκ σαρκὸς εἶναι. Τὴν δὲ δευτέραν γέννησιν οὐκ ἐκ σαρκὸς γεγεννήμεθα, οὐδὲ ἐξ αἵματος, τουτέστιν οὐ τῇ ἀποχρήσει τῆς σαρκὸς κεχρημένοι καὶ τοῦ αἵματος, ἀλλὰ σάρκα καὶ ψυχὴν ἐν πνεύματι γεγεννημένοι μηκέτι σαρκικὴν οὖσαν, ἀλλὰ αἷμα καὶ σάρκα καὶ ψυχὴν πνευματικῶς συνηνωμένα. Τουτέστιν, Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς μεταβάλλουσι τὴν γνώμην, καὶ διὰ σαρκὸς καὶ αἵματος καὶ ψυχῆς θεῷ [3] εὐαρεστήσασιν. Ὁ γοῦν εἰς τὰ ἴδια ἐλθὼν οὐκ ἀλλότριός ἐστιν, ἀλλὰ δεσπότης πάντων. Καὶ διὰ τοῦτο λέγει, Ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις, Ἰδοὺ πάρειμι. Καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἔφη, Εἰ Μωϋσεῖ ἐπιστεύετε, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοὶ, ἐκεῖνος γὰρ περὶ ἐμοῦ ἔγραψε· καὶ, Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ [4] ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἰδεῖν τὴν ἡμέραν μου, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη· καὶ, Οὕτως οἱ πατέρες ὑμῶν ἐποίουν τοῖς προφήταις· καὶ, Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσι ὑμᾶς, καὶ εἴπωσι καθ' ὑμῶν πᾶν πονηρὸν ψευδόμενοι. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωκον τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν καὶ ἄλλοτε, Ἱερουσαλὴμ ἡ ἀποκτένουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου; Τὸ

Cap. XLII. — 1. ὧδε δὲ *ego. Libri habent* ὧ δὲ. *Petavius suspicabatur* τῶδε. *Satius sane fecisset, si* τοῦ δὲ (*intell.* εὐαγγελίου).

2. *Fortasse* αὐτοῦ.

3. εὐαρεστήκασιν *cod. Rhedig.*

4. ὑμῶν *codd. mss. uterque.* ἡμῶν *editi libri.*

producenda longius oratione laborare, dum et veritatis hostes refellantur, et eiusdem filii veritatis medicamentis ac remediis delectentur.

Nunc circulatoris illius reliqua videamus. Duo testamenta sibi invicem esse contraria defendit, ac deum illum qui in lege sit locutus ab evangelii auctore diversum. Proinde Principem illum appellat, hunc vero patrem, ac filium, et quidem patrem Bonum deum suum nominat. Utinam vere suum esse dixisset, nec errore falsus tam contumeliosas in deum voces in suum caput ederet. Nos vero iis ipsis ab eo dictis assentimur ultro, idque profitemur: Boni patris bonam sobolem, lumen de lumine, deum de deo, deum verum, de deo vero ad nos servandi nostri gratia venisse. *In propria quippe venit*, non in aliena, *et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt illum, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex sanguine, neque ex carne, sed ex deo nati sunt.* Atqui nemo sine carne et sanguine in mundo natus est, sed omnes carnis ac sanguinis participes nati sunt. Quid enim erant priusquam cum carne gignerentur? aut quid esse sine carne possumus? Sed quoniam mundus a deo factus est, et nos ab eodem procreati ex parentum nostrorum carne geniti sumus, venit dominus, ut nos ex spiritu et igne generaret. Geniti itaque sumus, idque ipsum certissimum est, neque quisquam primam illam generationem eiurare potest, aut ex carne propagatum se esse diffiteri. Quod ad secundam quidem generationem attinet, non eam ex carne vel sanguine sortiti sumus, hoc est non ex usu carnis aut sanguinis accepimus, verum carnem et animam, posteaquam spiritu geniti sumus, non carnalem amplius habemus, sed sanguis et caro et anima spiritali quadam ratione copulantur. Atque illud ipsum est quod dicitur, *Dedit eis potestatem filios dei fieri;* quicumque nimirum mutato in melius animo carnem, sanguinem et animam ad dei voluntatem accommodant. Iam vero *qui in propria venisse dicitur,* non alienus est, sed omnium dominus. Quamobrem ita dicit: *Qui loquebar in prophetis ecce adsum.* Quinetiam Iudaeos alloquens, *Si Moysi crederetis*, inquit, *crederitis et mihi; ille enim de me scripsit.* Item: *Abraham pater noster exultavit ut videret diem meum: vidit et gavisus est.* Tum illud: *Sic patres vestri faciebant prophetis.* Et: *Beati estis cum exprobraverint vobis, et dixerint adversum vos omne malum mentientes: gaudete et exultate, quoniam merces vestra multa est in coelis: sic enim persequebantur prophetas, qui ante vos fuerunt.* Et alio loco: *Hierusalem, quae occidis prophetas, et lapidas eos qui missi sunt, quoties volui congregare filios tuos?* Quae vox *Quoties*, olim ipsum per prophetas congre-

[Margin notes: Cap. XLII. — Ioann. 1, 11. — Ioann. 1, 11. — Isai. 52, 6. — Ioann. 8, 56. — Luc. 6, 23. — Luc. 6, 22. — Matth. 23, 37.]

δὲ Ποσάκις δεικνύει διὰ προφητῶν τούτου συνάξαι αὐτὴν ἐπιμελησαμένου. Εἰ γὰρ Ἀποκτένουσα τοὺς προφήτας λέγει ἐλεγκτικῶς, ἄρα τῶν προφητῶν ποιεῖται τὴν ἐπιμέλειαν. Ὁ δὲ τῶν προφητῶν ἐπιμελούμενος οὐκ ἀλλοτρίων ἐπεμελεῖτο, ἀλλὰ τῶν ἰδίων. Καὶ, Ζητηθήσεται, φησὶ, τὸ αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον ἀπὸ αἵματος Ἄβελ ἄχρι Ζαχαρίου τοῦ δικαίου, τοῦ ἐκκενωθέντος ἀνὰ μέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ, Ἄρας πάντα, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ εἶπε, Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. Καὶ πρὸς τοὺς περὶ Μαριὰμ καὶ Ἰωσὴφ ἔλεγε, Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ἤδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; Καὶ εὐθὺς
pag. 656. ἐπιφέρει τὸ εὐαγγέλιον [5] λέγων ὅτι εἶπε, Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου, ὡς λέγει, Καὶ ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ ὅτι ἦν γεγραμμένον, Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με.

Κεφ. μγ'. Καὶ πόσα ἔστιν εἰπεῖν διὰ [1] τοιούτων εὐαγγελίων καὶ τῶν ἀποστόλων εἰς ἔλεγχον τῆς τοῦ Μάνη μανίας; καὶ ὡς βούλεται διαιρεῖν καὶ ἀπαλλοτριοῦν τὴν παλαιὰν διαθήκην ἀπὸ τῆς καινῆς, τῆς παλαιᾶς μαρτυρούσης περὶ τοῦ σωτῆρος, καὶ τοῦ σωτῆρος ὁμολογοῦντος τὴν παλαιὰν διαθήκην, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι· ὡς λέγει Δαβὶδ, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Εἰ οὖν κύριον αὐτὸν λέγει, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ λέγει, Τῶν παίδων κραζόντων Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, καὶ οὐκ ἐπετίμα αὐτοῖς· λέγουσιν οἱ Φαρισαῖοι, Οὐκ ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσι; κώλυσον αὐτά. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς, Ἂν οὗτοι σιγήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. Υἱὸς μὲν γὰρ Δαβίδ ἐστι κατὰ σάρκα, κύριος δὲ τοῦ Δαβὶδ κατὰ πνεῦμα, τῶν ἀμφοτέρων λέξεων δυνατῶν οὐσῶν καὶ ἀληθευουσῶν. Οὐδὲν γάρ ἐστι παραπεποιημένον τῇ ἀληθείᾳ.

Ἀλλὰ ἵνα [2] μὴ μηκύνω τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἀρκεσθήσομαι ταύταις ταῖς μαρτυρίαις. Ἐλεύσομαι δὲ εἰς τὰ ἕτερα, ἐξελέγχων τὸν ἀγύρτην. Εἰ τὸ σῶμα ἑτέρου θεοῦ, ὦ οὗτος, καὶ ἡ ψυχὴ ἄλλου θεοῦ, τίς κοινωνία τῶν ἀμφοτέρων; Καὶ δέδια ὡς εἰς πόσον ὄγκον βυθοῦ διανοημάτων ἐγκύπτειν πειρᾶται ὁ τῆς ἡμῶν βραχύτητος μικρὸς νοῦς. Διὸ χαλιναγωγήσω ἐμαυτὸν, ἵνα μὴ πολὺν κάματον ποιήσωμαι ἀναγνώσεως τοῖς δυναμένοις. Καὶ ἀπὸ μιᾶς μαρτυρίας ἔστι ἐξελέγξαι τὸν γόητα. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοινωνεῖν οὐκ ἔστι διαφερομένων πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ ἑνὸς τὸ ἔργον, ἢ δύο φίλων ἡ ἐργασία. Τοῦ σώματος τοίνυν καὶ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄντων, ἑνὸς θεοῦ τὸ ἔργον· οὐ γὰρ

5. *Forlasse* λέγον.

Cap. XLIII. — 1. *Suspicor* τούτων τῶν, *vel* τοιούτων τῶν.

2. μὴ, *quod abest ab utroque codd. mss. et ab ed. princ., supplevit Petavius post Cornarium qui convertit* ut ne longius extendam *cett.*

gandis illis operam adhibuisse demonstrat. Cum enim haec ipsa verba, *Quae occidis prophetas*, aspere et obiurgandi gratia pronuntiaverit, consequens est prophetarum ab eo curam esse susceptam. Iam qui prophetarum curam gerit, non utique est tanquam de alienis, sed tanquam suis propriisque sollicitus. Quo et illud pertinet, *Requiretur sanguis qui effusus est a sanguine Abelusque ad Zachariam iustum, qui fusus est inter templum et altare.* Praeterea alio in loco: *Sublatis omnibus nummulariorum mensas evertit, ac dixit, Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Ad haec Mariae ac Iosepho dixit, *Quid erat quod quaerebatis me? Nesciebatis quod in iis quae patris mei sunt oportet me esse?* Porro evangelium, postquam haec ab eo dicta retulit, *Nolite facere domum patris mei domum negotiationis,* statim illud subiicit: *Et recordati sunt discipuli quod scriptum est: Zelus domus tuae comedit me.*

Ioann. 2, 15. Luc. 2, 49. Ioann. 2, 17.

Cap. XLIII.

Quam multa ex evangeliis et apostolis afferri ad Manichaei refellendam insaniam possunt, qui vetus testamentum a novo distrahere et alienare contendit? cum tamen et vetus multa de salvatore testimonia contineat, et hic vicissim, imo et eius apostoli veteri testamento auctoritate sua suffragentur. Ut in illo loco qui ex Davide translatus est: *Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis. Si igitur dominus illum vocat, quomodo filius eius est?* Ad haec: *Clamantibus pueris Osanna filio David,* cum eos non increparet, Pharisaei ita ipsum allocuti sunt: *Non audis quid isti dicant? prohibe illos.* Ille vero ita respondit, *Si isti tacuerint, lapides vociferabuntur.* Est enim Davidis ille quidem carne filius, eiusdem vero, si spiritum consideres, dominus, cum ambae illae voces aliquid quod fieri possit, verumque significent. Nam nihil est in veritatem confictum.

Matth. 22, 44. Matth. 21, 9. Luc. 19, 40.

Verum ne diutius in eo argumento commorer, ero paucis iis testimoniis contentus, meque ad alia impostoris illius dogmata refutanda conferam. Si corpus alterius dei est, et alterius anima, quae potest, mi homo, amborum esse communio? Quamquam cogitandi mihi quam altam in contemplationem mediocris ac perpusilla mens nostra sese committat, subit admodum vereri. Quamobrem inhibebo memetipsum, ne iis qui legere ista possunt plus quam par est laboris imponam, cum praesertim unico testimonio praestigiator iste redargui possit. Etenim in eandem consociationem ac communionem adduci non eorum esse potest quae mutuo dissentiant, sed unius opus est, aut a duobus saltem amicis efficitur. Itaque cum corpus et anima in unum conveniant, unius dei opus illud esse putandum

ἔστι διαίρεσις, [3] διὰ τὸ ἀμφότερα συνεργεῖν πρεπόντως καὶ συνδοξάζειν. Εἰ δὲ κατὰ τὸν τούτου λόγον καταφαγόντες οἱ Ἄρχοντες τὴν ψυχὴν ἐποίησαν αὐτῇ δεσμὸν τουτοῒ τὸ σῶμα, πῶς τὴν βεβρωμένην αὖθις ἐγκλείουσιν εἰς σῶμα; πᾶν γὰρ τὸ βιβρωσκόμενον ἀναλίσκεται, τὸ δὲ ἀναλισκόμενον καὶ εἰς τὸ ἀνύπαρκτον χωρεῖ, τὸ δὲ χωροῦν εἰς
pag. 657. τὸ ἀνύπαρκτον καὶ μηκέτι ὂν οὔτε ἔν τινι τόπῳ περικέκλεισται, οὔτε ἔστιν, οὔτε γενήσεται αὐτῷ τόπος δεσμωτηρίου, τῷ μὴ ὑπάρχοντι.

Κεφ. ʹμδʹ. Πολλάκις δὲ τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ἐπιλαθόμενος περὶ ὧν δ᾽ ἂν εἴποι ἐπιλανθάνεται, καὶ ἅ ποτε κατασκευάζει, τὰ αὐτὰ πάλιν ἀνασκευάζει ἀγνοῶν. Ὁτὲ μὲν γὰρ τὴν ψυχὴν φάσκει τὴν βεβρωμένην ἐγκατάκλειστον ὁριζόμενος ἐν σώμασι τοῖς οὖσιν, ὁτὲ δὲ ἀφηρπάσθαι ἀπὸ τῶν Ἀρχόντων ἄνωθεν ἐκ τῆς πανοπλίας τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ τὴν αὐτὴν ὁρίζεται, ὡς μηκέτι βεβρῶσθαι, ἀλλὰ ᾐχμαλωτεῦσθαι, ποτὲ δὲ τὴν αὐτὴν αἰχμάλωτον ληφθεῖσαν οὐκέτι συναδόντως λέγει, ἀλλ᾽ ἕτερον τρόπον τὴν κατ᾽ αὐτῆς ὑπόθεσιν διηγεῖται, φάσκων ὡς δέλεαρ αὐτὴν ἑκουσίᾳ γνώμῃ παραβεβλῆσθαι ὑπὸ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως, δίκην ἐρίφου ἐν βόθρῳ βληθέντος, εἰς τὸ τὸν θῆρα ἀγρεῦσαι, ἐρεθισθέντα [1] τε καὶ κατελθόντα τὸν ἔριφον λαβεῖν καὶ αὐτὸν τὸν θῆρα [2] θηρευθῆναι. Καὶ εἰ μὲν τῆς ἰδίας δυνάμεως τὸν ἔριφον ἀπέστειλεν ἡ ἄνω δύναμις, ὅ ἐστιν ἀγαθὸς θεὸς, ἢ τὸ φῶς ὡς αὐτὸς ὀνομάζει, κἄν τε θηρεύσῃ τὸν θῆρα, τέως πρῶτος ὁ ἔριφος καταβρωθήσεται, καὶ μᾶλλον ἑαυτὴν βλάψει ἡ ἄνω δύναμις, μέρος αὐτῆς ὑποβάλλουσα εἰς βρῶμα τῷ θηρὶ, ἵνα δι᾽ οὗ μέρους αὐτὴ ζημιουμένη δόξῃ τὸν θῆρα θηρεῦσαι, καὶ οὐκέτι [3] ὡς ἰσχύουσα, καὶ ὑπερτάτη, καὶ δυνατὴ, λόγῳ ἢ θελήματι τὸν θῆρα χειρώσηται, ἀλλὰ μηχανᾶται πολυτρόπως, καὶ πανουργεύεται, ἵνα δυνηθῇ τοῦ θηρὸς περιγενέσθαι. Καὶ εἰ ὅλως θηρευθείη ὁ θὴρ, ἤδη ἀπὸ τοῦ ἰδίου μέρους ἀπεβάλετο τὸν ἔριφον τὸν βεβρωμένον, κἄν τε ὅλως δυνηθείη θηρεῦσαι. Εἰ γὰρ τὴν ψυχὴν ἀπέστειλεν ἐνταῦθα ἡ ἄνω δύναμις, ἵνα διὰ τῆς ψυχῆς πεδήσῃ τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας θηρεύουσα, οὐκ ἀπέβη ὁ σκοπὸς τῇ οὕτω βουλευσαμένῃ. Κἄν τε γὰρ ἀπέστειλε τὴν ψυχὴν θηρεῦσαι, τεθήρευται, ἢ παγιδεῦσαι, πεπαγίδευται, ἐλθοῦσα ἀπὸ καθαρᾶς φύσεως, καὶ ὑποπεσοῦσα πρῶτον μὲν δεσμῷ σώματος [4] τῆς ὕλης, εἶτα δὲ καὶ πολλαῖς τῶν ἁμαρτημάτων ἀτοπίαις. Καὶ πανταχόθεν διαπίπτει ὁ τοῦ πλάνου λόγος, καὶ ἡ τοῦ ἀλιτηρίου διδασκαλία.

3. διὸ *cod. ms. uterque.*

Cap. XLIV. — 1. *Fortasse* δὲ.

2. θηρευθῆναι *abest a cod. Rhedig. Infinitivus* λαβεῖν *aptus est a verbo* κατελθόντα, *finali sensu capiendus.*

3. ὡς *restitui ex libris manu exaratis. In editis est* οὐκ. *Et Cornarium video*

est. Neque enim ulla est inter illa duo disiunctio, cum ad agendum mutua consensione ac consordia conspirent. Iam vero si, ut ille sentit, principes animam, quam devoraverant, in hoc corpus, tanquam in vinculum quoddam compegerint, qui fieri potest ut quam devoraverint, iterum in corpus includant? Quicquid enim devoratur, consumitur, quod autem consumitur, evanescit et in nihilum redigitur. Quod in nihilum abit et esse desinit, nec ullo loco circumscribitur, nec est usquam, nec ullo carcere, cum nihil sit, coerceri potest.

Cap. XLIV. Sed illud homini persaepe accidit, ut suae opinionis oblitus quae antea dixerit non recordetur amplius, et quae aliquando comprobaverit, eadem rursus imprudens evertat. Animam interdum devoratam, et corporibus, quae in hoc mundo sunt, inclusam esse defendit, alias a Principibus e coelo, atque ex boni dei armatura direptam, ut non amplius devorata, sed in captivitatem abducta sit; nonnunquam et captivam asserit. Neque cohaerentia loquitur, sed alio modo totam eiusmodi narrationem contexit. Quippe velut escam quandam ab superiori virtute sponte sua obiectam existimat, non aliter atque hoedum in scrobem abiicere solent captandae ferae gratia, quae hac illecebra ad capiendam praedam invitata capiatur. Verum si ex virtute propria velut hoedum hunc aliquem vis illa coelestis immiserit, hoc est bonus deus, sive lux, ut iste nominat, licet feram capiat, prius tamen haedum absumi necesse est, atque ita maius ipsi sibi detrimentum coelestis illa virtus consciscet, quae nonnullam sui partem ad bestiae pabulum obiecerit, ut qua se ipsam portione mutilaverit feram captasse videatur, nec iam valens, ac suprema, aut praepotens erit, ut voce vel voluntate feram potestati suae subiiciat, quin potius, ut eius compos evadat, callide ac fraudulenter multa molitur. Ac tametsi illius aliqua parte inescata fera illa captata sit, ante tamen devoratum hoedum illa perdidit, quantumvis praedam assequi potuerit. Sic igitur si animam virtus coelestis in hunc orbem emiserit, ut per eam Principatus irretiret Potestatesque captaret, non illa scopum quem volebat assecuta fuit. Nam cum animam velut ad venandum captandumque miserit, capta ipsa tamen potius est, et cum ad irretiendum venerit, suis est implicata retibus; siquidem purissima ex natura derivata primum in vincula concreti cum materia corporis incidit, tum multis est peccatorum incommodis obstricta. Quamobrem haeretici illius atque execrandi hominis tam oratio quam doctrina omni ex parte refellitur.

*convertisse* velut valida et suprema. 4. τῆς *om. cod. Rhedig.*

Κεφ. με΄. Φέρε δὴ ἴδωμεν καὶ περὶ τῆς Μητρὸς τῆς ζωῆς, ἧς φάσκει Δυ-
pag. 658. νάμεως προβεβλῆσθαι, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Μητέρα τῆς ζωῆς, τόν τε πρῶτον ἄνθρωπον, τὰ πέντε στοιχεῖα, ἅ τινά ἐστιν, ὡς ἐκεῖνος λέγει, ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ, καὶ ὕλη. Ταῦτα δὲ ἐνδυσάμενον αὐτὸν, ὡς πρὸς κατασκευὴν πολέμου κατελθεῖν κάτω, καὶ πολεμῆσαι τῷ σκότει. Οἱ γὰρ [1] τοῦ σκότους Ἄρχοντες πολεμοῦντες αὐτῷ ἔφαγον ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ψυχή. Ὢ ἀγύρτου μιμολογίας, ὢ χλεύης ἀσυνεικάστου καὶ γελοιώδους ὑποθέσεως, [2] τὰ ἐπίχειρα πανταχόθεν ἀδυναμίαν προσάπτει τῷ θεῷ, πανταχόθεν ἄγνοιαν ὁρίζεται τῷ πάντα γινώσκοντι θεῷ. Ὁ γὰρ προβαλὼν τὴν Μητέρα τῆς ζωῆς, κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον, ἢ ὅτι ἀγνωσίαν εἶχε τίνα τὰ ἀπὸ τῆς Μητρὸς τῆς ζωῆς ἐπιτελούμενα, ἢ ὅτι ἀποτελεσθέντα παρὰ τὴν προσδοκίαν τῆς διανοίας τὰ συμβεβηκότα ἄλλως εὑρεθέντα, ὄνειδος φέρει. Ἄγνοιαν γὰρ ὀφλήσειε ὁ ἕτερα μὲν διανοηθεὶς ἀποβήσεσθαι, [3] ἕτερα δὲ εὑρὼν ἐς ὕστερον γενόμενα, οὐ κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν. Ἡ γὰρ Μήτηρ τῆς ζωῆς, ἡ παρ' αὐτῷ Δύναμις καλουμένη, ἐξ αὐτοῦ προβληθεῖσα, ὡς αἰσχρόν ἐστι καὶ τὸ λέγειν Μητέρα ζωῆς. Οὐ γὰρ [4] ἐπιδέχεται τοῖς τὸν σώφρονα λογισμὸν κεκτημένοις τι θῆλυ ἐν τῇ θεότητι διανοεῖσθαι. Καὶ αὕτη δὲ, φησὶ, ἡ θήλεια προεβάλετο τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ ὅλως εἰπεῖν, τὸν πρῶτον ἄνθρωπον τὴν φύσιν καὶ τὴν Μητέρα τῆς ζωῆς ἐκ τῶν [5] ἐν ἡμῖν γιγνομένων φαντάζεται. Ἄνθρωπος γὰρ κέκληται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ μήτηρ ἐκ τῆς γῆς ἡμᾶς γενήσασα ἡ ἐκ θεοῦ τῷ Ἀδὰμ κεκτισμένη. Φαντάζεται δὲ ἀπὸ τῶν ἰδίων λογισμῶν ὁ κτηνώδης ἐν οὐρανῷ τοιαῦτα εἶναι ὁποῖα καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὑπάρχει. Ἅτινα οὐκ [6] ἐπιδέχεται ὡς ὁ θεῖος λόγος πάντη διδάσκει. Λέγει γὰρ, Σώματα ἐπουράνια καὶ σώματα ἐπίγεια, ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων· καὶ [7] οὔπω ὅλως τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν διηγήσατο, ἀλλὰ περὶ τῶν φαινομένων τούτων τῶν [8] σῶμα ὑπαρχόντων, ἡλίου λέγω, ἢ σελήνης, ἢ τῶν ἐπὶ γῆς ὄντων, καὶ τῶν σωμάτων τῶν ἁγίων, ὥς γε διανοούμεθα ταπεινοὶ ὄντες. Εἰ δὲ καὶ τῶν ὑπὲρ οὐρανὸν ἔσται λόγος, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ τῷ ἀποστόλῳ τῆς γνώσεως βαθύτατον χώρημα, οὐ πάντως ὁριζόμεθα. [9] Ὅμως ὡς πολλὰ τῶν ἐπιγείων λέλεκται,
pag. 659. [10] ποσῷ μᾶλλον τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν [11] ποθεν δύναται τοῖς ἐπιγείοις ἀπεικάζεσθαι, ὢ οὗτος;

Cap. XLV. — 1. τοὺς *pro* τοῦ *vitiose est in editis.*

2. *Petavius in marg. annotavit* „Vox illa τὰ ἐπίχειρα non admodum necessaria videtur.“ *Similia supra haer.* 64, 70., *ubi eodem vocabulo usus est scriptor. Mihi rescribendum videtur* κατὰ τὰ ἐπὶ-χειρα, *vel* κατ' ἐπίχειρα; *nam* ἐπίχειρα *sunt* res faciles, nulliusque negotii. *V. Lexica. Cornarius interpretatus est* o incomparabilem imposturam, et ridiculi argumenti aggressionem, undequaque impotentiam attribuit deo, *unde apparet eum* τὸ ἐπιχείρημα *cogitasse.*

3. ὁ ἕτερα *editi libri praeter mss. auctoritatem. Petavius certe uncinis inclusit articulum* ὁ.

4. ἐπιδέχεται *ego. Libri mss. et utraque edit.* ὑποδέχεται, *ed. Petav. Colon. rep.* ἀποδέχεται..

5. *Hoc est in terra, in vita humana*

Gal. 4, 24. Hebr. 9, 19. Gen. 49, 10. 2. Cor. 5, 19.

Ceterum Manichaeus cum aridis et effoetis arboribus legem ac prophetas comparat, hac potissimum sententia fretus, *Lex et prophetae usque ad Ioannem;* quo nihil afferri potest ineptius. Quis enim ignorat ubi id quod a prophetis nuntiabatur impletum est desisse prophetas. Qui si deinceps prodeuntem ex Maria Christum praedicantes venissent, nondum advenisse illum oporteret. Eiusmodi enim fere illud est, quemadmodum rex in aliquam provinciam iturus metatores ante se ac nuntios praemittit, ac quo propinquior illius adventus est, eo plures eius praecones ac praecursores antecedunt: postquam autem princeps urbem ingressus fuerit, quid amplius praeconibus opus est, aut veredariis ceterisque regis adventus praenuntiis, cum iam ipse intra moenia versetur? Eodem modo *lex et prophetae ad Ioannem usque perstiterunt.* Postquam autem Ioannes in deserto praedicavit, et agnum illum esse dei monstravit, *qui tollit peccata mundi,* nihil amplius prophetas mitti necesse est, qui nobis Christi ex virgine ortum adventumque denuntient. Olim quidem necessarii illi fuerunt, qui eundem illum advenire nuntiarent, ut adventus eius hoc ipso fides astrueretur, quod ante significatus fuerat. Porro quemadmodum si quis paedagogum habeat (recte enim hac similitudine utimur, cum apostolus dicat, *Paedagogus noster fuit lex in domini adventum*), postquam adoleverit, et praeceptorem habuerit, non omnino paedagogum velut inimicum re-

Cap. LXXVI. Luc. 16, 16. Ioann. 1, 29. Gal. 3, 24.

*a cod. Rhedig.*
2. ἡ *codd. mss. Desideratur ea vocula in utroque edito.*
3. ἐν τῷ αὐτῷ *extat in cod. Rhedig. pro* ἐνώπιον αὐτοῦ.
4. *Ita correxit Petavius. Libri vulgo* ἐφ' ἵππους.
5. *Libri omnes* ἐφ' ἵππων.
6. *Vox* Ἰωάννου *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

δηγήθημεν ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις ἕως τῆς παρουσίας τοῦ διδασκάλου, εὑρόντες δὲ τὸν διδάσκαλον οὐκ ἀτιμάζομεν τὸν παιδαγωγὸν ἀλλὰ καὶ χάριν αὐτῷ ὁμολογοῦμεν, ὅτι τὴν ἡμῶν νηπιότητα καθοδηγήσας εἰς τὰ ἐντελέστερα ἡμᾶς μαθήματα προεπέμψατο. Ἢ καθὼς ἐάν τις μέλλων πλεῖν [7] ἐν θαλάσσῃ ἔχοι μεγάλην τὴν ναῦν, ἐν ἀκατίῳ δὲ μικρῷ ἐπέλθοι τὸ σάλος τὸ παρὰ τὴν ὄχθην τῆς θαλάσσης, καὶ διενέγκῃ τὸ ἀκάτιον εἰς τὴν μεγάλην ναῦν τὸν ἄνθρωπον, οὐ πάντως ὁ ἄνθρωπος βυθίζει τὸ ἀκάτιον, ἐπειδὴ εὗρε τὴν μεγάλην ναῦν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ χάριν ἔχειν τῷ ἀκατίῳ καταλαμβάνει τὸ μειζότερον τῆς αὐτοῦ σωτηρίας πλοῖον. Ἢ καὶ ἑτέρως ἵνα εἴπωμεν, ὡς ἐάν τις ἐκβληθῇ ὑπὸ μητρὸς γεννησάσης, [8] ληφθεὶς δὲ ὑπό τινος τοῦ τυχόντος καὶ ἀνατραφείη χρόνῳ, εἰςύστερον ἀνδρωθέντος αὐτοῦ ἐπιγνῷ τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα τὸν κατὰ φύσιν, ἔχοι δὲ ὁ τοιοῦτος σύνεσιν, μὴ ἐπειδὴ [9] ἐπέγνω τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ ἐπιλαμβάνεται τῆς ἰδίας κληρονομίας, παρὰ τοῦτο ἀτιμάζει τὸν ἀναθρέψαντα; οὐ πολλῷ μᾶλλον χάριν ἔσχε τῷ ἀναθρέψαντι, ὅτι οὐκ εἴασεν αὐτὸν εἰς θάνατον παραδοθῆναι; οὕτω καὶ ἡμεῖς χάριν ἔχομεν [10] θεῷ τῷ δεδωκότι νόμον καὶ προφήτας, καὶ χάριν ἔχομεν αὐτῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς τῆς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καινῆς διαθήκης.

Κεφ. οζ'. Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Μάνης εἶναι ἡμᾶς μορφὰς Ἀρχόντων, καὶ ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων γεγονότας, αὐτοῖς δὲ εἰς κατάβρωμα καταβεβλημένους. pag. 697. Πολλὴ δὲ [1] ἄνοια ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις. Ὁρῶμεν γὰρ οὐχ οὕτως τὰ πράγματα συμβαίνοντα. Πᾶν γὰρ ὁτιοῦν ἐπὶ τῆς γῆς, κἄν τε φαυλοτέρων καὶ ἀγριοτέρων θηρίων ὑπάρχοι, οὐ τῇ ἰδίᾳ μορφῇ ἐπέρχεται, ἀλλὰ ταῖς ἄλλαις. Ὡς οἷον εἰπεῖν, λέοντες λέοντας οὐκ ἐσθίουσι, διὰ τὸ ἴδιον ἐκτύπωμα καὶ ὁμόστοιχον, ἀλλὰ λιμοῦ μεγάλου πιέζοντος ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς θῆρας, καὶ [2] ἔν τι πολλῷ χρόνῳ αὐτῶν μὴ εὑρισκόντων, ἤτοι διὰ χιόνα, ἢ δι' ἑτέραν ἔνδειαν, ἀναστρέφουσιν ἐν τοῖς φωλεοῖς καὶ χηραμοῖς αὐτῶν λέοντες ἅμα σκύμνοις ὑπάρχοντες, καὶ ἅμα λεαίναις. Καὶ οὐκ ἐπέρχεται θὴρ θηρίῳ, οὐ λύκος λύκῳ, εἰ μή τι ἂν εἰς μανίαν ἔλθοι τὸ ζῶον, καὶ λυσσῆσαν ἀγνοεῖ ὃ πράττει. Εἰ τοίνυν λύκος λύκον οὐκ ἐσθίει, διὰ τὴν ὁμόστοιχον μορφήν, πῶς δύνανται οἱ Ἄρχοντες ἡμᾶς ἐσθίειν, εἰ τῆς αὐτῆς ὑπάρχομεν, καὶ οὐ μᾶλλον θωπεύουσιν, ἵνα δόξωσιν τὰς ἰδίας αὐτῶν μορφὰς περιποιεῖσθαι; Καὶ πανταχόθεν ἐλέγχονται τοῦ ἀγύρτου οἱ λόγοι.

Κεφ. οη'. Εἶτα πάλιν ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου ἐπιλαμβάνεται ὅτι, Οὐ πάντες χωροῦσι τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, ἀλλ' οἷς δέδοται. Καὶ οὐκ ἦν ὁ λό-

7. ἐν τῇ θαλάσσῃ cod. Rhedig.
8. Suspicor ληφθείη. Nisi potius malueris ληφθεὶς δὲ -- καὶ ἀνατραφεὶς χρόνῳ cett. Pro ἐὰν in cod. Rhedig. est ἄν.
9. ἔγνω cod. Rhedig.

spuit, ita et nos per legem ac prophetas ad praeceptoris adventum usque perducti, ubi hunc nacti sumus, paedagogum cum ignominia non reiicimus, sed ei gratiam potius habemus, quod infantiam nostram per viam deducens ad perfectiores nos disciplinas promoverit. Item velut si quis in alto mari navigaturus, comparata maiore navi, exiguo lembo vicinum littori salum, in quo maior illa navis fluctuat, traiecerit, et ad eam minoris huius beneficio pervenerit, ubi maiorem attigerit, non statim lembum in profundum deprimit, sed ita grandiori navigio salutem suam committit, ut exiguo illi lembo gratiam habendam putet. Addam et aliud exemplum. Sicut expositus a genitrice quispiam, si ab aliquo forte sublatus et educatus fuerit, posteaquam adoleverit, ac naturalem suum parentem agnoverit, is, si prudentiae aliquantulum habeat, num ubi parentem agnoverit, et hereditatem suam adierit, idcirco nutricium illum aspernabitur, aut non ei potius gratificabitur, quod eius beneficio letum evaserit? Perinde igitur et nos deo gratiam habemus, primum quod legem nobis ac prophetas dederit, tum etiam quod novo nos filii sui testamento dignatus sit.

Idem Manichaeus Principum nos imagines esse, et a Principibus productos affirmat, quibus ad pabulum simus expositi. Quod sane dictu quam impium est. Longe enim aliter omnibus in rebus accidere cernimus. Et vero ex his omnibus quae in terra sunt, licet pessimas ac crudelissimas quasque feras consideres, nulla est quae in sui similem saeviat, sed in alterius generis duntaxat. Exempli caussa leonem leo propter formae ac naturae similitudinem non devorat, sed licet ingens fames in montibus feras illas urgeat, adeo ut propter nives aut inopiam aliquam praedae nihil longo tempore inveniant, in lustris tamen ac latibulis suis cum catulis ac leaenis commorantur; nec ulla omnino bestia in sui similem incurrit, velut lupus in lupum, nisi forte in rabiem concitata quid agat nesciat. Quare cum ne lupus quidem lupum devoret, ob figurae cognationem, quomodo Principes devorare nos possunt, quibus sumus formae similitudine coniuncti? Cur non potius blandiuntur nobis, quo suas ipsorum effigies tueri complectique videantur? Sic impostoris illius undique confutatur oratio. Cap. LXXVII.

Sed illud ex evangelio profert: *Non omnes doctrinam suam capere, sed quibus datum est.* Atqui nulla hic a salvatore de doctrina Cap. LXXVIII. Matth. 19, 18.

10. ϑεῷ *abest a cod. Rhedig.*

Cap. LXXVII. — 1. *Ita correxit Petav. Est ea scriptura in margine exempli Schottliani annotata. Libri enim vulgo habent* ἀνοσία. *Ego olim suspicabar* ἀγνωσία.

2. *Sic correxi. Libri habent* ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ.

γος περὶ διδασκαλίας ἐνταῦθα τῷ Σωτῆρι, ἀλλὰ περὶ εὐνούχων. Εἰ δὲ περὶ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας πληροῦται τὸ, Οὐ πάντες χωροῦσιν, ἐνταῦθα τῷ σωτῆρι, ἄρα ἐὰν οὐ χωρήσωσι, κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην οὐ χωροῦσιν. Ἐπαινετοὶ οὖν ἤτοι [1] ψεκτοὶ οὗτοι ἐπὶ τὸ αὐτεξούσιον κληθήσονται, καὶ οὐκέτι κατὰ φύσιν ἔσται τὸ χώρημα, ἐπεὶ [2] τί ἂν ὠφελήσειε τὴν αὐτῷ καταγγέλλων διδασκαλίαν; Ἐξέπεσε δὲ πανταχόθεν αὐτοῦ ὁ λόγος. Οὔτε γὰρ διδασκαλίαν ὁ σωτὴρ τὸν λόγον ἀπεφήνατο, ἀλλὰ δι' εὐνουχισμόν. Κἄν τε διδασκαλίαν εἴποι, οὐκέτι σταθήσεται τοῦ Μάνη [3] ὁ λόγος. Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Μάνης, [4] Ἤιδει τοὺς ἡμετέρους· καὶ γὰρ τὰ ἐμὰ πρόβατα γινώσκει με, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ πρόβατα. Ἐν ἅπασι δὲ ψεύδεται. Βουλόμενος γὰρ θωπείᾳ ἁρπάσαι [5] ψυχὰς κατὰ τῶν τότε παρόντων ἐν τῇ συζητήσει τοῦτον ἐξεῖπε τὸν λόγον, ὑποσπείρων δέλεαρ, ὡς εἰπεῖν, ἵνα διὰ τῆς κολακείας δόξωσιν αὐτῷ συνάπτεσθαι· ἵνα ὅταν συναφθῶσιν ἄρξηται κομπάζειν καὶ λέγειν εἰδέναι αὐτοὺς πρὶν ἢ τὴν ἄφιξιν πρὸς αὐτὸν ποιήσονται.
pag. 698. Γέγονε δὲ [6] αὐτῷ ὡς ὁ τῶν Ἑλλήνων μῦθος κατὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν μάντιν, μαντευόμενον τοῖς ἄλλοις, ἑαυτῷ δὲ μὴ δυνάμενον μαντεύεσθαι, ἀλλὰ ἐκπεπτωκότα αὐτὸν τοῦ μαντείου, ἐρῶντα τῆς Δάφνης, καὶ ἐκπεπτωκότα αὐτῆς διὰ σωφροσύνην. Οὕτω καὶ οὗτος ὁ Μάνης ἐμαντεύετο μὲν εἰδέναι τοὺς ἰδίους, φύσει δὲ διὰ Μάρκελλον ἧκεν ὑποχείριον αὐτὸν ληψόμενος, διέπεσεν δὲ τὸ αὐτοῦ μαντεῖον. Οὔτε γὰρ αὐτῷ Μάρκελλος ἐπείσθη, οὐδέ τις ἕτερος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν τότε ἀνθρώπων.

Κεφ. οϑ'. Εἶτα ἔφη ὅτι, Τὰ παλαιὰ ἔτη οὐδεὶς ἐσώθη, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος ἄχρι τῶν [1] αὐτοῦ χρόνων. Πρόβος δὲ ἦν ὁ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ βασιλεὺς, καὶ Αὐρηλιανὸς ὁ πρὸ αὐτοῦ, ὅτε οὗτος ὁ Μάνης ἐνεδήμει. Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν ἐλέγχεται πάντη, τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων περὶ τῶν ἤδη πρότερον σεσωσμένων. Ὡσαύτως ὁ κύριος λέγει, Ζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης πᾶν αἷμα δικαίου ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου μέχρις αἵματος Ζαχαρίου τοῦ ἐκκεχυμένου ἀναμέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Πόθεν οὖν δίκαιος Ἄβελ, πόθεν Ζαχαρίας, εἰ μὴ ὅτι ἦν ἤδη [2] ἡ σωτηρία, καὶ ὅτι ἔσωσεν ἤδη διὰ νόμου καὶ προφητῶν; Φησὶ, Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως· ὅπως γνῷς ὅτι ἐν Μωϋσεῖ [3] ἀνεκόπη ὁ θάνατος, οὐ παντάπασιν ἀφανισθείς. Ἀπεξεδέχετο γὰρ τὸν τελειωτὴν πάντων Ἰησοῦν, ἵνα ὅταν [4] αὐτὸν παραδῴη ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος,

Cap. LXXVIII. — 1. ψευκτοὶ cod. Rhedig.
2. τί desideratur in ed. Petav.
3. Articulum ὁ adieci ex utroque cod. ms.
4. ᾔδει scripsi ex emendatione Petavii. Libri habent ἤδη. Cornarius vertit dicit amplius idem Manes, nostros iam sermones usurpans.
5. ψυχὰς libri mss.; et Cornarius ver-

mentio, sed de eunuchis duntaxat instituitur. Verum ut hoc demus, ad ipsius doctrinam dictum illud spectare: *Non omnes capiunt*, igitur si non capiunt, ex propria animi sententia non capiunt. Quare laude aut vituperio digni ex voluntatis suae libertate dicentur, neque ex natura capacitas illa petenda fuerit; alioqui quid praedicanda doctrina sua proficeret? Verum nihil omnino dicit, quandoquidem non ad doctrinam, sed ad spadones salvatoris ille sermo pertinet. Ac tametsi de doctrina loqueretur, non tamen stare posset Manichaei ratio. Atenim Manichaeus, Noverat, inquit, nostros. *Oves enim meae cognoscunt me, et cognosco oves meas.* Sed ubique mentitur. Nam cum ex eorum numero, qui tum illi disputationi praesentes aderant, quempiam vellet per ambitionem ac blanditias rapere, istiusmodi vocibus est usus, ac velut escam et illecebram aspersit, ut hac illi adulatione ad eius se societatem aggregarent, ut cum adiuncti essent, gloriari ac iactare posset se illos, antequam ad se venirent, cognitos habuisse. Sed idem illi contigit quod Apollini vati, qui, ut est in Graecorum fabulis cum aliis futura praediceret, sibi ipsi non praesagiit, sed suo ipsius oraculo fraudatus est, cum scilicet Daphnes amore flagrans ob eius castitatem compos esse non potuit. Ita Manichaeus cum se suos nosse vaticinaretur, ac Marcelli captandi gratia venisset, sua illum frustrata divinatio est. Nam neque Marcello, neque alteri cuiquam per illud tempus dogmata sua probare potuit.

Ioann. 10, 14.

Cap. LXXIX.

Praeterea, Nemo, inquit ille, priscis temporibus salutem adeptus est, nisi ab anno decimo quinto Tiberii Caesaris ad aetatem usque suam, quae in Probi et antecessoris Aureliani imperium incidit, sub quibus Manichaeus vixit. In quo rursus explodendus venit, cum de multis olim salutem assecutis tam evangelii quam apostolorum scripta meminerint; imo et dominus ipse, *Requiretur*, inquit, *ab hac generatione sanguis omnis iustus, qui effusus est a sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariae, qui effusus est inter templum et altare.* Potuitne iustus Abel aut Zacharias esse, nisi iam tum salus comparari potuisset, eamque leges ac prophetarum beneficio tribueret? Propterea scriptum est, *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysem*, ut intelligas repressam in Moyse mortem esse, non omnino restinctam. Expectabat quippe consummatorem omnium Iesum, donec pro humano sese genere sponte traderet, atque et

Matth. 23, 36.

Rom. 5, 14.

*tit* animas. *At in utroque edito extat* ψυχὴν.

6. αὐτῷ *codd. mss. et ed. pr.* αὐτοῦ *ed. Petav.*

Cap LXXIX. — 1. αὐτοῦ *revocavi ex libris manu exaratis. In editis male est* αὐτῶν.

2. *Articulum* ἡ *restitui ex libris mss.*

3. ἀνεκόπει *ed. princ.*

4. *Suspicor* αὑτὸν. *Vocem* ὅταν *de-*

ὁ ἀθάνατος θανὼν, ὁ ἀκράτητος κρατητὸς γενόμενος, ἡ ζωὴ ἐν σαρκὶ τὸ παθεῖν ὑπομένων, καὶ κλάσῃ διὰ τοῦ θανάτου τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τὸ κέντρον τῆς ἁμαρτίας καὶ τὸν θάνατον· ὅτε λοιπὸν ἐπληροῦτο, Ποῦ σου θάνατος τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν Μωϋσεῖ ἀνετράπη ἐπισχεθεὶς ὁ θάνατος, βασιλεύσας ἄχρι Μωϋσέως. Καὶ πρῶτον μὲν δίκαιοι ἦσαν οἱ περὶ Ἄβελ, καὶ Ἐνὼχ, ὁ μετατεθεὶς τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο. Ἀλλὰ οὔπω ὁ ἔγγραπτος νόμος, ἀλλὰ ὁ κατὰ φύσιν ἐκ διανοίας, καὶ ἐκ παραδόσεως, κατὰ διαδοχὴν πατέρων πρὸς τοὺς υἱούς. Ὅτε [5] δὲ τηλαυγῶς ἐξετέθη ὁ νόμος, ἐγένετο, ὡς εἰπεῖν, μάχαιρα διχάζουσα
pag. 699. τὴν δύναμιν τῆς ἁμαρτίας, ὅτε δὲ ὁ σωτὴρ παρεγένετο, συνετρίβη τὸ κέντρον τοῦ θανάτου. Καὶ πάλιν καταποθήσεται ὁ θάνατος εἰς νῖκος τότε. Καὶ ὅρα πῶς ἔσωζεν ὁ θεὸς διὰ πολλῶν τρόπων· τὸ δὲ τέλειον τῆς σωτηρίας ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν γεγένηται, καὶ γενήσεται, ὡς καὶ ὁ εὐαγγέλιον φάσκει ὅτι, Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. Καὶ, Ποῖον, φησὶ, τὸ πλήρωμα; ἀλλ' ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ ἐγένετο. Ἐκεῖ μὲν ἐδόθη, ὧδε ἐγένετο. Εἰ ἐκ πληρώματος ὁ νόμος, ἡ χάρις, καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Ἰησοῦ, παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ νόμῳ καὶ χάριτι καὶ ἀληθείᾳ.

Κεφ. π'. Ἑτέρᾳ δὲ πάλιν λέξει κέχρηται ὁ αὐτὸς Μάνης φάσκων ὅτι, Ὁ Χριστὸς ἐξηγόρασεν ἡμᾶς [1] ἀπὸ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Λεγέτω τοίνυν ποίοις ἀργυρίοις ἡ ἀγορασία γεγένηται, ποῖον τὸ τίμημα ὃ δέδοται, ἵνα ἡμᾶς ἀγοράσῃ. Οὐ γὰρ εἶπεν [2] ὃ ἠγόρασεν, ἀλλ' Ἐξηγόρασεν. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἀγορασίαν ἐπίσταται, τὸ δὲ τίμημα ἀγνοεῖ· ἡ δὲ ἀλήθεια τὰ ἀμφότερα ὁμολογεῖ. Ἐξηγόρασε γὰρ ἡμᾶς, καὶ ἠγόρασεν ἀληθῶς ἀπὸ κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Καὶ πῶς ἠγόρασεν ἡμᾶς, εὐθὺς ἐπιφέρει ὁ διδάσκαλος τῆς ἐκκλησίας, [3] φάσκων ὅτι, [4] Τιμῆς ἠγοράσθητε, τιμίῳ αἵματι ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. Εἰ τοίνυν τῷ αἵματι ἠγοράσθητε, οὐχ ὑπάρχεις τῶν ἠγορασμένων, ὦ Μάνη, ἐπειδὴ τὸ αἷμα [5] ἀρνεῖσαι. Πόθεν δὲ ἡμᾶς ἠγόρασε; λέγε. Ἀλλοτρίους ὄντας ὠνήσατο; Ἆρα ἠπόρησεν ὁ πρότερον ἡμῶν δεσπότης, καὶ ἐπιδεόμενος τοῦ ἡμῶν τιμήματος, λαβὼν ἀπέδοτο ἡμᾶς Χριστῷ; Καὶ εἰ ἀπεδόθημεν Χριστῷ, οὐκέτι ἐσμὲν τοῦ προτέρου. Εἰ τοίνυν [6] ὁ πρότερος οὐκέτι ἡμᾶς κέκτηται, ἄρα τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἔξω

*lendum iudicavit Petavius, non videns* ἵνα *coniunctionem pertinere ad verba* καὶ κλάσῃ, ὅταν *vero ad* αὐτὸν παραδῴη.

5. *Particulam* δὲ *non agnoscit cod. Rhed.*

Cap. LXXX. — 1. ἐκ *cod. Rhedig.*

2. *Immo* ᾧ ἠγόρασεν.

3. λέγων *cod. Rhedig.*

immortalis obiret mortem, et qui comprehendi non potest comprehendi se permitteret, et vita suscepta carne pateretur, ac denique per mortem eum qui morti dominabatur infringeret peccati cum morte stimulum. Quo tempore illud impletum est, *Ubi est mors stimulus* 2.Cor.15, 55.
*tuus? ubi est inferne victoria tua?* Illic enim mors est eversa profligataque penitus, quae cum regnum ad tempora Mosis obtinuisset, sub illo cohibita fuerat. Inprimis ergo iustus Abel extitit et Enoch, *qui translatus est ne videret mortem, nec inventus est.* Nec dum Gen. 5, 24.
scripta lex promulgata fuerat, sed naturalis tantummodo vigebat, quae cuiusque animo infixa, ac per generis successionem a parentibus in filios propagata fuerat. Posteaquam vero palam proposita lex est, fuit hic velut quidam gladius, quo peccati vis est ac potentia divisa. Sed accedente salvatore stimulus mortis confractus est. Atque illo denique tempore *mors in victoriam iterum absorbebitur.* Vides quemadmodum deus homines ad salutem variis modis perduxerit, at perfecta salus in Christo Iesu domino nostro contigit, contingetque perpetuo, perinde atque in evangelio scriptum est: *De plenitu-* Ioann. 1, 16.
*dine eius nos omnes accepimus.* Quaenam vero est illa plenitudo? *Lex,* inquit, *per Moysem data est: gratia et veritas per Iesum facta est.* Illic porro data est, hic facta. Quod si ex illa plenitudine derivata lex est, gratia et veritas Iesu tribuitur, tam vetus quam novum testamentum lege et gratia ac veritate continetur.

Cap. LXXX.

Quin et illud Manichaeus e scripturis arcessit: *Christus redemit nos a maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Dicat igitur Gal. 3, 13.
quibus nummis facta illa sit emptio, quodve pretium pro nobis repensum fuerit. Non enim dixit: *Emit,* sed, *Redemit.* Verum cum emptionem noverit, pretium tamen ignorat. Utrumque porro veritas ipsa confitetur. Plane quippe nos redemit, ac pro nobis factus maledictum, a legis nos maledicto pretio vindicavit. Ceterum quonam modo vindicaverit, statim ecclesiae magister subiicit: *Pretio,* 1.Cor. 6, 20.
inquit, *empti estis, pretioso sanguine agni immaculati et incontaminati Christi.* Quamobrem si sanguine redempti sumus, nequaquam inter redemptos, Manichaee, numerandus es, cum sanguinem abneges. Undenam vero nos redemit? dic sodes. An cum alieni iuris essemus acquisivit? Num vero ad inopiam et angustiam prior noster dominus redactus, ac pretio nostro indigens Christo nos vendidit? Igitur si Christo venditi sumus, non amplius in prioris mancipio sumus. Quod si possidere nos ille desiit, ditione sua deiectus est,

4. τιμῆς *libri scripti.* τιμῇ *editi.*
5. *Correxi* ἀρνεῖσαι, *cum libri haberent* ἀρνῆσαι, *quae forma iterum occurrit infra cap.* 83., *et haer.* 69, 9. *In margine exempli Schottiani annotatum est* ἀρνεῖ, *siglo M. addito.*
6. ἡμᾶς ὁ πρότερος οὐ κέκτηται, ἆρα *cod. Rhedig.*

ἐγένετο, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις τόποις οὐκ ἔχει ἐξουσίαν. Πῶς οὖν ἐνεργεῖται ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, κατὰ τὸ γεγραμμένον; Ἀλλ' οὔτε πῶς ἠγόρασεν, οὔτε πῶς ἠγοράσθημεν, οὔτε πῶς κατάρα ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε, νοεῖ ὁ κατὰ πάντα μανεὶς, ἀνοίξας αὐτοῦ τὸ στόμα, καὶ μὴ δυνάμενος περὶ ὧν λέγει διαβεβαιοῦσθαι. Ἰδοὺ γὰρ αὐτοὺς ὁρῶμεν [7] λέγοντας ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ κράζοντας,
pag. 700. Ἐν τῷ [8] σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν, καὶ ἐν τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν. Καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτοὺς, Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ κατηραμένοι, οὔπω ἔγνων ὑμᾶς. Πῶς οὖν αὐτὸν ὁμολογοῦσι, καὶ αὐτὸς αὐτοὺς καταρᾶται; Τί δὲ ἦν ἡ κατάρα τοῦ νόμου; ἀλλὰ κατάρα τοῦ νόμου σταυρὸς διὰ τὰς ἁμαρτίας. Ἐὰν γάρ τις καταληφθῇ ἐν παραπτώματι, ἔλεγεν ὁ νόμος, Καὶ κρεμάσητε αὐτὸν ἐπὶ ξύλου, οὐ μὴ δύνῃ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῷ ἐπὶ τῷ θνησιμαίῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καθελόντες καθελεῖτέ τε αὐτὸν, καὶ θάψαντες θάψατε αὐτὸν πρὸ δύσεως τοῦ ἡλίου, ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ [9] τοῦ ξύλου. Ἐπεὶ οὖν διὰ τὴν σταύρωσιν ἡ κατάρα προςετέτακτο, ἐλθὼν δὲ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐπὶ ξύλου, ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δεδωκὼς τὸ αἷμα αὐτοῦ ἡμᾶς ἠγόρασε, τὸ σῶμα αὐτοῦ ἡμῶν τὰς κατάρας ἔλυσε, τουτέστιν λύσας τὰς ἁμαρτίας διὰ τῆς τοῦ σταυροῦ μετανοίας, καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Οὔτε οὖν ὁ νόμος κατάρα, μὴ γένοιτο, οὔτε τὸ εὐαγγέλιον ἔλαβε τὴν κατάραν, οὔτε ὁ κύριος, ἀλλὰ διὰ τῆς προφάσεως τοῦ αὐτοῦ θανάτου λέλυται ὁ θάνατος ὁ κατὰ τῆς ἁμαρτίας.

Κεφ. πα'. Εἶτά φησιν ὅτι, Ὁ νόμος διακονία ἦν τοῦ θανάτου. Ἤδη περὶ τούτου πολλὰ εἴπομεν, ὅτι οὐκ αὐτὸς ἦν διάκονος θανάτου. Οὔτε γὰρ ἔλεγε φονεύειν, ἀλλ' ἐκέλευσε λέγων, Μὴ φονεύσῃς. Ἐπειδὴ δὲ ἐφόνευσε τὸν φονεύοντα, ἵνα ἀναιρεθῇ διὰ τοῦ ἑνὸς τοῦ φονευθέντος ἡ τοῦ φόνου ἐνέργεια, καὶ [1] δι' ἕνα φοβηθέντες πολλοὶ κατάσχωσι τὴν ἀδικίαν τοῦ μηκέτι φονεύειν, ἡ διακονία ἦν θανάτου, οὐχ ἵνα θάνατον διακονήσῃ, ἀλλ' ἵνα θάνατον τῷ φονευτῇ ἐργάσηται, ἵνα μηκέτι φονευταὶ πολλοὶ γίνωνται. Ἐλθὼν δὲ ὁ σωτὴρ, ἐπειδὴ λοιπὸν ἐσωφρόνισεν ὁ παιδαγωγὸς, τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου τὰ ἐντελέστερα μαθήματα δεικνὺς μετὰ τῆς συμφωνίας τοῦ νόμου, τοῦ, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, ἔφη ὅτι, Τῷ ῥαπίζοντί σε εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον [2] αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, ἵνα ζωῆς γένηται ἡ διακονία, ἀναιρουμένου παντάπασι τοῦ φόνου. Ὁ γὰρ τυπτόμενος τὴν σιαγόνα παροξυσμὸν οὐκ ἐργάζεται φόνου, ἀλλὰ λύει τὴν χεῖρα τοῦ φονευτοῦ, τῇ ταπεινοφροσύνῃ θωπεύων τὴν ἐν αὐτῷ κακίαν. Καὶ οὕτως πάντα συμφωνεῖ παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη.

7. λέγοντας *non habet cod. Rhedig.*
8. σώματι ἐφάγομεν *cod. Rhedig.*
9. τοῦ *non habet cod. Rhedig.*

Cap. LXXXI. — 1. δι' ἓν *habent libri manu exarati et ed. princ.*

nec in propriis sedibus ius ullum obtinet. Quonam igitur modo *operatur in filiis inobedientiae*, sicut scriptum est? Sed nimirum neque quomodo nos Christus redemerit, redemptique ipsi fuerimus, neque quomodo maledictum pro nobis extiterit, furiosus ille Manichaeus intelligit; qui aperto ore multa effutiens quae dicit probare non potest. Ecce enim in secundo illius adventu ac restitutione mundi vociferantes illos videmus, *In nomine tuo comedimus, et in nomine tuo daemonia eiecimus.* Quibus ille respondit, *Discedite a me maledicti; nescio vos.* Cur cum eum confiteantur, ipse tamen illos exe-cratur? Quid autem aliud maledictum legis est praeter crucem, quae propter peccata maledictum legis est facta? Etenim si quis in delicto deprehensus esset, de eo lex ista iubebat, *Suspendetis illum in ligno: non occidet sol super illo, et super cadavere eius, sed deponendo deponetis eum, et sepelientes sepelietis ante solis occasum, quoniam maledictus omnis qui pendet in ligno.* Itaque cum ob crucis supplicium constituta sit maledictio, Christus porro veniens in cruce peccata nostra sustulerit, ac semetipsum nostra caussa tradiderit, eius nos sanguis redemit, ipsiusque corpus execrationes nostras discussit, cum scilicet poenitentia crucis adventuque suo peccata nostra dissolvit. Quocirca neque lex maledictum fuit, nec evangelium maledictum suscepit, nec dominus ipse postremo, sed mortis illius beneficio adversus peccata constituta mortis est poena sublata.

Eph. 2, 2. Matth. 7, 22. et Luc. 13, 26. Matth. 25, 41. Deut. 21, 22.

Cap. LXXXI.

Quod vero illud obiicit, *Lex ministratio mortis erat*, de eo plura antea diximus, idque ostendimus, nequaquam legem mortis administram fuisse. Non enim caedem praecipiebat, imo e contrario, *Non occides.* Verum quod homicidam interfici iubebat, ut unius hominis nece parricidia prohiberentur, et unius exemplo deterriti plerique improbitatem suam coërcerent, nec amplius caedem perpetrarent, ob id *ministerium mortis* esse dicitur, non quod mortis administra sit, sed quod parricidae mortem infligeret, ne plures eo se scelere amplius obstringerent. Postea vero salvator accedens, cum paedagogus homines castigasset, bonam temporis partem in tradendis perfectioribus documentis insumpsit, summopere cum hisce legis mandatis consentiens, *Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices*, ita ipse praecepit: *Si quis dextram tibi maxillam ceciderit, praebe illi et alteram*, ut parricidio penitus extincto vitae administratio succederet. Cuius enim maxilla percutitur, is ad caedem patrandam non provocat, sed intentas homicidae manus solvit, dum illius nequitiam sui ipsius abiectione demulcet. Atque hoc modo vetus ac novum testamentum sibi in omnibus consentanea sunt.

2. Cor. 3, 7. Deut. 5, 17. Deut. 5, 17. Matth. 5, 39.

2. αὐτοῦ *codd. mss. Fortasse* αὐτοῦ, *h. e.* σαυτοῦ.

Κεφ. πβ'. pag. 701. Εἶτα πάλιν ἐπιλαμβάνεται, ἵνα παρεισενέγκῃ δύο προσώπων ἀγωγὴν πρὸς σύστασιν τῆς παρ' αὐτῷ λεγομένης δυάδος, τῶν τε δύο φύσεων, ἀρχῶν τε ἀνάρχων καὶ ῥιζῶν, ὧν ἤδη πρότερον εἰρήκαμεν, τὰ ὅμοια βουλόμενος λέγειν ἐπὶ διαιρέσει τῶν πραγμάτων, διαιρεῖν οὕτως τολμῶν οὐκ αἰδεῖται λέγων ὅτι ἡ παλαιὰ εἶπεν, Ἐμὸν τὸ χρυσίον, καὶ ἐμὸν τὸ ἀργύριον, ἡ δὲ καινὴ διαθήκη λέγει, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. [1] Ἀλλ' οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ ἡ παλαιὰ πάλιν λέγει, Πλούσιος καὶ πένης συνήντησαν ἀλλήλοις, ὁ δὲ κύριος τοὺς ἀμφοτέρους ἐποίησε. Καὶ ἡ καινὴ διαθήκη τὸ αὐτὸ συμφωνεῖ, μακαρίζουσα μὲν τοὺς πτωχοὺς [2] φύσει πτωχούς, ἄλλοτε [3] δὲ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, ἵνα τὰ ἀμφότερα ἐξισχύσῃ· ἵνα καὶ καυχώμενοι οἱ περὶ Πέτρον δείξωσι τὴν ἀληθινὴν πτωχείαν, ὅτι, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι, ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστα, καὶ περιπάτει. Ἵνα φύσει τὸν μακαρισμὸν τῶν πτωχῶν σημάνῃ μὴ ἀντίθετον ὑπάρχοντα πρὸς τὸν μακαρισμὸν τῶν πτωχῶν κατὰ πνεῦμα, οἵτινες μέν εἰσι κεκτημένοι τινὰ μετὰ δικαιοσύνης, πτωχοὶ δέ εἰσι ταπεινοφρονοῦντες· περὶ ὧν ἔλεγεν, Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα φράζει λέγων ὅτι, Οὗτοι ἐποίησαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς. Καὶ θεωρεῖς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐν παλαιᾷ πτωχὸν [4] δεικνύον καὶ πλούσιον, ἅμα καὶ ἐν καινῇ διαθήκῃ; τὸ αὐτὸ ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἐπαινεῖ τὰ ἀμφότερα. Προσέχων γὰρ τῷ γαζοφυλακίῳ [5] ἴδε τοὺς βάλλοντας εἰς τὸν κορβωνᾶν, καὶ οὐκ ἀπηγόρευσε πλουσίων τὰ [6] δόματα, ἐπῄνεσε δὲ καὶ τὴν τὰ δύο λεπτὰ βεβληκυῖαν χήραν, διὰ τὴν προειρημένην πτωχείαν, ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον, Πλούσιος καὶ πένης συνήντησαν ἀλλήλοις, ὁ δὲ κύριος τοὺς ἀμφοτέρους ἐποίησε. Καὶ ὅτι μὲν ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τὸ αὐτό ἐστι πνεῦμα παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης, ὅρα τὸν ἀπόστολον λέγοντα περὶ ἀρχαίων προφητῶν, Ἐπιλείψει μοι ὁ χρόνος διηγουμένῳ περὶ Γεδεὼν, Βαρὰκ, Σαμψὼν, [7] Ἰεφθάε, Δαβὶδ, καὶ λοιπῶν προφητῶν, οἵτινες περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασι [8] κακουχούμενοι, στενοχωρούμενοι, θλιβόμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ
pag. 702. κόσμος. Εὑρήκαμεν γὰρ [9] καὶ Ἡσαΐαν ἐνδεδυμένον σάκκον, καὶ Ἠλίαν ὡσαύτως. Καὶ ὁρᾷς πῶς μακαρίζονται ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ οἱ πτωχοὶ δι' εὐσέβειαν, καὶ μακαρίζονται πλούσιοι διὰ δικαιοσύνην.

Κεφ. πγ'. Εἶτα πάλιν λέγει ὁ αὐτὸς Μάνης, Ἡ παλαιὰ διαθήκη, φησί,

Cap. LXXXII. — 1. ἀλλ' codd. mss. ἀλλὰ editi.

2. Verba φύσει πτωχοὺς desiderantur in ed. Petav. Colon. repet.

3. δὲ particulam, quae abest ab editis, restitui ex codd. mss.

4. δεικνύων codd. mss. et ed. princ.

5. εἶδε legisse videntur Cornarius atque

Praeter haec vero, ut duas personas introducat, ac suum illum naturarum et principiorum origine carentium ac radicum binarium affirmet, idemque in rebus ipsis divortium constituat; haec enim, ut antea diximus, separare contendit; ut hoc igitur comprobet, obiicere illud non veretur. Vetus, inquit, testamentum ita loquitur, *Meum est aurum, meum est argentum:* novum contra, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum.* Nec illud videt, etiam in vetere illud esse dictum, *Dives et pauper occurrerunt invicem; dominus autem ambos fecit.* Cui et novum testamentum astipulatur, in quo nonnunquam qui reipsa pauperes sunt felices praedicantur, alias qui spiritu pauperes sunt, quo nimirum utrique vis sua constaret. Atque ut Petrus cum sodalibus suis veram bonorum inopiam praedicare gloriando posset, *Argentum,* inquit, *et aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do: in nomine Iesu Christi surge, et ambula.* Ut quod egentes ac pauperes beati esse dicuntur, cum eo non repugnet, quod eadem illa spiritu pauperibus beatitas tribuitur, qui cum nonnulla iure possideant, pauperes nihilominus animi moderatione et humilitate dicuntur; de quibus haec accipienda sunt: *Esurivi et dedistis mihi manducare: sitivi, et potum mihi dedistis.* Tum illud adiicit, ex his quae sibi suppetebant illos fecisse. Vides, ut in vetere ac novo testamento unus idemque spiritus pauperem divitemque designet, atque ut ambo a salvatore commendentur? Cum enim in gazophylacium intenderet, animadvertit eos qui stipem in gazophylacium immitterent, nec divitum munera prohibuit, sed et viduam illam collaudavit, quae minuta duo iecerat, ob illam quam diximus paupertatem, et ut impleretur quod scriptum est, *Dives et pauper occurrerunt invicem, dominus autem ambos fecit.* Atque ut intelligas eundem esse veteris ac novi testamenti spiritum, vide quid apostolus de veteribus prophetis scripserit: *Deficiet me tempus,* inquit, *narrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David, ac ceteris prophetis, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, afflicti, angustiati, vexati, quibus dignus non erat mundus.* Siquidem et Isaiam, et Eliam cilicium induisse legimus. Animadvertis denique uti tam in vetere quam in novo testamento et pauperes pietatis ac religionis, et divites iustitiae nomine beati esse dicantur.

Cap. LXXXII. — Agg. 2, 9. — Matth. 5, 3. — Prov. 22, 2. — Act. 3, 6. — Matth. 25, 35. — Marc. 12, 41. — Hebr. 11, 32.

Rursum vero Manichaeus instat, et obiicit vetus testamentum Cap. LXXXIII.

*Petavius, quorum hic* animadvertit, *ille* vidit *interpretatus est. At nihil obstat quominus retineamus imperativum.*

6. δόγματα *cod. Rhedig.*

7. *Ita uterque codd. mss. Editi habent* Ἰεφθαέ.

8. κακοχούμενοι *cod. ms. uterque et ed. princ.*

9. καὶ *desideratur in ed. Petav. Colon. repet.*

κελεύει σαββατίζειν, καὶ εἴ τις οὐκ ἐσαββάτισε, λίθοις κατελιθοβολεῖτο, ὡς καὶ φορτίον ξύλων τις συλλέξας παρεδόθη· ἡ δὲ καινὴ διαθήκη, τουτέστιν ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἔφη ὅτι, Ἐγὼ ἐργάζομαι, καὶ ὁ πατήρ μου ἐργάζεται· καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ ἔτιλλον στάχυας οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσε. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ, Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, ἔλεγε. Καὶ ὢ πολλῆς ἀγνωσίας. Οὐδὲν γὰρ χειρότερον τῆς ἀπειρίας· πολλοὺς γὰρ ἐτύφλωσεν ἡ ἀγνωσία. Πότε γὰρ τὸ σάββατον ἐπὶ ἀγαθῇ προφάσει οὐ λέλυται; πότε δὲ οὐκ ἐδεσμεύθη ἀπὸ πονηρίας, οὐ μόνον τὸ σάββατον, ἀλλὰ πᾶσα ἡμέρα; Ἰησοῦς γὰρ ὁ τοῦ Ναυῆ, ὁ διάδοχος Μωϋσέως, ὁ ἐν προφήταις κατηριθμημένος, ὁ ἐκλεκτὸς παρὰ θεῷ, ὁ δι' εὐχῆς κατασχὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ὡς ἔφη, Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἰάλω, εὐθὺς εὑρίσκεται τὸ σάββατον λύων ἐπὶ ἀγαθοεργίᾳ. Ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας γὰρ κυκλοῖ τὰ τείχη Ἱεριχῶ ὁ Ἰησοῦς· ὅτι οὐκ ἐξῆν βαδίζειν ἐν σάββασιν ὑπὲρ τὸ μέτρον τῶν ἓξ σταδίων τῶν ὡρισμένων. Τὸ δὲ περίμετρον τῆς Ἱεριχῶ ὑπὲρ σταδίους εἴκοσι τυγχάνει. Ἐπὶ ἑπτὰ δὲ ἡμέρας κυκλωσάντων αὐτῶν, πάντως ὅτι ὑπέπιπτε τὸ σάββατον ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν. Ἦν δὲ τοῦτο πρόσταγμα θεοῦ, ἵνα δείξῃ αὐτοῦ τὸ θέλημα τῆς θαυματουργίας. Οὔτε γὰρ μηχαναὶ, οὔτε μάγγανα ἦν, οὐ κριοὶ, [1] οὐθ' ἑλεπόλεις, ἀλλὰ μόνῃ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης καὶ εὐχῇ δικαίου ἐκλίθησαν καταπεσόντα τὰ τείχη τῶν ὑπεναντίων. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς τιμωρηθῆναι, ἐπειδὴ ἐπληρώθησαν αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων.

Κεφ. πδ'. Δικαστὴς γὰρ ἦν ὁ νόμος κατὰ τῆς ἀδικίας, καὶ ἑκάστῳ [1] ἀπεδίδου κατὰ τὰ ἴδια ἔργα, καὶ ἐπειδὴ ἐν ἁμαρτίαις ἐτύγχανον οἱ Ἀμορραῖοι, ἐν παραβάσει γεγονότες καὶ ἀρνησάμενοι τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσαν, ὡς καὶ ἤδη ἀλλή που μοι εἴρηται· οὐδὲν δὲ λυπήσει καὶ ἐνταῦθα τὰ αὐτὰ παραθέσθαι. Ταῦτα γάρ ἐστι τὰ πρόχειρα τῆς τοῦ Μάνη
pag. 703. δεινότητος, ὅτι, Καλὸς ὁ θεὸς τοῦ νόμου, ὃς ἐσκύλευσε μὲν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐξέβαλε δὲ Ἀμορραίους καὶ Γεργεσαίους, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη, καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ λέγων, Μὴ ἐπιθυμήσῃς, πῶς ἔδωκεν αὐτοῖς τὰ ἀλλότρια; Καὶ οὐκ οἶδεν ὁ ἰδιώτης ὅτι τὴν ἰδίαν γῆν ἀπείληφαν διηρπασμένην ἀπ' αὐτῶν, καὶ [2] ἐξεδικήθη τὰ μεταξὺ ἀλλήλων γινόμενα ἐν ὅρῳ ἀληθείας καὶ ὅρκῳ. Νῶε γὰρ σωθεὶς ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἡ αὐτοῦ σύμβιος σὺν τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τρισὶ νύμφαις, μόνος διαιρῶν τὸν πάντα κόσμον

Cap. LXXXIII. — 1. οὐθ' ἑλεπόλεις cod. Rhedig. οὐκ ἑλεπόλεις cod. Ien. et editi. In seqq. corrigendum duxi ἀλλὰ μόνῃ φωνῇ σάλπιγγος καὶ εὐχῇ δ. ἐκλίθησαν. Vulgo enim extat ἀλλὰ μόνη φωνὴ σ., κ. εὐχὴ δ., ἐκλίθ.

sabbatum observari iubere. Quod si quis non fecisset, lapidibus obruebatur; quo supplicio ille est affectus qui lignorum fasciculum Num. 13, 32. collegerat. Contra in novo testamento, sive evangelio, dominus ait, *Ego operor, et pater meus operatur;* atque etiam, *Sabbato spicas vulsere discipuli.* Ioann. 5, 17. Luc. 6, 1. Eodem sabbato non solum aegros curavit, sed et illud praecepit: *Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam.* Ioann. 5. 8. O incredibilem inscitiam! Nihil enim imperitia deterius est, quae plurimos occaecavit. Quo enim tempore sabbatum non licuit honesta de caussa dissolvere? Quo vero tempore, quod ac scelus ac nequitiam attinet, non est religione constrictum, non modo sabbatum, sed et quaelibet dies? Iesus illae Navae filius Moysis successor, qui inter prophetas numeratur, qui a deo dilectus est, qui solis ac lunae cursum oratione sua moratus est, cum ita precaretur: *Stet sol ad Gabaon, et luna ad convallem Ialo,* hic igitur sabbatum Ios. 10. 12. boni operis exercendi caussa solvisse legitur, cum septem totos dies Hierichuntis moenia circumiit. Non enim sabbatis licebat ultra praescriptum sex stadiorum modum ambulando pergere. At Hierichuntis ambitus viginti stadiis amplior est. Quare cum septem diebus urbem circumirent, necesse est in aliquam ex diebus illis incurrisse sabbatum. Sed hoc dei mandato factum est ut quae prodigia ac miracula moliri decreverat ostenderet. Nullae tum illic machinae, nulli arietes, nulla subruendis moenibus instrumenta, sed sola tubae corneae voce, ac viri iusti precibus diruta hostium moenia conciderunt. Quos quidem hostes luere supplicium oportebat, quandoquidem *Amorrhaeorum peccata impleta fuerant.* Gen. 15, 16.

Cap. LXXXIV. Lex enim adversus scelera iudicis vices obibat, et unicuique pro suorum operum merito rependebat. Amorrhaei porro sese peccatis obstrinxerant, ac iura violarant, quod contra iurisiurandi fidem egerant. De quo cum alio loco dixerimus, iuvat tamen eadem hoc loco proponere. Eiusmodi quippe sunt quae in promptu Manichaei calliditas habet. Praeclarum vero, inquit, legis deum, qui et Aegyptiorum opes praedatus est, et Amorrhaeis, Gergezaeis ac reliquis gentibus eiectis, agros illarum Israëlitis attribuit. Qui hoc mandatum dedit, *Non concupisces,* quomodo illis aliena largitus est? Adeo Exod. 20. vero rudis est ut istud non videat, Israëlitas terram suam recuperasse, quam illi per vim eripuerant, eaque capta, quae inter illos convenerant, quaeque sincere et interposito iureiurando sancita fuerant esse vindicata. Etenim Noë a diluvio cum uxore tribusque filiis, ac totidem nuribus servatus orbem terrarum universum solus

Cap. LXXXIV. — 1. ἐδίδου *cod. Rhedig.*
2. ἐξεδικήθησαν *cod. Rhedig.*

τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ, τῷ Σὴμ καὶ Χὰμ καὶ Ἰάφεθ διεῖλε, βαλὼν τοὺς κλήρους ἐν Ῥινοκορούροις, ὡς καὶ ἡ ἀκολουθία ἔχει, καὶ οὐδὲν κενόφωνον, οὐδὲ παραπεποιημένον. Ῥινοκόρουρα γὰρ ἑρμηνεύεται Νεέλ· καὶ οὕτω φύσει οἱ ἐπιχώριοι αὐτὴν καλοῦσιν, ἀπὸ δὲ τῆς Ἑβραΐδος ἑρμηνεύεται κλῆροι, ἐπειδήπερ ὁ Νῶε ἐκεῖ ἔβαλε τοὺς κλήρους τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ. Καὶ ὑπέπεσεν ὁ κλῆρος ἀπὸ Ῥινοκορούρων ἄχρι Γαδείρων, Αἴγυπτον ἔχων, καὶ [3] Μαρειανδίνην, καὶ Ἀμμῶνα, Λιβύην τε καὶ Μαρμαρίδα, Πεντάπολιν, [4] Μακάτην, [5] Μακρόνην τε καὶ [6] Λεπτημάγνην, Σύρτιν, Μαυριτανίαν ἄχρι τῶν Ἡρακλεωτικῶν [7] Στηλῶν λεγομένων καὶ τῆς ἔσω Γαδείρης, ταῦτα τὰ πρὸς νότον· ἀπὸ δὲ Ῥινοκορούρων τὰ πρὸς ἀνατολὴν, τήν τε Ἰδουμαίαν καὶ [8] Μαδιανῖτιν, τήν τε [9] Ἀλαβαστρῖτιν, καὶ [10] Ὁμηρῖτιν, καὶ [11] Ἀξωμῖτιν, καὶ [12] Βούγεαν, καὶ Λίβαν, ἄχρι τῆς τῶν Βάκτρων χώρας. Ὁ δὲ αὐτὸς κλῆρος διορίζει ἀναμέσον τοῦ Σὴμ τὰ πρὸς ἀνατολήν. Τῷ δὲ Σὴμ ὑπέπεσεν ὁ κλῆρος πρὸς πλάτος, ἡ Παλαιστίνη, καὶ Φοινίκη, καὶ Κοίλη, Κομμαγήνη, Κιλικία, Καππαδοκία, Γαλατία, Παφλαγονία, Θρᾴκη, Εὐρώπη, Ῥοδόπη, Λαζία, Ἰβηρία, Κασπία, [13] Καρδυέα, ἄχρι τῆς Μηδίας πρὸς Βορρᾶν, ἐντεῦθεν οὗτος ὁ κλῆρος διορίζει τὸν Ἰάφεθ τὰ πρὸς Βορρᾶν. Πρὸς δὲ τὴν δύσιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἄχρι τῆς Ἱσπανίας καὶ [14] Βριττανίας, ἐκεῖθέν τε τὰ παρακείμενα ἔθνη, [15] Ἔητες, καὶ Δαύνεις, Ἰάπυγες, [16] Κάλαβροι, Λατῖνοι, [17] Ὀππικοὶ, [18] Μάγαρδες, ἕως [19] διακατοχῆς τῆς [20] Σπανίας, καὶ τῆς Γάλλας, τῆς τε τῶν [21] Σκόττων καὶ Φράγγων ἄνω χώρας.

Κεφ. πε'. pag. 704. Ὅτε οὖν οὕτως διηρέθησαν οἱ κλῆροι, συγκαλεσάμενος Νῶε τοὺς τρεῖς υἱοὺς, ὥρισεν [1] αὐτοῖς ὅρκῳ, ἵνα μηδεὶς ἐπιβῇ τῷ κλήρῳ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ πλεονεκτήσῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Χαναὰν δὲ πλεονέκτης ὢν ὁ υἱὸς τοῦ Χὰμ ἐπῆλθε τῇ [2] Παλαιστηνῶν γῇ, καὶ κατέσχεν αὐτὴν, καὶ ἐπεκλήθη ἡ γῆ Χαναὰν, διότι ἐν αὐτῇ κατῴκησε, καταλείψας τὸν ἴδιον κλῆρον διὰ τὸ δοκεῖν εἶναι καυματινόν. Καὶ

3. μαρειανδίνην *cod. ms. uterque et ed. princ.* Μαρειανδύνην *ed. Petav. Corrige* Μαρείαν λίμνην.

4. *In Ancorato cap.* 115. *appellantur* Μαγάρδαι, *corrupta haud dubie scriptura. Significat enim utroque loco quos Herodotus IV*, 175. *aliique appellant* Μάκας, *Ptolemaeus* Μακατούτας.

5. Μάκορες *fortasse Chronici Pasch.* p. 32. *In Ancor. l. l. enumerantur* Μακεδόνες, Κράκονες (*cod. Paris.* Κρώκονες), Συρτῖται. *Quorum quidem nominum utrum qui illic* Κράκονες, *an qui* Μακεδόνες *appellantur iidem sint qui hic sub* Macrone *nomine latent, dicere non ausim.*

6. *Ita uterque cod. ms, non* Λεπτημάνην, *ut habent editi. Ancoratus habet* Λεπτῖται Μαγνῆται. *Scribendum fortasse* Λέπτιν (*vel* Λέπτην) Μάγνην.

7. στυλῶν *cod. Rhedig.*

8. μαδιανίτιν *cod. ms. uterque et ed. princ.*

9. ἀλαβαστράτιν *codd. mss.* ἀλαβαστράτην *ed. princ.* ἀλαβαστρίτην *ed. Petav.*

10. Ὁμηρίτην *codd. mss.* ὁμηρίτιν *ed. princ.*

11. Ἀξωμίτιν *codd. mss.* ἀξωνίτιν *ed. princ.* Αὐξομῖται *habet Ancoratus.*

12. *Fortasse* Βουδαίαν *vel* Βουδίαν. *Nam* Βουδίους *Armeniae populum com-*

in tres liberos, Sem, Cham, et Iaphet partitus est, iactis apud Rhinocorurorum oppidum sortibus, uti consentanea fama vulgatum est, cui nihil vanum subest, aut temere confictum. Nam Rhinocorura Neel interpretari possis, itaque ab incolis appellatur, Hebraicum autem vocabulum sortes significat, quoniam Noëmus tribus illic filiis sortes suas assignavit, ex quibus exiit una, quae totum illum terrarum tractum complexa est, qui Rhinocoruris ad Gades extenditur, continetque Aegyptum, Mariandynen, Ammonem, Libyam, Marmaricam, Pentapolim, Macatam, Macronen, Leptemanen, Syrtes, Mauritaniam ad usque columnas Herculis, interioremque Gadiram. Hae sunt regiones ad meridiem porrectae. Ad orientem vero ab eodem Rhinocorurorum oppido Idumaeam, Madianitidem, Alabastritidem, Homeritem, Axomitem, Bugaeam et Lybam, usque ad Bactrianos fines eadem illa sors ad orientem ac attributis Semo regionibus dividit. Cui quidem Semo altera sors in latitudinem porrecta contigit, eaque Palaestinam complectitur, et Phoenicem, et Coelen Syriam, Commagenam, Ciliciam, Cappadociam, Galatiam, Paphlagoniam, Thraciam, Europam, Rhodopen, Lasiam, Iberiam, Caspiam, Cardyaeam, Mediam usque ad Septentriones, ubi Iaphet regionem excludit. Ad occidentem vero ab Europa usque ad Hispaniam et Britanniam, ac finitimas illic nationes. Quo in tractu Veneti sunt, et Daunii, Iapyges, Calabri, Latini, Opici, Magardes usque ad Hispaniam et Galliam, et Scotorum ac Francorum superiorem regionem.

Distributis hunc in modum sortibus Noëmus, convocatis tribus filiis sacramentum illos adegit, ne quis in fratris sui sortem invaderet, eumque iniuria circumveniret. At Chanaam filius Cham alienarum rerum cupidus Palaestinam occupavit, quae ob id terra Chanaan appellata est, quod relicta regione sua, quae ob aestum minus commoda videbatur, illic habitarit. Ergo in Semi possessione do- Cap. LXXXV.

*memorat Steph. Byz. Libam Syriae urbem Polyb. V*, 51.

13. *Cf. supra haer.* 1, 4. *Significat* Γορδυαίους *Strabonis, quos Iosephus Ant. I*, 4. *et Philostorg.* 3, 7. Κορδυαίους, *alii* Γορδυηνοὺς (Corduenos *Plin. VI*, 15.) *et* Καρδούχους.

14. *Ita cod. Ien. Cod. Rhedig. et editi habent* Βριτανίας.

15. *Fortasse* Ἕλληνες. *In Ancorato enumerantur* Οὐέννοι, Δαυνεῖς, Ἰάπυγες. *Petav. suspicatus est* Ἑνετοί (*i. e.* Οὐένετοι).

16. *Sic correxi ex Ancorato pro* καὶ Λάβροι, *quod vulgo extat. Cod. Rhedig. habet* καὶ λαῦροι. *Petav. volebat* Κάλαυροι.

17. Ἱππικοὶ *habet Ancor.* ὀπτικοὶ *est in Panar. libris.*

18. *Fortasse* Δαλματεῖς, *vel* Μόργητες.

19. διὰ κατοχῆς *ed. princ.*

20. ἰσπανίας *cod. Rhedig.*

21. *Libri habent* Σκόπτων.

Cap. LXXXV. — 1. αὐτοῖς *codd. mss.*, αὐτῶν *editi.*

2. *In Ancorato p.* 118. *in loco gemello legitur* Παλαιστίνων, *at in inscriptione Epist. ad Epiphanium, quae praefixa est Panariis, vulgo* Παλαιστηνόν, *contra in Ancor. cap.* 115. Παλαιστινόν.

καθίσας ἐν τῇ γῇ τοῦ Σὴμ, τῇ νῦν καλουμένῃ Ἰουδαίᾳ ἐγέννησε τοὺς υἱοὺς τούτους τόν τε Ἀμορραῖον, καὶ Γεργεσαῖον, καὶ Φερεζαῖον, καὶ Ἰεβουσαῖον, καὶ Εὐαῖον, καὶ Ἀρουκαῖον, καὶ Χετταῖον, καὶ Ἀσεναῖον, καὶ Σαμαραῖον, καὶ Σιδώνιον, καὶ [3] Φιλισταῖον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος λέγει ἐν τῷ νόμῳ, δεικνὺς ὅτι αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν ἐν τῷ ὅρκῳ ἐπληροῦντο, ὡς λέγει, Οὔπω ἐπληρώθησαν αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων. Διὰ τοῦτο παρέμειναν ἐν τῷ ὄρει χρονοτριβούμενοι ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἕως ἂν αὐτοκατακρίτους ἑαυτοὺς ποιήσωσι, καὶ ἐπέλθωσι πρὸς πόλεμον τοῖς υἱοῖς τοῦ Σὴμ τοῖς ἠδικημένοις. Σὴμ [4] γὰρ γεννᾷ τὸν [5] Ἀρφαξὰδ, Ἀρφαξὰδ τὸν [6] Κηννᾶ, Κηννᾶ τὸν Σαλᾶ, Σαλᾶ τὸν Ἔβερ, Ἔβερ τὸν Φαλὲκ, Φαλὲκ τὸν [7] Ῥαγὰβ, Ῥαγὰβ τὸν Σεροὺχ, Σεροὺχ τὸν Ναχὼρ, Ναχὼρ τὸν Θάρρα, Θάρρα τὸν Ἀβραὰμ, Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ, Ἰακὼβ τὸν Ἰούδα, Ἰούδα τὸν [8] Φάρες, Φάρες τὸν [9] Ἐσρὼμ, Ἐσρὼμ τὸν Ἀρὰμ, Ἀρὰμ τὸν [10] Ἀμιναδὰβ, Ἀμιναδὰβ τὸν Ναασσών. Ἐν χρόνοις Ναασσὼν τοῦ φυλάρχου τοῦ Ἰούδα, καὶ ἐν χρόνοις Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἔλαβον οἱ υἱοὶ τοῦ Σὴμ τὴν ἰδίαν γῆν, μηδεμίας ἀδικίας ἐν μέσῳ ὑπαρχούσης, ἀλλὰ δικαιοκρισίας. Ἔπεσεν οὖν τὰ τείχη Ἱεριχὼ αὐτόματα. Ἡ γὰρ δικαιοσύνη ἐκδικεῖ τὴν ἀδικίαν. Ἐν ἑπτὰ ἡμέραις περιεκύκλουν τὰ τείχη, καὶ [11] ἐλύετο τὸ σάββατον, ἵνα πληρωθῇ ἡ δικαιοσύνη.

Κεφ. πϛʹ. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ ἑπτὰ λύχνους ἔσχεν ἡ λυχνία τοῦ ἁγιάσματος ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν οἱ ἑπτὰ λύχνοι ἥπτοντο ἴσως, καὶ οὐδ᾽ ὅλως ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἤργει εἷς αὐτῶν, ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τὸ αὐτὸ φῶς ἦν. Οὐ γέγονε γὰρ τὸ σάββατον εἰς ἀπόκλεισιν, ἀλλὰ εἰς ἔργον ἀγαθόν. Μηδενὸς δὲ ὅλως ἐργαζομένου ἐν ταῖς δώδεκα φυλαῖς, μόνον τὸ θυσιαστήριον οὐκ ἤργει, pag. 705. καθὼς λέγει ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Οἱ ἱερεῖς ὑμῶν βεβηλοῦσι τὸ σάββατον ἐν τῷ ναῷ, καί εἰσιν ἀναίτιοι. Τὸ δὲ Βεβηλοῦσι τὸ σάββατον, τουτέστι Λύουσι. Λύουσι δὲ πῶς, ἀλλ᾽ ἢ [1] θυσίας προσφέροντες τῷ θεῷ, ἵνα μὴ ἀργήσῃ τὸ θυσιαστήριον; οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἥλιος ἀνατέλλει καὶ δύνει, καὶ σελήνη αὔξει καὶ φθίνει, καὶ ἄνεμοι πνέουσι, καὶ καρποὶ βλαστάνουσι, καὶ μητέρες γεννῶσι, καὶ πάντα γίνεται ἐν σαββάτῳ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος ἐλθὼν οὐκ ἐτεκτόνευσεν ἐν σαββάτῳ, οὐκ ἐχάλκευσεν, οὔ τι ἕτερον, ἀλλὰ θεὸς ὢν θεοῦ ἔργον εἰργάσατο, καί φησι, Ἆρον τὸν [2] κράββατόν σου, καὶ περιπάτει· ἵνα ἀπὸ τοῦ βαστάζοντος φανῇ τὸ ἔργον τὸ γινόμενον, ἵνα πάντες ἐπιγνώσονται τὸν ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἐλθόντα πρὸς βοήθειαν υἱοῖς τῶν ἀν-

3. φυλιστιαῖον *legitur in utroque cod. ms.*
4. δὲ *cod. Rhedig.*
5. ἀρφαξᾶδ ἀρφαξᾶδ *cod. Rhedig.*
6. Κινᾶ, Κινᾶ *legitur in Ancorato.*
7. *Repone* Ῥαγαῦ, Ῥαγαῦ. *Cf. pag.* 7.
8. *Scribe* Φαρὲς, Φαρὲς, *ut habet cod. Rhedig., et est scriptum supra pag.* 10., *et in Ancorato.* Φάρες, Φάρες *habet cod. Ien.*

micilium collocans, quae hodie Iudaea dicitur, filios istos genuit, Amorrhaeum, Gergaeseum, Pherezaeum, Iebusaeum, Evaeum, Arrucaeum, Chettaeum, Asenaeum, Samaraeum, Sidonium, et Philistaeum. Quam ob caussam dominus in lege veteri, ut ostenderet in iure iurando illorum impleri peccata, *Nondum,* inquit, *impleta* Gen. 15, 16.
*sunt Amorrhaeorum peccata.* Ob id in monte diutius haeserunt, ac moras in solitudine traxerunt, donec ultro seipsos illi condemnarent, ac filiis Sem, quos iniuria pridem affecerant, bellum etiam inferrent. Quippe Sem genuit Arphaxad, Arphaxad Cainam, Cainas Salam, Salas Heber, Heber Phalec, Phalec Rhagau, Rhagau Seruch, Seruch Nachor, Nachor Thare, Thare Abraam, Abraam Isaac, Isaac Iacob, Iacob Iudam, Iudas Phares, Phares Esrom, Esrom Amram, Amram Aminadab, Aminadab Naasson. Ceterum Naasson Iudae tribus principis et Iesu Nave filii tempore filii Sem regionem suam non modo nulla cuiusquam iniuria, sed iustissimo etiam dei iudicio receperunt. Igitur Hierichuntis moenia sponte sua collapsa sunt; iustitia enim poenas de iniustitia repetit. Proinde septem diebus muros ambierunt, in quos sabbatum incidit, quo plena esset, cumulataque iustitia.

Nec illud modo sabbato contigit. Sed cum sanctuarii candela- Cap. LXXXVI.
brum in tabernaculo testimonii septem lucernas haberet, omnes illae Exod. 25.
quotidie pariter accendebantur, nec ullo die cessabat earum aliqua, sed eadem lux singulis diebus ardebat. Etenim sabbatum non ad intercludendum, sed ad praestandum bonum opus est constitutum. Cumque nemo penitus in duodecim tribubus operatus esset, solum altare nunquam feriabatur, ut in evangelio testatur dominus: *Sa-* Matth. 12, 5.
*cerdotes vestri violant in templo sabbatum, ac sine culpa sunt.* Prophanare vero idem est ac solvere. Quomodo vero solvere dicuntur nisi quod deo sacrificium offerunt, ne altare sit otiosum? Sed ut ista praeteream, eodem in sabbato sol oritur et occidit, luna augescit, ac minuitur, ventorum flatus ingruunt, fructus pullulant, matres pariunt, ceteraque fiunt omnia. Ideo veniens ipse dominus non fabrilem in sabbato artem, non aerariam, aut aliam id genus exercuit, sed utpote deus divinum opus molitus est. *Tolle,* inquit, *gra-* Marc. 2, 5.
*batum tuum, et ambula,* ut ex ipso gestante de miraculi veritate constaret, et eum omnes agnoscerent qui ut humano generi subve-

9. ἐρὼμ, ἐρὼμ. *cod. Rhedig.*

10. ἀμιναδὰμ., ἀμιναδὰμ *cod. ms. uterque.*

1. ἐλύετο *codd. mss., quod expressit etiam Cornar. in versione Latina. Editi perperam* ἐγίνετο. *Cf. supra cap.* 83.

Cap. LXXXVI. — 1. Ͽυσίας *cod. ms. uterque. Editi* Ͽυσίαν.

2. κράβατον *codd. mss.*

θρώπων. Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι ἦλθε λῦσαι τὸ σάββατον. Οὐκ ἠδύνατο δὲ λῦσαι αὐτὸ, εἰ ἀλλότριον αὐτοῦ ὑπῆρχεν. Οὐδεὶς γὰρ [3] ἀλλότριον λύει ἔργον, εἰ μή τι ἂν ἐκλήπτωρ ἀλλοτρίων ὁ τοιοῦτος γένηται, καὶ [4] ἀλλοτριοεπίσκοπος, δίκας [5] ἑαυτῷ ἐξαγοραζόμενος. Ἐπειδὴ δὲ ἴδιον αὐτοῦ [6] ὑπῆρχε τὸ σάββατον, διὰ τοῦτο λέγει ὅτι, Κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου. Καὶ, φησὶ, Οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον γεγένηται, ἀλλὰ τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον. Εἰ τοίνυν ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ προετίμησε τὸν ἄνθρωπον παρὰ τὸ σάββατον, ἵνα ὁ ἄνθρωπος γινώσκῃ τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τῶν μελλόντων τὴν ἀνάπαυλαν. Ἀντίτυπα γάρ ἐστι ταῦτα τῶν ἐπουρανίων. Ἐνταῦθα γὰρ ἀπὸ μέρους, ἐκεῖνα δὲ ἡ πᾶσα τελειότης. Τὸ σάββατον οὖν τὸ ἐν [7] νόμῳ ἕως τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ἔλυσε δὲ ἐκεῖνο τὸ σάββατον, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν τὸ μέγα σάββατον, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς ὁ κύριος, ἡ ἀνάπαυσις ἡμῶν, καὶ ὁ σαββατισμός.

Οὐδεὶς οὖν διοίσει παλαιὰν ἀπὸ καινῆς διαθήκης, οὔτε καινὴν ἀπὸ παλαιᾶς. Μία γάρ ἐστι καὶ ἡ αὐτὴ συμφωνία. Ὁ δὲ ἀμαθὴς καὶ ἄπειρος, ἐὰν ἴδῃ δύο ἀντλητῆρας ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἀντλοῦντας, νομίσῃ δὲ διὰ τὴν διαφορὰν τῶν ἀντλητήρων διάφορα εἶναι καὶ τὰ ὕδατα, ἀκούσῃ δὲ παρὰ τῶν συνετῶν [8] τὴν ἀλήθειαν ὅτι, Γεῦσαι τῶν δύο ἀντλητήρων, καὶ ἴδε ὅτι [9] δύο μὲν οἱ ἀντλητῆρες, μία δὲ ἡ πηγὴ ὑπάρχει· οὕτως εἷς κύριος, εἷς θεὸς, ἓν πνεῦμα λαλῆσαν ἐν νόμῳ
pag. 706. καὶ ἐν προφήταις καὶ ἐν εὐαγγελίῳ. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐ δύο παλαιαὶ διαθῆκαι, καὶ οὔτε δύο καιναὶ διαθῆκαι, ἐπειδὴ οὐκ εἰσὶ δύο οἱ διαθέμενοι, ἀλλ' εἷς ὁ τὴν παλαιὰν [10] παλαιῶν, καὶ τὴν καινὴν ἀνακαινίζων, οὐ τὴν παλαιὰν καταργῶν εἰς ἀφανισμὸν, ἀλλὰ τὴν παλαιὰν καταπαύων, καὶ τῇ δευτέρᾳ προστιθέμενος περιουσίας κληρονομίαν.

Κεφ. πζ'. Ἄλλην δὲ [1] πάλιν λέξιν ὁ αὐτὸς Μάνης παρεισφέρει, λέγων ὅτι, Οἶδα [2] πνεῦμα σωζόμενον ἄνευ σώματος· τοῦτο γὰρ, φησὶ, διδάσκει ὁ ἀπόστολος λέγων ὅτι, Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεῖα, καὶ τοιαύτη πορνεία ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν. Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε ἵνα ἀρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο πράξας. Ἐγὼ μὲν ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα τὸν τὸ ἔργον τοῦτο κατεργασάμενον, συνελθόντων ὑμῶν, καὶ τοῦ κυρίου, μετὰ τοῦ ἐμοῦ [3] πνευμα-

3. ἀλλότριος *cod. Rhedig.*

4. ἀλλοτριοεπίσκοπος *emend. Petavius. Libri habent* ἀλλότριος ἐπίσκοπος. *In marg. exempli Schottiani, quod penes me est, legitur* ἀλλοτριεπίσκοπος *addito siglo M. In cod. ms. Coislin.* 179. *chart., qui glossarium continet satis amplum, legitur glossa* Ἀλλότριος ἐπίσκοπος, ἀπαιτητής, alienus appetitus, *quod corrigo* Ἀλλότριος ἐπίσκοπος, alienorum appetitor. *Nam voc.* ἀπαιτητής *corruptela est voc.* appetitus, *ante voc.* alienus *repetiti. Cf.* 1. *Petr.* 4, 15.

5. ἑαυτοῦ *ed. Petav. Colon. repet.*

niret e coelo descenderat. Nam revera solvendi sabbati gratia venerat; solvere porro si alienum esset, minime potuisset. Nemo enim alienum opus destruit, nisi alienorum usurpator, et eorum peregrinus inspector, qui sibi lites arcessat. Itaque quod ad sese pertineret sabbatum, ideo *dominus*, est, inquit, *filius hominis etiam sabbati.* Item, *Non propter sabbatum homo factus est; sed sabbatum propter hominem.* Quare si sabbatum deus hominis caussa condidit, pluris eundem sabbato fecit, uti futuram illam quietem intelligeret. Haec enim coelestium figurae sunt, cum hic ex parte duntaxat, omnia perfecta illic absolutaque sint. Quamobrem sabbatum illud lege praescriptum ad ipsius adventum usque perseveravit, quo demum abrogato magnum nobis sabbatum obtulit, qui est ipse dominus, requies, sabbatique observatio nostra.

Nemo itaque vetus ab novo testamento, vel hoc ab illo separandum existimet. Est enim amborum una eademque concordia. Sed perinde se res habet ac si imperitus quispiam ac rudis situlas duas haurientes eodem ex fonte videat, tum quod eae diversae sint, diversas etiam aquas esse suspicetur, deinde vero a prudentioribus doceatur, et ita loquentes audiat: Ex utraque situla degusta, ac disce duas illas esse quidem, sed unicum nihilominus fontem. Eodem modo unus dominus est, unusque deus, unus spiritus, qui in lege, prophetis evangelioque locutus est. Ob id non duo vetera testamenta sunt, neque duo nova; quoniam neque testatores duo sunt, sed unus tantummodo qui antiquato vetere novum instaurat, nec ita ut vetus extinguendo deleat, sed ei finem imponat, et ad secundum bonorum possessionem transferat.

Alium e scriptura locum Manichaeus in medium affert. Hoc Cap. LXXXVII.
enim, inquit, invenio, spiritum sine corpore salutem obtinere, quod ipsum his verbis docet apostolus: *Omnino auditur in vobis fornicatio,* 1. Cor. 5, 1.
3. ὑπολαμβανομένων. Τέλος τὰ κατὰ Ἱερακιτῶν. *cod. Rhedig.*
* ΜΕΛΙΤΙΟΥ *codd. mss.*
Cap. I. — 1. Μελιτιανῶν *codd. mss. ubique.*
2. αὐτῶν *librorum mss. uterque.*
3. Ἱέρακος *correxit Ios. Scaliger. At Epiphanius utraque nominis forma promiscue utitur. Haer.* 55, 5. *appellatur* Ἱέραξ, *contra haer.* 67, 1. *et* 3. *habet nominativum* Ἱέρακας, *ibid.* 4. *et h. l. genetivum* Ἱέρακα, *haer.* 67, 5. *accusati-*

miles dictum illud apostoli convenit: *Cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium uxores ducere, abstinere a cibis, quos deus ad usum condidit. Nam per verbum dei viventis et orationem cibi illi sanctificantur, suntque et boni omnes et iucundi, neque quidquam apud deum reïicitur.* Ceterum ridiculi vel maxime Hieracitae sunt ob adscititias illas et introductas feminas, quas cum apud sese habeant, ad quotidianum duntaxat ministerium eas se adhibere gloriantur. Sed cum huius, uti dixi, alas evulserimus, caputque vitae ligno, hoc est domini nostri Iesu Christi cruce, comminuerimus, implorata primum ope dei, ut reliquas confutare haereses, et inaniter ab iis in orbem introducta dogmata diluere possimus, ad eas aggrediamur. 1. Timoth. 4, 2.

## MELETII AEGYPTII SCHISMA,
### quae est haeresis XLVIII., sive LXVIII.

Est quaedam in Aegypto Meletianorum factio, quae a Meletio quodam in Thebaide olim episcopo nuncupatur. Qui quidem ad catholicam ecclesiam sinceramque fidem nihilominus adhaesit: neque enim ullo tempore a sanctae et catholicae ecclesiae religione descivit. Floruit hic eodem quo Hieracas tempore, eumque ordine consequitur; quo etiam tempore sanctus Petrus Alexandrinus episcopus vixit. Atque omnes isti persecutionis illius tempore fuerunt quae a Diocletiano et Maximiano imperatoribus excitata est. Quae autem ad Meletium attinent, hoc modo sese habuerunt. Cap. I.

Hic ecclesiam schismate discidit, ita tamen ut fidem nulla ex parte mutaret. Qui in illa persecutione una cum sancto Petro episcopo et martyre ceterisque martyribus comprehensus est ab Alexandriae et Aegypti praefectis, quibus hoc ab imperatoribus mandatum fuerat. Praeerat tum Thebaidi Culeianus, Alexandriae vero Hierocles. Meletius itaque cum martyribus ac praecipue Petro archiepiscopo Alexandrino tum in vinculis habebatur. Atque ille quidem ceteris Aegypti episcopis antecellens secundum a Petro dignitatis locum obtinebat, utpote illius adiutor, sed eidem tamen subiectus, et ad ipsum de caussis ecclesiasticis referens. Hic enim mos est Ale-

*vum* Ἱέρακα, *haer.* 67, 6. *vocativum* Ἱέρακα.

4. μετηλλαγμένως *libri omnes.*

5. Κουλκιανὸς *habet uterque liber ms. et ed. princ., non* Κουληϊανὸς, *ut edidit Petavius. Cf. Euseb. H. E. IX,* 11. *Adde Acta Sanctt. Bolland. IV, Febr. p.* 463. 5. 5.

6. τῶν κατὰ τὴν *cod. Rhedig.* τῶν τὴν κατὰ τὴν *cod. Ien. et editi. Prius* τὴν *uncinis notaverat iam Petavius.*

7. ἐπ' αὐτὸν *corrigere volebat Petavius. Quod non opus est. Cornarius vertit minus accurate* et sub ipso ecclesiastica curans.

γὰρ ἔθος ἐστὶ, τὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἀρχιεπίσκοπον πάσης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος [8] Μαραιώτου τε καὶ Λιβύης, Ἀμμωνιακῆς, Μαραιώτιδός τε καὶ Πενταπόλεως, ἔχειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν. Ἐπεὶ οὖν συλληφθέντες οὗτοι πάντες μαρτυρίου χάριν ἐν τῇ φυλακῇ ἔπραττον, χρόνῳ δὲ ἱκανῷ [9] ἐπέμειναν καθειργμένοι. Ἄλλοι δὲ πρὸ αὐτῶν παραδοθέντες ἐμαρτύρησαν, καὶ τὸ τέλος τοῦ βραβείου ἀπειλήφαν, καὶ ἐκοιμήθησαν. Οὗτοι δὲ ὡς [10] ἀκρέμονες καὶ μείζους ἐσύστερον ἐτηροῦντο.

Κεφ. β'. Καὶ ἐπειδή τινων μὲν μαρτυρησάντων, ἄλλων δὲ τοῦ μαρτυρίου ἐκπεσόντων καὶ τὴν [1] ἀθεμιτουργίαν τῆς τῶν εἰδώλων θρησκείας πραξάντων [2] οἳ κατ' ἀνάγκην καὶ [3] θυσιῶν ἐφήψαντο, παραπεσόντες οὖν καὶ θύσαντες καὶ παραβάντες προςῆλθον τοῖς ὁμολογηταῖς τε καὶ μάρτυσιν, ὅπως τύχωσιν ἐλέους διὰ μετανοίας, οἱ μὲν ἀπὸ στρατιωτῶν ὄντες, οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες, διαφόρου κλήρου, πρεσβυτερίου τε καὶ διακονίας, καὶ ἄλλων, κίνησις ἐγένετο ἀναμέσον τῶν μαρτύρων καὶ τάραχος οὐχ ὁ τυχὼν, τῶν μὲν λεγόντων τοὺς ἅπαξ παραπεσόντας καὶ ἀρνησαμένους, καὶ ἐν ἀνδρειότητι μὴ παραμείναντας, μηδὲ ἀγωνισαμένους, μὴ δεῖν ἀξιοῦσθαι εἰς μετάνοιαν, ἵνα μὴ καὶ οἱ ἔτι [4] περιλειφθέντες ἔλαττον φροντίσαντες τῆς ἐπιτιμίας διὰ τὴν τοιαύτην θᾶττον γενομένην αὐτοῖς συγχώρησιν ἐκτραπῶσι, καὶ εἰς ἐπαρνησιθεῖαν καὶ ἀθεμιτουργίαν Ἑλληνισμοῦ ἔλθωσι. Καὶ ἦν εὔλογον τὸ παρ' αὐτῶν τῶν ὁμολογητῶν λεγόμενον. Ἦσαν δὲ οἱ τοῦτο λέγοντες, pag. 718. Μελήτιος καὶ Πηλεὺς, καί τινες ἄλλοι πλείους τῶν μαρτύρων καὶ ὁμολογητῶν ἅμα αὐτοῖς. Ζῆλον τοίνυν τὸν ὑπὲρ θεοῦ [5] ἀναδεδεγμένοι δῆλον ὅτι [6] ἔπασχον ταῦτα λέγοντες. Ἔφασκον δὲ, [7] εἰ ἄρα, μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν διωγμὸν μετὰ χρόνον ἱκανὸν δίδοσθαι τοῖς προειρημένοις μετάνοιαν, ἐν καιρῷ γενομένης εἰρήνης, ἐὰν ἐπ' ἀληθείας μετανοήσωσι, καὶ καρπὸν τῆς μετανοίας αὐτῶν ἐπιδείξωνται, οὐ μὴν ἵνα ἕκαστος δεξιωθῇ ἐν τῷ ἰδίῳ κλήρῳ, ἀλλὰ μετὰ χρόνου διάστημα συνάγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ, ἐν τῷ τάγματι, καὶ οὐκ ἐν κλήροις. Καὶ ἦν φιλάληθες καὶ ζήλου πλῆρες τοῦτο.

Κεφ. γ'. Ὁ δὲ ἁγιώτατος Πέτρος εὔσπλαγχνος ὢν, καὶ ὡς πατὴρ πάντων ὑπάρχων, ἐδέετο καὶ καθικέτευε λέγων, Δεξώμεθα αὐτοὺς μετανοοῦν-

8. *Rescribendum puto* Μαρεώτου, *et in seqq.* Μαρεώτιδος, *et alibi quoque.*

9. ὑπέμειναν *cod. Rhedig.*

10. ἀκρέμονες *emendatio est Ios. Scaligeri. Etiam infra cap. 5.* ἀκραίμονες *habent. Saepissime enim in vetustis libris commutatae sunt vocalis* ε̄ *et diphthongus* ᾱι. *Modo supra habuimus* Μαραιώτου *et* Μαραιώτιδος *pro* Μαρεώτου *et* Μαρεώτιδος.

Cap. II. — 1. *Vulgo* ἀθεμητουργίαν.

2. *Vulgo* οἱ.

3. θυσιῶν *uterque cod. script.* θυσίαν *ed. Petav.* θησίαν *ed. princ.* θυσίας *coniectura est Petavii et Ios. Scaligeri. — Pro* κατ' ἀνάγκην *in cod. Rhedig. est* κατὰ ἀνάγκην.

4. παριληφθέντες *cod. Ien.* παραληφθέντες *ed. pr.* περιληφθέντες *cod. Rhedig.*

xandrinorum archiepiscorum, ut per totam Aegyptum ac Thebaidem, Mareotidem, Lybiam, Ammoniacam, Mareotidem et Pentapolim ecclesiastica negotia administrent. Ergo omnes illi ob Christi nomen in custodiam dati diu in vinculis detenti sunt; ante quos nonnulli eadem de caussa vincti martyrium obierunt, ac praemium morte consecuti sunt, cum interim isti tanquam primarii ac praestantiores in posterum reservati essent.

Cumque nonnulli martyrium feliciter subiissent, alii vero ab eodem excidissent, et nefariam idolorum superstitionem admisissent, adeo ut vi ac necessitate sacrificarent, iidem post lapsum et sacrificia ad confessores et martyres accesserunt, ut poenitentia misericordiam obtinerent. Quorum alii milites erant, alii ex variis clericorum ordinibus, presbyteris, diaconis, ac reliquis aliis. Hinc non minima inter martyres commotio ac dissensio est exorta, negantibus aliis eos qui semel lapsi essent ac Christum abnegassent, nec fortitudinem ac constantiam retinuissent aut certamen obiissent, recipiendos ad poenitentiam esse, ne forte reliqui ob celerrime impetratam ab iis indulgentiam minore poenarum metu abripi sese paterentur, ac deum negarent, execrandisque se gentilium sacris pollucrent. Et erat quod ab eiusmodi confessoribus dicebatur a ratione non alienum. Hi erant Meletius et Peleus, aliique complures martyres et confessores, quos divini honoris studio ac zelo inflammatos, cum haec dicerent, fuisse non dubium est. Auctores porro iidem erant, ut secundum persecutionem, post iustum aliquod temporis spatium, pace constituta, poenitentiae illis locus indulgeretur, si quidem vere illam et ex animo susciperent, atque eius fructus exhiberent, nec ita tamen, ut e clericis unusquisque pristinum in ordinem restitueretur, sed ut post aliquod tempus ad ecclesiam ac communionem admissus in reliqua populi multitudine, non inter reliquos, censeretur. Eratque haec uti dixi, a veritatis amore profecta, et divini ardoris plenissima ratio. Cap. II.

Contra sanctissimus Petrus, utpote benignus ac misericors, et velut communis omnium parens, his illos verbis obsecrabat: Admittamus illos, quandoquidem peccati eos poenitet, ac poenitentiam il- Cap. III.

5. ἀναδεδεγμένοι *cod. Rhedig. Sic iterum infra cap.* 6. ἀκροδικαιοσύνην τῆς ἀληθείας ἀναδεδεγμένοι. *Reliqui libri habent* ἀναδεδειγμένοι. *Pro* δῆλον ὅτι *cod. Rhedig. habet* δηλονότι.

6. *Suspicor corrigendum esse* ἐπέσχον (*i. e.* obtinebant), *vel etiam* ἔφασκον, *pro* ἔπασχον, *quod nec Cornarius nec Petavius exprimere noverant.*

7. εἰ ἄρα *est Latinorum* si forte, *quo Tertullianus frequenter est usus. Hinc patet non esse* δεῖ ἄρα *rescribendum, quemadmodum voluit Ios. Scaliger.*

τας, καὶ τάξωμεν αὐτοῖς μετάνοιαν εἰς τὸ παρακαθέζεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ μὴ ἀποστρέψωμεν αὐτοὺς, μήτε τὸν κλῆρον (ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἐλθὼν λόγος περιέχει), μή ποτε [1] εἰς αἰσχύνην, καὶ διὰ παρολκὴν τοῦ χρόνου οἱ ἅπαξ ὑπὸ ἀνανδρείας καὶ ἀσθενείας ὑπὸ διαβόλου ἐπισεισθέντες καὶ παρασαλευόμενοι τελείως ἐκτραπῶσι, καὶ μὴ ἰαθῶσιν, ὡς κατὰ τὸ γεγραμμένον, μὴ ἐκτραπῆναι τὸ χωλὸν, ἰαθῆναι δὲ μᾶλλον. Καὶ ἦν μὲν τοῦ Πέτρου ὁ λόγος ὑπὲρ ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας, καὶ τοῦ Μελητίου καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ ὑπὲρ ἀληθείας καὶ ζήλου. Ἐντεῦθεν διὰ τοῦ προςώπου τῆς ἀπὸ ἀμφοτέρων δοκούσης εὐσεβοῦς ὑποθέσεως τὸ σχίσμα γεγένηται, τῶν μὲν τοῦτο φασκόντων, τῶν δὲ τοῦτο. Ὅτε γὰρ οἶδεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Πέτρος ὅτι ἀντέστησαν τῇ βουλῇ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας οἱ περὶ τὸν Μελήτιον, ζήλῳ θεϊκῷ περισσοτέρως φερόμενοι, καταπέτασμα αὐτὸς ὁ Πέτρος ἐποίησε μέσον τῆς φυλακῆς, ἱμάτιον ἐκπετάσας, τουτέστι λωδίκιον, εἴτ' οὖν παλλίον, καὶ κηρύξας [2] διὰ διακόνου, ὅτι οἵ τινές εἰσι τῆς ἐμῆς γνώμης παρελθέτωσαν πρὸς μὲ, καὶ οἵ τινες τῆς Μελητίου γνώμης τυγχάνουσι, πρὸς Μελήτιον. Καὶ διῃρέθη τὸ μὲν πλῆθος ἅμα Μελητίῳ, ἐπισκόπων τε καὶ μοναχῶν καὶ πρεσβυτέρων, καὶ ἄλλων ταγμάτων, ὀλίγοι δὲ παντελῶς ἅμα Πέτρῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, ἐπίσκοποί τε καὶ ἄλλοι ὀλίγοι. Καὶ λοιπὸν οὗτοι κατ' ἰδίαν ηὔχοντο, καὶ οὗτοι κατ' ἰδίαν, καὶ τὰς ἄλλας ἱερουργίας ὡςαύτως ἕκαστος ἰδίᾳ ἐπετέλει.

pag. 719. Γίνεται δὲ Πέτρον μαρτυρῆσαι, καὶ ἐτελειώθη ὁ μακάριος, διάδοχον καταλείψας Ἀλέξανδρον ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. Αὐτὸς γὰρ διαδέχεται τὸν θρόνον μετὰ τὸν προειρημένον Πέτρον. Μελήτιος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐξορισμῷ ὑπέπεσον, ὑπερορισθέντες ἐν τοῖς Φαινησίοις μετάλλοις. Καὶ τότε λοιπὸν οἱ συρόμενοι ὄντες ὁμολογηταὶ ἅμα Μελητίῳ, καὶ αὐτὸς Μελήτιος ἐν τῇ εἱρκτῇ κατὰ τὴν [3] ὁδοιπορίαν, καθ' ἑκάστην χώραν καὶ καθ' ἕκαστον τόπον διερχόμενος καθίστα κληρικοὺς, ἐπισκόπους τε καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ ᾠκοδόμει ἐκκλησίας ἰδίας, καὶ οὔτε οὗτοι τούτοις ἐκοινώνουν, οὔτε ἐκεῖνοι τούτοις. Ἐπέγραφον δὲ ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ Πέτρου διαδεξάμενοι ἔχοντες τὰς οὔσας ἀρχαίας ἐκκλησίας ὅτι, Ἐκκλησία καθολικὴ, οἱ δὲ ἀπὸ Μελητίου, Ἐκκλησία Μαρτύρων. Ὅθεν καὶ ἐν Ἐλευθεροπόλει καὶ ἐν Γάζῃ καὶ ἐν Αἰλίᾳ παρελθὼν ὁ αὐτὸς Μελήτιος πολλοὺς οὕτως ἐχειροτόνησε. Καὶ γέγονεν αὐτὸν χρονοτριβῆσαι ἐν τοῖς προειρημένοις μετάλλοις. Ἀλλὰ μεταξὺ ἀπολύονται τῶν μετάλλων οἱ ὁμολογηταὶ, οἵ τε τοῦ μέρους Πέτρου (ἦσαν γὰρ ἔτι πολλοὶ) καὶ οἱ τοῦ Μελητίου. Οὔτε γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις ἀλλήλοις ἐκοι-

Cap. III. — 1. *Cornarius vertit* qui semel ad confusionem prae imbecillitate ac infirmitate a diabolo concussi ac conquassati sunt, etiam propter temporis moram perfecte subvertantur. *Equidem puto delendum esse praepositio-*

lis constituamus, ut ad ecclesiam assideant, neque aut ipsos, aut clericos aversemur (his enim verbis usum esse constanti fama didicimus), ne et pudore et dilatione illa temporis, qui semel prae imbecillitate et ignavia a diabolo concussi ac labefactati sunt penitus desciscant, nec remedium ullum adhibeant; quemadmodum sacrae literae praecipiunt, *Non perverti claudum, sed sanari potius.* Quamobrem Petri quidem oratio ad clementiam humanitatemque spectabat, Meletii vero ac fautorum eius veritatis ac divini ardoris patrocinium susceperat. Cum ergo a se invicem diversa sentirent, ex eorum quae utrimque pie ac religiose proferebantur occasione et specie schisma conflatum est. Etenim Petrus archiepiscopus cum animadverteret consilium suum humanitatis plenissimum Meletianis minime placuisse, quod ardentiore divini honoris studio flagrarent, medio in carcere pallium, quod lodicium dicitur, veli instar oppandens proclamari a diacono iussit: Qui mecum sentiunt, huc ad me veniant; qui Meletii opinioni favent, ad Meletium. Quod cum ita factum esset, diviso in partes populo episcoporum, monachorum et presbyterorum ac reliquorum ordinum maior numerus sese ad Meletium adiunxit, pauci quidem episcoporum et aliorum Petrum archiepiscopum secuti sunt. Quo ex tempore preces ac sacrificia ceterasque omnes ceremonias separati a se invicem obierunt.

Post haec Petrus martyrio effectus est Alexandro successore relicto; hic enim post Petrum Alexandrinae ecclesiae praepositus est. Meletius vero cum aliis plerisque relegatus, et ad Phanesia metalla damnatus est. Post illud tempus Meletius cum omnibus illis confessoribus, qui tracti abreptique cum eo fuerant, tam in carcere, quam in itinere ac quamcumque regionem locumque peragraret, ibi clericos, episcopos, presbyteros et diaconos instituit, ac privatas ecclesias fundavit, cum interim nec hi cum illis, nec illi cum his commune aliquid haberent. Porro suam quisque ecclesiam diversis nominibus inscribebat. Nam Petri successores, penes quos veteres erant ecclesiae, catholicae ecclesiae titulum usurpabant, Meletiani ecclesiam martyrum. Igitur Eleutheropolim, Gazam et Aeliam profectus Meletius plerosque ad eum modum ordinavit. Acciditque ut ad metalla diutius detineretur. Sed ab iis tandem confessores liberati sunt, tam qui Petro favebant (adhuc enim complures erant) quam Meletiani. Qui quidem in metallis a mutua communione ab-

*nem ante* αἰσχύνην, *repetitam videlicet ex initio vocabuli quod sequitur, idque ipsum mutandum in* αἰσχύνῃ.

2. διὰ *abest a libris et scriptis et editis. Supplevit eam Petavius, et Ios. Scaliger.*

3. ὁδὸν. διοιπορίαν *cod. Rhedig.* ὁδὸ῾| δοιπορίαν *cod. Ienens.*

νώνουν, ἢ συνηύχοντο. Γίνεται δὲ τὸν Μελήτιον ἔτι διατρίψαι ἐν κόσμῳ χρόνον, ὥς τε [4] συνακμάσαι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τοῦ Πέτρου διαδόχῳ, τὰ φίλα τε ἔχειν, ἐμερίμνα τε τὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως. Ἔφην γὰρ πολλάκις ὅτι οὐδὲν εἶχεν παρηλλαγμένον.

Κεφ. δ'. Αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ Μελήτιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενος, κἀκεῖσε διατρίβων χρόνον, ἔχων ἰδίαν τὴν [1] σύναξιν σὺν τοῖς ἰδίοις, τὸν Ἄρειον ἐφώρασεν ἀνενέγκας ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον, ὡς [2] ἐνηχήθη δὲ τὸν Ἄρειον ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐξηγήσεσιν ἔξω τοῦ προκειμένου τῆς πίστεως βεβηκότα. Ἦν γὰρ οὗτος ἐν [3] Βαυκάλει τῇ ἐκκλησίᾳ οὕτω καλουμένῃ Ἀλεξανδρείας πρεσβύτερος· καθ' ἑκάστην γὰρ εἷς πρεσβύτερός ἐστιν ἀποτεταγμένος· ἦσαν γὰρ πολλαὶ ἐκκλησίαι, νῦν δὲ πλείους· καὶ αὐτῷ ἡ ἐκκλησία ἐγκεχείριστο, κἄν τε ἄλλος σὺν αὐτῷ ἦν· ὧν ἕνεκα γενόμενοι ἐν τῷ τόπῳ λέξομεν κατὰ λεπτότητα, ὅτε χρεία περὶ τούτου ἔσται. Ἐπεὶ οὖν ἐφώρασε τὸν Ἄρειον σπουδαίως Ἀλέξανδρος, συγκαλέσας ἐπισκόπους καὶ σύνοδον ἐζήτει [4] ἀξιῶν περὶ πίστεως, καὶ ἀπαιτῶν τὸν Ἄρειον περὶ τῆς ἐν αὐτῷ [5] ἐγκισσηθείσης λύμης τῆς κακοδοξίας.
pag. 720. Ὁ δὲ Ἄρειος οὐ μὴν ἠρνήσατο, ἀλλὰ καὶ μετὰ τετριμμένου προσώπου ὡς εἶχεν, οὕτως ἀπεκρίνατο. Καὶ ἐξεοῖ μὲν Ἀλέξανδρος αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, ἐξεοῦται δὲ ἅμα αὐτῷ πλῆθος πολὺ, οἱ ἀπ' αὐτοῦ κεχραμμένοι παρθενευουσῶν καὶ ἄλλων κληρικῶν. Ὁ δὲ Ἄρειος [6] ἀποδράσας ἐπὶ τὴν Παλαιστινῶν στέλλεται τὴν πορείαν. Ἐν Νικομηδείᾳ δὲ ἀνελθὼν, κἀκεῖθεν γράψας ἐπιστολὰς Ἀλεξάνδρῳ, οὐχ ὑπερέβαινε τῆς αὐτοῦ κακοδοξίας τὴν μανιώδη διάνοιαν. Ἀλλὰ μεταξὺ ὀλίγου τοῦ χρόνου, τοῦ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἁγίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιμελησαμένου καὶ κινήσαντος τὸν μακάριον Κωνσταντῖνον, συνεκρότησε σύνοδον ἐν τῇ Νικαίᾳ τῇ πόλει. Καὶ ἀναθεματίζεται μὲν ἡ Ἀρείου αἵρεσις, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτόν. Τὸ πρῶτον μὲν γὰρ ἠρνεῖτο εἰς πρόσωπον τοῦ μακαρίου βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ δι' ὅρκων προσεποιεῖτο εἰρωνείᾳ τὰ τῆς ὀρθοδοξίας ῥήματα, φήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτὸν ὅτι, Εἰ μὲν δικαιότατα ἀπόμνυσαι, πιστωθείη ὁ σὸς ὅρκος, καὶ ἀθῷος ἔσῃ. Εἰ δὲ δολίως, καθ' οὗ ὤμοσας, ποιήσαι τὴν κατὰ σοῦ ἐκδικίαν. Ὅπερ οὐκ εἰς μακρὰν αὐτῷ γέγονεν, ὡς ὕστερον ἐροῦμεν. Συμπράττων τοίνυν οὗτος ὁ Ἄρειος Εὐσεβίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Νικομηδείας, τὰ αὐτὰ [7] τούτῳ φρονοῦντι, προσηνέχθη τῷ αὐτῷ βασιλεῖ, ὡς δῆθεν ἀρνούμενος καὶ ἀναθεματίζων τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν. Ὅθεν κελεύει καὶ ἐπιτρέπει [8] Εὐσεβίῳ τὸν αὐτὸν συνάξαι ἐν

4. *Libri scripti et ed. princ. habent* συνακμᾶσαι.

CAP. IV. — 1. σύνταξιν *cod. Rhedig.*
2. *Sic ed. Petav., et coniecit Ios. Scaliger, quemadmodum extat scriptum etiam in utroque codice. Ed. princ. habet* ἐνεχήθη. *Pro* δὲ *reposuerim* δὴ.
3. *Libri vulgo* Βαυκάλῃ. *Haer.* 69, 1. *et* 2. *bis legitur genetivus* Βαυκάλεως.
4. *An forte* ἀξίως?

stinebant, ac ne simul quidem orabant. Meletius vero diu postea superstes fuit, adeo ut cum Alexandro quoque Petri successore floruerit, cum eoque familiaritatem habuerit; praecipuam porro ecclesiae fideique curam gessit. Nam, ut saepe dixi, nihil ab ea diversum aut alienum docuit.

Quinetiam cum idem Alexandriae Meletius esset, ibique privatos cum suis conventus habens aliquamdiu mansisset, Arium a se deprehensum ad Alexandrum detulit, cum eum accepisset a rectae fidei scopo in scripturis apud populum interpretandis aberrare. Arius enim Baucalae cuiusdam apud Alexandriam ecclesiae presbyter erat. Nam unicuique ecclesiae, quae tum multae erant, hodie vero plures sunt, suus attribuebatur presbyter; qua ratione procurandam ecclesiam illam Arius susceperat, sive quis alius adiunctus ei fuerat, de quibus suo loco, cum id necesse erit, accuratius agemus. Deprehenso igitur Ario, Alexander indicto episcoporum concilio de fide diligenter inquisiit, et ab Ario pravae ac perniciosae illius opinionis quam animo conceperat rationem exegit. Hic Arius nihil tergiversari aut dissimulare, sed perfricta fronte, uti se res habebat, respondit. Quam ob rem Alexander eum ex ecclesia deturbavit, et cum eo ingens virginum ac ceterorum clericorum, quos ille depravarat, vis eiicitur. Sub haec Arius fugiens in Palaestinam abiit. Inde Nicomediam profectus ex ea urbe literas ad Alexandrum dedit, in quibus ab insana mente ac furioso dogmate non recessit. Verum paulo post Alexandri sanctissimi Alexandriae episcopi studio et hortatu beatae memoriae Constantinus synodum in urbe Nicaea congregat, ubi Arii dogma post eius mortem damnatum est. Principio enim coram imperatore Constantino inficiatus fuerat, et cavillando ac simulando cum recta fide consentanea, iureiurando etiam interposito, locutus fuerat. Cui imperator, Tu quidem, inquit, si vere iuratus sis, iusiurandum tuum ratum esto, et innocens eris: sin id ficte ac fraudulenter egeris, ille ipse per quem iurasti a te poenas exigat, quod ipsum, ut postea dicemus, paulo post contigit. Arius vero cum de Eusebii Nicomediensis episcopi, qui eadem cum ipso sentiebat, factione esset, ab eo ad imperatorem perductus est, tanquam haeresin suam abiuraret ac damnaret. Ideoque imperator Eusebio mandat ut Arium Constantinopoli ad communionem admitteret, Cap. IV.

5. ἐγκυσσηθείσης *ed. pr. habet pro* ἐγκισσηθείσης.

6. *Ita supra haer. LIV,* 1. ἀπέδρασε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος *et infra haer.* 69, 79. διεδράσαμεν τὸ δυςθαλάττιον τοῦτο χωρίον. *V. Lobeck. ad Phryn. Parerg. p.* 737.

7. τούτῳ *emendatio est Petavii, qui proposuit* τούτῳ *vel* αὐτῷ. *Libri habent* οὕτω.

8. Εὐσεβείῳ *codd. mss., uti etiam supra.*

Κωνσταντινουπόλει, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου ὁμωνύμου [9] τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπισκόπου, ὄντος δὲ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

Κεφ. ε'. Ἤδη δὲ ὁ μακαρίτης Ἀλέξανδρος ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν Μελητίου τοῦ προειρημένου ὁμολογητοῦ, ζῆλον ἀνειληφὼς κατὰ τοῦ σχίσματος τῆς ἐκκλησίας, πάντη τοὺς ἰδίᾳ συνάγοντας, ὑπὸ δὲ Μελητίου καταλειφθέντας, ἐδόκει ταράσσειν τε καὶ συνέχειν βιάζεσθαί τε, ὅπως μὴ ἀφηνιάσωσι τῆς μιᾶς ἐκκλησίας. Οἱ δὲ μὴ βουλόμενοι ἐτάραττον καὶ ταραχὰς ἐνήργουν. Ἐκ τούτου πιεζόμενοι καὶ συνεχόμενοι ὑπὸ τοῦ μακαρίου Ἀλεξάνδρου ἐπιχειροῦσί τινες ἐξ αὐτῶν [1] ἀκρέμονες, καὶ τὰ πρωτεῖα ἀποφερόμενοι ἔν τε εὐσεβείᾳ καὶ [2] ἐν βίῳ, καὶ στέλλονται ἐπὶ τὸ [3] κομητάτον ἐντυχίας ἕνεκα, τοῦ [4] ἐντυχεῖν καὶ [5] ἀνεθῆναι τοῦ συνάγειν ἰδίᾳ, καὶ μὴ κωλύεσθαι. Ἦν δὲ Παφνούτιός τις
pag. 721. μέγας ἀνὴρ ἀναχωρητὴς, καὶ αὐτὸς υἱὸς ὁμολογητρίας τυγχάνων, παραψάμενος καὶ αὐτὸς ποσῶς τῆς ὁμολογίας, Ἰωάννης τε ἐπίσκοπος τῶν αὐτῶν, ἀνὴρ καὶ αὐτὸς τιμιώτατος, Καλλίνικός τε ὁ ἐν Πηλουσίῳ ἐπίσκοπος, καὶ ἄλλοι τινὲς οἱ τοῦτο ποιησάμενοι, οἵτινες ἀπελθόντες [6] καὶ ἐντυχόντες τῷ βασιλεῖ ἀπετρέποντο καὶ [7] ἐξεβάλοντο. Οἱ γὰρ ἐν τῷ παλατίῳ ἀκούσαντες Μελητιανῶν ὄνομα, καὶ ἀγνοοῦντες τί ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον, οὐ συνεχώρουν αὐτοῖς ἐντυχεῖν τῷ βασιλεῖ.

Κεφ. ς'. Καὶ ἐν τούτῳ συμβέβηκε χρονοτριβῆσαι τοὺς περὶ Παφνούτιον καὶ Ἰωάννην καὶ λοιποὺς ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Νικομηδείας. Τότε δὲ φιλιοῦνται ἐπισκόπῳ Νικομηδείας τῷ [1] Εὐσεβίῳ, καὶ ἀναφέρουσιν αὐτῷ τὰ κατὰ τὴν [2] αὐτὴν ὑπόθεσιν. Ἤιδεισαν γὰρ αὐτὸν πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον παρρησίαν ἔχειν, ἀξιοῦσί τε αὐτὸν δι' αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ γνωρισθῆναι. Ὁ δὲ μετὰ τὸ ὑποσχέσθαι αὐτοὺς ἀνοίσειν τῷ βασιλεῖ, καὶ ποιῆσαι αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα τῆς δεήσεως, αἰτεῖται παρ' αὐτῶν τὸ αἴτημα τοῦτο, ὅπως δέξωνται [3] Ἄρειον μετ' αὐτῶν εἰς κοινωνίαν, δῆθεν προσποιητῶς αὐτὸν καὶ εἰρωνείᾳ μετανοοῦντα. Οἱ δὲ ὑπισχνοῦνται [4] αὐτὸν, καὶ ἐντεῦθεν προσφέρει αὐτοὺς τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς Εὐσέβιος ἀναδιδάσκει, καὶ συγχωρεῖται τοῖς Μελητιανοῖς ἔκτοτε καθ' ἑαυτοὺς συνάγειν, καὶ μὴ ὑπό τινων [5] ὀχλεῖσθαι. Ὡς εἴθε μᾶλλον οἱ αὐτοὶ οἱ τὴν ἀκροδικαιοσύνην τῆς ἀληθείας ἀναδεδεγμένοι Μελητιανοὶ μετὰ τῶν παραπεσόντων μετὰ μετάνοιαν ἐκοινώνησαν ἤπερ Ἀρείῳ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ. Γέγονε γὰρ αὐτοῖς τοῦτο κατὰ τὴν παροιμίαν ὅτι φεύγοντες τὸν καπνὸν εἰς πῦρ

9. *Libri scripti habent* τοῦ Ἀλεξάνδρου.

Cap. V. — 1. *Libri habent* ἀκραίμονες. *Cf. supra cap.* 1.

2. ἐν *om. cod. Rhedig.*

3. κομητάτον *ed. pr.* κωμητάτον *codd. mss.* κωμητᾶτον *ed. Petav.*

4. τυχεῖν *cod. Rhedig.*

5. ἀνευθῆναι *habent scripti.*

sub Alexandro episcopo, qui eiusdem cum Alexandrino nominis Constantinopolitanam sedem tenebat.

Cap. V. Per idem tempus Alexandriae beatae memoriae Alexander post Meletii, de quo dixi, confessoris obitum, adversus ecclesiae schisma vehementi quodam ardore succensus Meletianos, qui privatos conventus habebant, agitare ac vexare et vim adhibere coeperat, ne ab una eademque ecclesia contumaciter desciscerent; illi contra detrectantes tumultuari ac perturbare omnia. Quare persequente eos et urgente acrius Alexandro nonnulli e sectae primariis, ac pietate et virtute facile principes, ut iis incommodis mederentur, ad comitatum profecti sunt, ut imperatori supplicarent, ab eoque privatorum conventuum sine ullo impedimento facultatem obtinerent. Ex his praecipui erant Paphnutius quidam vir magnus et anachoreta, cuius mater Christum olim confessa fuerat, sed et ipse aliqua ex parte eandem confessionem obierat. Cum eo erat et Ioannes illorum episcopus, vir et ipse cumprimis venerabilis, necnon et Callinicus Pelusii episcopus, cum aliis quibusdam qui huius consilii participes fuerant. Qui cum ad imperatorem venissent et adire vellent, pulsi ac reiecti sunt. Nam Palatini audito Meletianorum nomine quid hoc sibi vellet ignorantes adire principem minime permiserunt.

Cap. VI. Inter haec Paphnutius, Ioannes ac ceteri Constantinopoli et Nicomediae longiorem moram trahentes cum Eusebio Nicomediae episcopo familiaritatem contrahunt, eique rem omnem aperiunt. Noverant enim hunc apud imperatorem gratia et auctoritate valere plurimum. Per hunc itaque conciliari se imperatori, ac perduci postulant. Qui cum prolixe his omnia facturum se recepisset, ut et de illorum caussa ad imperatorem referret, et id quod petebant impetraret, vicissim hoc ab illis postulat ut Arium in communionem reciperent, qui fictam simulatamque poenitentiam prae se tulerat. Quod ubi spopondissent, ad imperatorem eos adducit Eusebius, exponitque quid illis negotii sit, ac postremo Meletianis ab eo tempore permissum, privatim ut sine ulla cuiusquam molestia convenire possent. Utinam Meletiani isti, qui exactissimam iustitiae ac veritatis rationem professi fuerant, cum iis qui lapsi erant post poenitentiam communionem habere quam cum Arianis maluissent! Contigit enim illis quod est in proverbio, ut qui fumum devitant in ignem incidant.

6. *Ita libri. Suspicor pro* καὶ *esse restituendum* κοὐκ.

7. ἐξεβάλοντο *cod. scriptus uterque, et ed. pr.* ἐξεβάλλοντο *ed. Petav.*

Cap. VI. — 1. Εὐσεβείω *codd. mss., uti supra.*

2. *Fortasse scribendum* αὐτῶν. *Sed est quo defendas* αὐτὴν.

3. Ἀρειῶν *vitiose extat in ed. Petav.*

4. *Intell.* δέχεσθαι. *Petavius suspicabatur* αὐτῷ.

5. ἐνοχλεῖσθαι *cod. Rhedig.*

[6] ἐνέπεσον. Οὔτε γὰρ Ἄρειος ἠδύνατο ἔχειν στάσιν καὶ παρρησίαν, [7] εἰ μὴ διὰ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως, ἥ τις γέγονεν αὐτοῖς καὶ εἰς δεῦρο κακὴ συνάφεια. Συνεμίγησαν γὰρ οἱ καθαρεύοντές ποτε καὶ ἀκροδίκαιοι τῇ πίστει Μελητιανοὶ μετὰ τῶν τοῦ Ἀρείου μαθητῶν. Καὶ οἱ πλείους μὲν ἤδη ἐχράνθησαν τῇ τοῦ Ἀρείου κακοπιστίᾳ, ἀπὸ τῆς πίστεως ἐκτραπέντες ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις· τινὲς δὲ εἰ καὶ ἔμειναν ἔχοντες τὴν ἀληθινὴν πίστιν, ἔχουσι μὲν, οὐ μὴν δέ εἰσιν ἀπηλλαγμένοι τῆς βορβορώδους ῥυπαρίας, διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἄρειον καὶ Ἀρειανοὺς κοινωνίαν. Ἀπὸ δὲ τῆς προειρημένης ὑποθέσεως ἔσχεν ἡ πρὸ [8] τούτου συνάφεια [9] Μελητίου τε καὶ Ἀρειανῶν προφάσεις.

pag. 722. Ἀλλὰ μεταξὺ ὀλίγου [10] τοῦ χρόνου ([11] καθὼς ὑπεσχόμην εἰπεῖν τὴν ὑπόθεσιν ἐνταῦθα διηγήσομαι), ἀναγκαζομένου Ἀλεξάνδρου τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου συνάξαι τὸν Ἄρειον, καὶ αὐτοῦ εὐχομένου καὶ στενάξαντος καὶ κλίναντος τὰ γόνατα περὶ ὥραν ἐννάτην τῷ σαββάτῳ ἐνώπιον τοῦ θυσιαστηρίου, τοῦ Εὐσεβίου λέγοντος ὅτι, Εἰ μὴ βουληθείης ἑκὼν τοῦτον [12] αὐτὸν συνάξαι, ἄκοντός σου σὺν ἐμοὶ [13] εἰςελεύσεται τῇ αὔριον ἡμέρᾳ· κυριακὴ δὲ ἐπέφωσκεν. Ὡς δὲ ἔφην εὐξαμένου τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ δεηθέντος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἢ αὐτὸν [14] ἐπᾶραι, ἵνα μὴ συμμολυνθῇ τῷ Ἀρείῳ τῷ κατὰ τοῦ κυρίου βλασφημήσαντι, ἢ ποιῆσαι παράδοξόν τι, ὡς εἴωθεν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ παραδοξοποιεῖν, οὐκ εἰς μακρὰν ἡ εὐχὴ τοῦ ἁγίου ἐπληροῦτο. Κατὰ τὰς νύκτας εἰςελθὼν ὁ Ἄρειος εἰς θᾶκον, πρὸς τὰς αὐτοῦ χρείας παρασκευασθῆναι, [15] ἐλάκησε, καθάπερ καὶ Ἰούδας ποτέ. Καὶ οὕτως τὸ τέλος αὐτοῦ γέγονεν ἐν τόπῳ δυςώδει τῆς ἀκαθαρσίας.

Κεφ. ζ'. Μετὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον λοιπὸν ἐκαττύετο [1] παρὰ τῶν τούτου μαθητῶν τὰ κατὰ τὴν συσκευὴν τῆς ἐκκλησίας. Ἐτελεύτα δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Ἀλεξανδρείας μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον. Οὐ παρῆν δὲ Ἀθανάσιος μετὰ τὸν θάνατον Ἀρείου· διάκονος γὰρ ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀπεστάλη ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ [2] κομητάτον. Ἀλεξάνδρου δὲ ἐντειλαμένου μηδένα κατασταθῆναι, εἰ μὴ Ἀθανάσιον, ὡς αὐτός τε καὶ οἱ τοῦ κανόνος ἐμαρτύρουν, καὶ πᾶσα ἡ ἐκκλησία, λαβόμενοι καιρὸν οἱ κατὰ Μελήτιον ἐπίσκοπον τῆς Αἰγύπτου, ἐπισκόπου μὴ παρόντος τῆς Ἀλεξανδρείας (οὐ γάρ ποτε ἡ Ἀλεξάνδρεια δύο ἐπισκόπους ἔσχεν, ὡς αἱ ἄλλαι πόλεις), [3] καθιστῶσι τοίνυν [4] ἀντὶ Ἀλε-

6. *Diogenian. VIII, 45, p. 224. Gaisf.*

7. εἰ *excidit ab edit. Petavii Colon. repet.*

8. τούτους *codd. mss. uterque.* τούτοις *editi mendose. Correxi* τούτου. *Nam literam* ς *scripturae* τούτους *accrevisse certum ex initio vocabuli sequentis* συνάφεια. Συνάφεια *h. l. habet significatum substantivi verbalis, ut temporis notio insit. Verte igitur* societatis initae.

9. *Immo, reponendum est* Μελητιανῶν τε καὶ Ἀρείου, *aut* Μελητιανῶν τε καὶ Ἀρειανῶν.

10. τοῦ *desideratur in editis.*

11. καθὼς γὰρ *suspicabatur Petavius.*

12. *Fortasse* αὐτὸς.

Neque enim consistere Arius, aut fiduciam ullam habere, potuisset nisi eam esset occasionem nactus quae pessimam inter illos ad hodiernum usque diem concordiam devinxit. Siquidem Meletiani sinceri quondam fideique tenacissimi cum Arianis commisti sunt et plerique falsa Arii doctrina contaminati a recta fide hoc tempore degenerarunt; nonnulli vero etsi constanter in ea perseverarunt, ob illam tamen cum Ario Arianisque societatem in coeno illo ac sordibus haeserunt. Haec fuit mutuae inter Meletianos et Arianos coniunctionis occasio.

Ceterum brevi interiecto tempore (iam enim uti pollicitus sum narrationis seriem pertexam) cum Alexander Constantinopolitanus episcopus Arium ad communionem admittere coactus ad preces et suspiria confugisset, flexis circa horam nonam sabbati ante altare genibus, quod Eusebius ita comminatus esset: Nisi sponte in communionem illum recipere volueris, crastino die te etiam invito mecum ingredietur (instabat autem dominicus dies), quare cum Alexander, ut diximus, orationi se dedisset, et a domino supplex peteret, ut vel se ex hac vita tolleret, ne Arii, qui in deum contumeliosus fuerat, contagione pollueretur, aut inusitatum quoddam prodigium ederet, cuiusmodi certis temporibus efficere solet, paulo post sancti viri quod volebat impetravit oratio. Arius enim de nocte levandi ventris gratia ad cellam veniens crepuit quemadmodum Iudas olim proditor, et in impuro illo ac foetido loco finem vivendi fecit.

Secundum haec ab eius discipulis fraudulenta illa contra ecclesiam inita consilia sunt. Alexander vero Alexandriae episcopus post Nicenam synodum obiit, absente post Arii mortem Athanasio, qui diaconus per illud tempus ordinatus ab Alexandro, ab eodem missus ad comitatum fuerat. Cumque moriens Alexander nullum alium sufficì sibi praeter Athanasium mandasset, ut tam ipse quam clerici, et universa adeo ecclesia testificabatur, Meletiani Aegypti episcopi occasionem nacti (nam Alexandria nunquam ut aliae civitates duos episcopos habuit), cum Alexandrinus episcopus abesset, Theonam Cap. VII.

13. ἐλεύσεται *cod. Rhedig.*
14. ἀπᾶραι *suspicatus est Ios. Scaliger.*
15. ἐλάκησε *cod. Ien.* ἐλάκησεν *cod. Rhedig.* ἐλάκισε *editi libri.*

Cap. VII. — 1. παρὰ *coniecerunt Cornarius et Petavius. Probavit Hase V. Cl. in Leon. Diac. Nott. p.* 406., *qui videndus de verbi* καττύω *usu.* περὶ *libri tam scripti quam editi. — De vocab.* συσκευή *cf. infra pag.* 723. *et p.* 726., *item haer.* 69, 9. *p.* 734.

2. κομητάτον *hic libri omnes.*

3. καθεστῶσι *codd. mss. et ed. princ.*

4. ἀντὶ Ἀλέξανδρον *codd. mss. et ed. princ.* μετὰ Ἀλέξανδρον *Ios. Scaliger.* ἀντὶ Ἀλεξάνδρου *ed. Petav.*

ξάνδρου Θεωνᾶν τινὰ ὀνόματι, ὃς μῆνας τρεῖς ποιήσας ἐτελεύτα. Καὶ παρεγένετο Ἀθανάσιος μετ' οὐ πολὺ, μετὰ τὴν τελευτὴν Θεωνᾶ. Καὶ ἐκ πανταχόθεν συνεκροτήθη ὀρθοδόξων σύνοδος. Καὶ οὕτως κατάστασις γέγονεν αὐτοῦ, καὶ ἀπεδόθη [5] αὐτῷ ὁ θρόνος τῷ ἀξίῳ, καὶ ᾧ ἦν ἡτοιμασμένος κατὰ τὴν θεοῦ βούλησιν καὶ κατὰ τὴν μακαρίου Ἀλεξάνδρου μαρτυρίαν τε καὶ ἐντολήν.

Ἐντεῦθεν ἄρχεται Ἀθανάσιος βιοφορεῖσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι διὰ τὸν μερισμὸν τῆς ἐκκλησίας, τῶν τε Μελητιανῶν καὶ τῆς καθολικῆς
pag. 723. ἐκκλησίας. Ἔπειθε, παρεκάλει, [6] καὶ οὐκ ἠνείχοντο· ἠνάγκαζεν, ἐβιάζετο. Ἐπισκεπτόμενος δὲ πολλάκις ἐγίνετο τὰς σύνεγγυς ἐκκλησίας, μάλιστα [7] τὰ κατὰ τὸν Μαραιώτην. Καί ποτε Μελητιανῶν συναγόντων γέγονεν ἐκ τοῦ πλήθους τοῦ μετὰ [8] Ἀθανασίου διάκονόν τινα ἐπεισελθόντα, μετὰ καί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ κατεᾶξαι κανδῆλαν, ὡς ἔχει ὁ λόγος, καὶ μάχην γενέσθαι. Ἐντεῦθεν ἡ κατὰ Ἀθανασίου συσκευὴ γέγονε, τῶν Μελητιανῶν κατηγορησάντων καὶ [9] συκοφαντησάντων αὐτὸν, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων, Ἀρειανῶν δὲ συνεσκευασμένων καὶ συνεπιδόντων ἑαυτοὺς, διὰ [10] τὸν πρὸς τὴν ἁγίαν θεοῦ πίστιν καὶ ὀρθοδοξίαν φθόνον. Καὶ ἀνακοινοῦνται τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ. Εὐσέβιος δὲ ἦν ὁ προειρημένος τῆς Νικομηδείας ὁ ὑπουργὸς τοῦ παντὸς αὐτῶν συστήματος, καὶ συσκευαστὴς τῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν τε καὶ τὸν πάπαν Ἀθανάσιον βλάβης. Οἱ κατήγοροι οὖν προςῆλθον τῷ βασιλεῖ, σκεῦός τι μυστηρίων λέγοντες εἶναι ὅπερ κανδῆλάν τινες ἔφασαν, ἣν προεῖπον. Ἄλλα τέ τινα κατηγόρουν φάσκοντες πρεσβύτερόν τινα τοῦ Μαραιώτου Ἀρσένιον τετυπτῆσθαι, τούτου δὲ τὴν χεῖρα μαχαίρᾳ ὑπὸ τῶν τοῦ Ἀθανασίου λαῶν, εἴτουν αὐτοῦ Ἀθανασίου, τετμῆσθαι. Ἐπεφέροντο γὰρ καὶ χεῖρα ἐν τῷ [11] κομητάτῳ, καὶ ἐπεδείκνυον, ἥτις ἦν ἐν γλωσσοκόμῳ.

Κεφ. η'. Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας αἱρεῖται μὲν θυμῷ. Εἶχε γὰρ ζῆλον θεϊκὸν ὁ μακαρίτης, οὐ μὴν ᾔδει ὅτι συκοφάνται ἦσαν, δι' ὃν προεῖπον ζῆλον τῶν Ἀρειανῶν κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας. Κελεύει δὲ συγκροτηθῆναι σύνοδον κατὰ τὴν Φοινίκην ἐν Τύρῳ τῇ πόλει. Ἐκέλευσε δὲ δικάζειν Εὐσέβιον τὸν Καισαρείας, καὶ ἄλλους τινάς. Ἦσαν δὲ [1] προςκεκλιμένοι οὗτοι ποσῶς μᾶλλον τῇ τῶν Ἀρειανῶν χυδαιολογίᾳ. Καὶ ἐκλήθησαν ἐπίσκοποι τῆς Αἰγύπτου τῆς καθολικῆς καὶ ὑπὸ [2] Ἀθανάσιον [3] ἀκρέμονές τινες ἄνδρες καὶ μείζους, καὶ ἐν θεῷ ἔχοντες διαφανῆ τὸν βίον. Ἐν οἷς ἦν ὁ μακαρίτης Ποτάμων ὁ μέγας, ὁ τῆς

5. αὐτῷ *desideratur in cod. Rhedig.*

6. *Suspicor* καὶ οὐ ἠνείχοντο, ἠνάγκαζεν, ἐβιάζετο.

7. *Fortasse* τὰς.

8. *Ita recte suspicatus est Petavius. Vulgo extat* Ἀθανάσιον.

9. *Vulgo* συκοφαντισάντων.

10. τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους *ed. princ.* τὴν πρὸς τὴν ἁγίαν *cod. Rhedig. De cod. Ien. scriptura non satis accurate annotatum invenio; habet* τὴν *pro* τὸν, *quod cer-*

quendam substituunt. Quo quidem post tertium mensem mortuo paulo post Athanasius advenit. Tum undique coacto orthodoxorum concilio in Alexandrina sede constituitur, eique postliminio dignitas in illa redditur, qui et dignus erat, et tam dei voluntate quam beati Alexandri suffragio et mandato designatus.

Post haec Athanasius ob illud Meletianorum ab ecclesia catholica divortium exerceri afflictarique coepit. Igitur hortari ille ac supplicare, detrectantes urgere ac cogere. Solebat autem vicinas ecclesias, easque praesertim quae ad Mareotem lacum sitae sunt, invisere. Forte igitur congregatis Meletianis diaconus quidam ex Athanasii comitatu cum quibusdam de populo, ut fama est, irrumpens candelam (vas illud quoddam) confregit, unde iurgium ac pugna conflata. Hinc adversus Athanasium occultae molitiones fraudesque concitatae, accusantibus Meletianis et calumniantibus, ac conficta quaedam obiicientibus, Arianis vero allaborantibus, et consilia communicantibus, propter insitam in orthodoxam fidem invidiam. Ergo illi rem ad imperatorem Constantinum deferunt; cuius totius factionis administer ac satelles Nicomediensis Eusebius fuit, ac noxae illius omnis artifex quae ecclesiae pariter et Athanasio papae ab illis est conscita. Accusatores itaque imperatorem adeuntes vas quoddam ut usum divinorum mysteriorum fractum obiiciebant, quod candelam, ut diximus, appellavere nonnulli. Quin et de aliis quoque criminibus accusarunt, et inprimis Arsenium quendam Mareotidis presbyterum ab eo pulsatum, cuius manum ab Athanasii fautore populo, sive ipsomet potius Athanasio, praecisam, quam etiam ad comitatum intra arculam delatam ostentabant.

His auditis imperator vehementer excanduit, cum divino quodam zelo maiorem in modum flagraret; nec illos calumniatores esse nosset, aut eo livore ferri quem Arianos adversus sinceram fidem suscepisse diximus. Igitur Tyri in Phoenice convocari synodum iubet, eique iudicio praeesse cum aliis nonnullis Caesariensem Eusebium, qui omnes in Arianorum inanissimum dogma propensiores erant. Cum his ex catholica Aegypti ecclesia, et Athanasio subiecta, episcopi quidam advocati sunt, primarii quidem ac praestantes viri, atque egregia vitae sanctitate et religione praediti, inter quos felicis memoriae magnus ille Potamo fuit Heracleae episcopus Cap. VIII.

*tum est. Ios. Scaliger emendavit* τὸν πρὸς τῶν ἁγίων.

11. *Sic omnes libri.*

Cap. VIII. — 1. προςκεκλημένοι *cod. Ien. et editi*, προκεκλημένοι *cod. Rhedig.* προςκεκλιμένοι *emendarunt Cornarius atque Petavius.*

2. Ἀθανασίου *cod. Rhedig.*

3. ἀκραίμονες *habent libri omnes.* Cf. supra ad cap. 5.

[4] Ἡρακλείας ἐπίσκοπος καὶ ὁμολογητής· ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν Μελητιανῶν, μάλιστα οἱ τοῦ Ἀθανασίου κατηγοροῦντες. Ζηλωτὴς δὲ ὢν ὑπὲρ ἀληθείας καὶ ὀρθοδοξίας ὁ προειρημένος Ποτάμων ὁ μακαρίτης, ἐλευθεροστομῶν, ὃς οὐδέποτε εἴληφε πρόσωπόν τινος (τὸν ὀφθαλμὸν γὰρ ἐν τῷ διωγμῷ διὰ τὴν ἀλήθειαν ἐτυφλώθη), ἑωρακὼς τὸν Εὐσέβιον pag. 721. καθεζόμενον καὶ δικάζοντα, καὶ Ἀθανάσιον ἑστῶτα, καταπονηθεὶς τῇ λύπῃ, καὶ δακρύσας, οἷα γίνεται παρὰ τοῖς ἀληθέσιν, ἀπετείνατο φωνῇ μεγάλῃ Εὐσεβίῳ λέγων, Σὺ καθέζῃ, Εὐσέβιε, καὶ Ἀθανάσιος ἀθῷος ὢν παρὰ σοῦ κρίνεται; τίς ἐνέγκοι τὰ τοιαῦτα; λέγε δέ μοι σύ, οὐ σὺν ἐμοὶ [5] ἦσθα ἐν τῇ φυλακῇ ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ; κἀγὼ μὲν ὀφθαλμὸν ἀπεβαλόμην ὑπὲρ ἀληθείας, σὺ δὲ οὔτε φαίνῃ λελωβημένον τι ἔχων ἐν τῷ σώματι, οὔτε ἐμαρτύρησας, ἀλλὰ ἕστηκας ζῶν μηδὲν ἠκρωτηριασμένος. Πῶς ἀνεχώρησας ἀπὸ τῆς φυλακῆς, εἰ μὴ ὅτι ὑπέσχου τοῖς τὴν ἀνάγκην τοῦ διωγμοῦ ἡμῖν ἐπενέγκασι τὸ ἀθέμιτον πρᾶξαι, [6] ἢ ἔπραξας; ταῦτα ἀκούσας Εὐσέβιος αἴρεται μὲν εἰς ἀγανάκτησιν, καὶ ἀναστὰς διέλυσε τὸ δικαστήριον, λέγων ὅτι, Εἰ ἐνταῦθα ἤλθετε καὶ πρὸς ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα ἀντιλέγετε, ἄρα οὖν ἀληθεύουσιν οἱ κατήγοροι ὑμῶν. Εἰ γὰρ ὧδε τυραννεῖτε, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ὑμῶν πατρίδι.

Κεφ. Θ'. Εἶτα ἐπεχείρησεν Εὐσέβιος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ καὶ ἀποστέλλουσι δύο τινὰς τῶν ἀπὸ [1] Παννωνίας ἐπισκόπων τὰ Ἀρείου φρονοῦντας, Οὐρσάκιόν τε καὶ Οὐάλεντα, εἴς τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ Μαραιώτην, ἔνθα ἔλεγον γεγενῆσθαι τὰ προειρημένα, τοῦ [2] τε σκεύους καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων τῆς μάχης. Οἱ δὲ ἀπελθόντες οὐκ ἐκεῖνα ἀνήνεγκαν ὅσα ἦν ἀληθῆ, ἀλλ' ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων [3] παραχωρήσαντες ἐψεύσαντο, καὶ ἐσυκοφάντησαν τὸν μακαρίτην πάπαν Ἀθανάσιον. Κἀκεῖνα δὲ ὡς ἀληθῆ ὄντα πλασάμενοι ἐγγράφως ἐνέγκαντες ἀνέφερον ἐπὶ τὴν σύνοδον [4] τὴν περὶ Εὐσέβιον καὶ τοὺς ἄλλους, ὡς εἰς ὕστερον ἔδειξαν μετανοοῦντες Οὐρσάκιος καὶ [5] Οὐάλης, μετὰ λιβέλλων προσελθόντες τῷ μακαρίτῃ Ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ὑπεραπολογούμενοι τοῦ αὐτῶν σφάλματος ὅτι, Ἐσυκοφαντήσαμεν τὸν πάπαν Ἀθανάσιον, ἀλλὰ δέξαι ἡμᾶς εἰς κοινωνίαν, καὶ εἰς μετάνοιαν. Καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν Ἀθανάσιον ταῖς [6] αὐταῖς ἐχρήσαντο ἐγγράφοις διὰ μετανοίας συστάσεσιν. Ὁρῶντος δὲ τοῦ πάπα Ἀθανασίου ὄντος ἐν τῇ Τύρῳ βαρείαν τὴν τότε συσκευὴν ἐκ πανταχόθεν, πρινὴ εἰσελθεῖν εἰς τὸ δικαστήριον, ἢ εἰς πρόσωπον τὰ συκοφαντούμενα ἐξ ἀντικαταστάσεως γένηται, νύκτωρ ἀναχωρήσας ἀνέρχεται πρὸς Κωνσταντῖνον εἰς

4. Ἡρακλέους *libri scripti.*
5. ἦσθας *libri scripti et ed. princ.*
6. ἢ *praeclara est Ios. Scaligeri coniectura.*

Cap. IX. — 1. Παννωνίας *libri scripti.* Παννωνίων *utraque editio. At in lat. Cornarii versione expressum est etiam* Pannoniae.
2. τε *excidit ab edit. Petav. Colon. repet.*

et confessor. Aderant et Meletiani Athanasii praesertim accusatores. At beatus Potamo veritatis ac rectae fidei ardore aestuans, vir summa loquendi libertate, qui nullis unquam personae rationem habuerat, et pro veritatis confessione alterum in persecutione oculum amiserat, is Eusebium sedentem et iudicantem, stantem vero Athanasium conspicatus dolore confectus, et illacrymans, cuiusmodi sinceris mentibus usuvenire solet, magna voce adversus Eusebium invectus est. Et, Tene, inquit, Eusebi, sedere et innocentem Athanasium a te iudicari? Quis ista sustinere possit? Dic sodes, nonne mecum persecutionis tempore in custodia fuisti? Atque ego quidem oculum pro veritate perdidi, tu nulla corporis parte mutilatus es, neque martyrium subiisti, sed vivus integerque consistis. Quanam ratione e custodia evolasti, nisi quod persecutoribus nostris nefarium facinus admissurum te esse recepisti, vel etiam admisisti? Haec Eusebius audiens magnopere doluit, et repente surgens concilium dimisit, itaque locutus est: Si huc accedentes tantopere nobis contradicere audetis, verum est profecto quod vestri accusatores obiiciunt. Nam cum hoc in loco tyrannidem quandam exerceatis, multo id magis in patria vestra facitis.

His hoc modo transactis aliud quiddam Eusebius cum suis aggreditur. Cap. IX. Nam duos quosdam Pannoniae episcopis Arii asseclas, Ursatium et Valentem Alexandriam et in Mareotidem mittunt, ubi superiores omnes illas turbas iurgiaque ob vas violatum, et alia id genus accidisse memorabant. Illi legatione sua functi rem non sincere uti se habuerat, sed falsa quaedam et conficta detulerunt, multa adversus beatum papam Athanasium subdole et calumniose commenti, quae quidem pro veris et compertis in acta referentes in synodum ad Eusebium et alios deferunt. Id quod Ursatii et Valentis confessione postea declaratum est, cum poenitentia ducti Iulio Romano pontifici libellos obtulerunt, quibus errorem suum deprecabantur. Calumniam, inquiebant, contra papam Athanasium struximus: tu vero ad communionem et poenitentiam nos admitte. Imo et apud ipsum Athanasium eadem in scripto supplicatione usi sunt. Inter haec Athanasius cum apud Tyrum gravem ac vehementem hanc conspirationem esse cerneret, priusquam in iudicium prodiret, aut omnes istae calumniae coram sibi et ex adverso obiicerentur, de nocte discedens in comitatum ad Constantinum properat, deque

3. Subiicientes *convertit Cornarius. Suspicor rescribendum esse* παραχαράσσοντες, *quo verbo non semel usus est Epiphanius.*

4. τὴν *cod. Rhedig.* τὸν *cod. Ien. et editi.* τῶν *coniecit Petavius.*

5. Οὐάλις *scripti libri.*

6. αὐταῖς *libri scripti.* αὐτῶν *editi.*

τὸ κομητάτον, καὶ προςφέρει αὐτῷ τὰ κατ' αὐτὸν ἀναδιδάσκων. Ὁ
pag. 725. δὲ ἔτι λύπῃ φερόμενος, καὶ νομίζων μή πη ἄρα ἀληθεύουσιν οἱ κατηγορήσαντες, ψεύδεται δὲ ὁ ἀπολογούμενος, ἔτι ἐχαλέπαινε. Χαλεπαίνοντος δὲ αὐτοῦ ὁ πάπας Ἀθανάσιος λόγον βαρὺν τῷ βασιλεῖ ἐπετείνετο, ὡς ὅτι, Δικάσει κύριος ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, ὁποῖα καὶ αὐτὸς συμφωνεῖς τοῖς συκοφαντοῦσι τὴν ἡμετέραν μετριότητα. Ἐντεῦθεν συμβαίνει αὐτὸν ἐξορίᾳ ὑποπεσεῖν, ἀπό τε τῶν γραφέντων ἀπὸ τῆς συνόδου τῷ βασιλεῖ ([7] ἀπόντος γὰρ αὐτοῦ καθαίρεσιν ποιοῦνται αὐτοῦ) καὶ ἐξ ὧν ὁ βασιλεὺς παροξυνθεὶς πρὸς αὐτὸν ἐλυπεῖτο, καὶ μένει ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἰταλίας ἐπὶ ἔτεσι πλείω δώδεκα, ἢ δεκατέσσαρα.

Κεφ. ί. Πολὺς δὲ μετέπειτα ᾄδεται λόγος, ὡς Ἀρσένιος ὁ πάλαι ἐν τεθνεῶσι παρὰ [1] τῶν συκοφαντῶν καταγγελλόμενος, καὶ τὴν χεῖρα τετμῆσθαι λεγόμενος, εὕρηται ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἀραβίας, καὶ ὡς ἀνήγγειλεν ἑαυτὸν ὅλως ὁ Ἀρσένιος τῷ πάπᾳ Ἀθανασίῳ ὄντι ἐν τῇ ἐξορίᾳ, καὶ τοῦ πάπα Ἀθανασίου [2] λεληθότως αὐτὸν μεταστειλαμένου, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα φήμη περιέχει, καὶ αὐτοῦ Ἀρσενίου πρὸς τὸν αὐτὸν μακαρίτην Ἀθανάσιον γενομένου, ὁμοῦ τε ἐπὶ [3] τὸν περὶ Κώνσταν καὶ Κωνστάντιον [4] τὸν υἱὸν Κωνσταντίνου [5] γενομένων ἅμα, ὁ μὲν Ἀθανάσιος τὸν Ἀρσένιον ἐδείκνυε ζῶντά τε καὶ δύο χεῖρας ἔχοντα, συκοφαντίας τε λοιπὸν οἱ κατήγοροι αἴτιοι οὐ μόνον ηὑρίσκοντο, ἀλλὰ καὶ [6] τυμβωρυχίας, διὰ τήν ποτε περιφερομένην νεκρὰν χεῖρα. Ἐντεῦθεν τὸ μὲν πᾶν γελοῖον ἦν, καὶ ἔκπληξις τοῦ τοιούτου καὶ τοσούτου δραματουργήματος καὶ [7] ἀπορία τί τις ἂν εἴποι περί τε τῶν κατηγορησάντων, περί τε τοῦ κατηγορουμένου, [8] καὶ περὶ τῶν ἄλλων πάντων, ὧν κατὰ μέρος εἰπεῖν πολὺν ἀναλώσω χρόνον. Τελευτήσαντος δὲ Κωνσταντίνου, τοῦ πάπα Ἀθανασίου ἐν πολλῇ παρρησίᾳ καὶ εὐδοκιμήσει καὶ δεξιώσει Ῥώμης τε καὶ πάσης Ἰταλίας, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας [9] Κωνστάντιον καὶ Κώνσταν, ἀποστέλλεται ἐκ τῶν δύο βασιλέων, μετὰ τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τελευτὴν, Κωνσταντίου ὄντος ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας καὶ συνευδοκοῦντος ([10] ὡς ἐξ ἰδίων τε καὶ ἐγγράφων ἐπιστολῶν παρὰ τῶν τριῶν βασιλέων ἔγνωμεν γραφεισῶν τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι καὶ αὐτῷ τῷ πάπᾳ

7. *Haec verba* παρενθετικῶς *esse sumenda poterat docere vel* τε *particula ante* τῶν γραφέντων, *si non totus sententiarum nexus. Quod neglexerunt editores atque interpretes.*

Cap. X. — 1. τῶν *non invenitur in ed. Petav. Colon. repet.*

2. λελυθότος *scripti libri.* λεληθότως *editi.*

3. τὸν *uterque cod. ms.* τοῖς *editi libri.*

4. τὸν υἱὸν *uterque cod. ms.* τοῖς υἱοῖς *editi.*

5. γενομένων *correxi cum libri haberent* γενομένοις.

6. τυμβορυχίας *codd. mss. et ed. princ.*

7. *Ita correxi. Nam in libris extat* ἀπορίας, τὸ τίς. *Cornarius convertit* et admiratio talis ac tantae fabulae ac desperationis. Quid enim quis dixerit

tota re certiorem illum facit. Imperator adhuc dolore commotus, ac vera esse suspicatus, quae accusatores proposuerant, mentiri vero accusatum Athanasium, nihil de iracundia remittebat. Quod videns Athanasius acri illum oratione perstrinxit: De te, inquit, ac me iudicabit dominus, quod et ipse mediocritatis meae calumniatoribus assentiaris. Deinde datis a synodo ad imperatorem literis in exilium relegatur Athanasius. Absens quippe depositus est, cum ad cetera recens illa principis accessisset offensio. Duodecim itaque vel tredecim annis in Italia mansit.

Sub haec, ut frequenti hominum rumore divulgatum est, Arsenius ille, qui pridem a calumniatoribus inter mortuos numerabatur, cuique amputata manus dicebatur, in Arabia repertus est. Is enim Athanasio, cum in exilio adhuc esset, seipsum prodidit. Quem ille clam, ut accepimus, arcessitum, mox ut advenit, coram Constante et Constantio, Constantini filiis, qui tum forte convenerant, vivum et ambas manus habentem produxit. Quo facto penes accusatores non modo calumniae, sed etiam ob circumlatam illam mortui manum violatae sepulchrorum religionis crimen resedit, ac deinceps ingens risus ex tali tantaque fabula, et admiratio consecuta. Neque satis conveniebat quid de accusatoribus aut reo ipso, deque ceteris omnibus dicendum videretur. Quae si singillatim narrare voluero, longiorem orationem instituam. Post Constantini obitum Athanasius qui summa in omnium auctoritate, et gratia, ac non modo Romae, sed et Italiae totius, imo et imperatoris eiusque liberorum Constantis ac Constantii approbatione florebat, ab his duobus imperatoribus post mortem parentis in Aegyptum remittitur, assentiente Constantio, qui tum Antiochiae versabatur. Cuius rei seriem ex trium imperatorum datis ad Ale- Cap. X.

*cett., ut* ἀπορίας. Τί τίς ἂν εἴποι *cogitasse videatur.*

8. *Male hoc* καὶ *notavit uncinis Petavius, cum potius* τε, *quod libri post* περὶ *vulgo insertum habent, suppositicium esse in aperto esset. Irrepsit nempe de linea superiori.*

9. „*Fortasse* Κωνσταντῖνον, Κωνστάντιον καὶ Κώνσταν. Sed haec corrupta.“ Petavius. *Necessitatem eius mutationis apud Epiphanium certe video nullam. Verba* καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα *neglegenter sunt interposita a scriptore elegantis et perspicui sermonis parum curioso, puta qui se orditum esse enunciationem verbis* τελευτήσαντος δὲ τοῦ Κωνσταντίνου *oblitus esset. Itaque interpretare tanquam si dicere vellet* ὡς πρόσθεν πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα, οὕτως νῦν καὶ πρὸς τοὺς αὐτοῦ παῖδας. *Ceterum post* πρὸς αὐτὸν *suspicor excidisse participium* ὄντος.

10. *Libri habent solum* ἰδίων. ὡς ἐξ ἰδίων *emendatio est Petavii. Magis probabile mihi videtur* ὡς δι᾽ ἰδίων. *Praeterea non est silentio praetereundum in cod. Rhedig. inde a verbis* τε καὶ πάσης *usque ad* βασιλέων *primae manus scripturam erasam, quaeque postea ab eadem sunt superposita multo maioris esse spatii.*

pag. 726. Ἀθανασίῳ), καὶ καθέζεται πάλιν εἰς τὸν θρόνον, μετὰ τὸν διαδεξάμενον αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν πεμφθέντα Γρηγόριον, ὅτε ἦν ἐν τῇ ἐξορίᾳ Ἀθανάσιος.

Κεφ. κʹ. Πάλιν δὲ συνεσκευάσθη πρὸς Κωνστάντιον ἀπὸ τῶν περὶ Στέφανον, καὶ ἐξεώθη. Καὶ μετέπειτα πάλιν συνεσκευάσθη ἀπὸ τῶν περὶ Λεόντιον τὸν ἀπόκοπον καὶ [1] τῶν ἅμα αὐτοῖς. Ἔνθεν ἐγίνετο αὐτὸν ἐκβάλλεσθαι καὶ πάλιν εἰςφέρεσθαι. Γεώργιος γὰρ ὑπὸ Κωνσταντίου ἀποστέλλεται, καὶ ὑποχωρεῖ Ἀθανάσιος, κρυβεὶς χρόνον τινὰ, ἕως ὅτε ὁ Γεώργιος ἀνηρέθη, ἐν ᾧ χρόνῳ ἐβασίλευσεν Ἰουλιανὸς, καὶ εἰς Ἑλληνισμὸν ἐτράπη μετὰ τὴν [2] τελευτὴν Κωνσταντίου. Ἀλεξανδρέων γὰρ μῆνιν τηρησάντων τῷ Γεωργίῳ, τοῦτον ἀπέκτειναν, καὶ καύσαντες καὶ τέφραν ποιήσαντες, εἰς ἀνέμους ἐσκόρπισαν. Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐν τῇ Περσίδι, καὶ διαδεξαμένου τὸ βασίλειον Ἰοβιανοῦ τοῦ μακαρίτου, μετὰ πολλῆς τιμῆς καὶ ἀξιοπίστων γραμμάτων γράψαντος τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ, καὶ μεταστειλαμένου, περιπτυξαμένου τε αὐτὸν, καὶ ἀποστείλαντος εἰς τὸν ἴδιον θρόνον, πάλιν ἀπολαβούσης τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τὸν ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς ὀλίγον παρακληθείσης, τελευτήσαντος τοῦ Ἰοβιανοῦ ἐν τοῖς αὐτοῖς πάλιν ὁ μακάριος Ἀθανάσιος διωγμοῖς καὶ φήμαις καὶ ταραχαῖς ἐφέρετο. Οὐ μὴν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ θρόνου μετεκινήθη, Ἀλεξανδρέων [3] δὴ πρεσβευσαμένων ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ πάσης τῆς πόλεως ἀξιωσάσης [4] μετὰ τὸ τὸν Λούκιον, καὶ [5] τὸ νῦν Ἀρειανὸν, κατασταθῆναι ἐπὶ ξένης, τάχα δὲ [6] ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ πολλάκις παρακαλέσαντα τὸν βασιλέα Οὐάλεντα ἀποσταλῆναι εἰς τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας θρόνον, καὶ αὐτοῦ διὰ τὴν τῶν λαῶν ταραχὴν μὴ βουληθέντος αὐτὸν ἐξεῶσαι. Πέρας γ' οὖν, ὅτε ἐτελεύτα ὁ πάπας Ἀθανάσιος, ἀπεστάλη Λούκιος, πολλὰ κακὰ ἐνδειξάμενος τῇ τε ἐκκλησίᾳ, τῇ τε πόλει, τοῖς λαοῖς, τοῖς ἐπισκόποις, τοῖς κληρικοῖς τοῖς ὑπὸ Ἀθανασίου οὖσι, καὶ αὐτὸν ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ [7] δεξαμένοις, καὶ Πέτρῳ τῷ μετὰ Ἀθανάσιον κατασταθέντι διαδόχῳ αὐτοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Ταῦτα ἕως τῆς δεῦρο πέπρακται, τῶν μὲν ἐξορισθέντων ἐπισκόπων τε καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἄλλων δὲ [8] κεφαλικὴν τιμω-
pag. 727. ρίαν ὑποστάντων ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας, ἑτέρων δὲ θηριομαχησάντων, παρθενευουσῶν δὲ ἀποκτανθεισῶν, καὶ πολλῶν ἄλλων ἀπολομένων. Ἐν τούτοις ἔτι δεῦρο φέρεται ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, ἀπὸ τῆς προειρημένης ὑποθέσεως τῶν Μελητιανῶν καὶ τῶν Ἀρειανῶν, τῶν διὰ τοιού-

Cap. XI. — 1. *Librorum vitium* τοὺς *correxi in* τῶν. *Etiam Cornarius vertit* a sodalibus ipsius.
2. τελευτὴν *om. cod. Rhedig., qui a m. pr. habet* Κωνσταντίνου.
3. *Libri omnes habent* δὲ; *Petavio placuit* τε.
4. *Libri habent* μετὰ τὸν Λούκιον. *Petavio placuit* μετὰ τὸ Λούκιον.
5. *Libri habent* τὸν νῦν.

xandrinos et Athanasium ipsum literis didicimus. Ita ille sedi suae restitutus est, post Gregorium, quem exulanti Athanasio Ariani suffecerant.

sedulitatis officiis aggredi solent, tum pollicitationes ac terrores adiiciunt. Vos enim, inquiunt, principis edictis et imperatoris Valentis voluntati resistitis? Ita eos alloquuntur qui suum ad dogma transire noluerint. Deinde quid tandem est? inquiunt, Quid porro dicimus? Eadem fides est; nisi quod inani gloriae studio ducimini. Videamus itaque eademne sit fides. Atque illi quidem sic asserunt: Confitemur filium ex patre genitum, nec eum negamus; verum nobis quoque creatura et opificium confitendum. Quo quidem nihil est ineptius. Quidquid enim creatum est, dissimile est genito, neque quod genitum est, creato simile est, praesertim si de sincera illa perfectaque natura sermo sit. Nam omnia a deo creata sunt, solus dei filius genitus est, ac solus spiritus sanctus *a patre processit, et a filio accepit.* Cetera omnia creata sunt, neque a patre processerunt, neque a filio acceperunt, sed ex plenitudine filii, uti scriptum est, Quippe *verbo domini omnia firmata sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Atqui etiam creaturam confiteri nos oportet, inquiunt; quandoquidem scriptura creaturae nomen, itidemque foetus per tropum ac metaphoram usurpavit. Quare etsi foetum appellemus, non eadem eius est ac ceterorum foetuum ratio. Quocirca dum foetus vocabulum sic usurpant, verum ut esse foetum dei filium negent, simplicioribus illudunt. Praeterea etiam creaturam inquiunt esse confitemur. Etenim Christus *ianua* dicitur et *via, columna, nubes, petra, ovis, agnus, hoedus, vitulus, leo, fons, sapientia, verbum, filius, angelus, Christus, salvator, dominus, homo, filius hominis, lapis angularis, sol, propheta, panis, rex, architectus, agricola, pastor, vitis,* et id genus alia. Ita et creaturam, inquiunt, abusu quodam nominis appellamus, idque nobis omnino fatendum est.

Ioann. 15, 26. Ioann. 1, 16. Psalm. 32, 6.

Cap. XXXV.

Apage sceleratam illam opinionem et callidam, nec permittat unquam dominus ullus ut ex veritatis filiis eiusmodi cavillatione circumveniatur, atque iis rationibus inductus creaturae nomen ad dei filium accommodari posse sibi persuadeat, atque ita profiteatur. Etenim huius nobis appellationis usum atque explicatas rationes adferant. Nam illa quidem omnia per catachresin usurpantur, neque filii divinitatem impetunt, aut illius essentiam a paterna ulla ex parte deficere arguunt. Sive *ianua* vocetur, quoniam per illum ingredimur, sive *via*, quoniam per ipsum ambulamus, sive *columna*, quod veritatis firmamentum ille sit, sive *nubes*, quod Israëlitas protexe-

Ioann. 10, 9. Ioann. 14, 6. Exod. 13.

*Et Cornarius vertit,* Fuge malam hanc opinionem *cett.*

2. ἤ τινα *scripsi pro* ἵνα, *quod libri praebent; Petavio placuit* καί.

ἐσκέπασε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, κἄν τε στύλος, διὰ τὸ φωτεινὸν τοῦ πυρὸς ὃ ἐφώτισεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κἄν τε μάννα, ἐπειδὴ ἠρνήσαντο αὐτὸν ἄρτον ἐπουράνιον, κἄν τε ἄρτος, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἰσχυροποιούμεθα, κἄν τε ἄγγελος, ἐπειδὴ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· ὁμώνυμον γάρ ἐστι τὸ τοῦ ἀγγέλου ὄνομα. Ἐδέξατο γὰρ ἡ Ῥαὰβ τοὺς ἀγγέλους, καὶ οὐκ ἦσαν ἄγγελοι οἱ ἀπεσταλμένοι, ἀλλ' ἢ οἱ ἀναγγείλαντες περὶ τοῦ τόπου. Οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς, ἐπειδὴ ἀνήγγειλε τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς τοῖς ἀνθρώποις, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, ἐν τῷ κόσμῳ ἀναγγέλλων τὴν μεγάλην βουλήν. Καὶ λίθος, οὐκ ἀναίσθητος ὁ λίθος, ἀλλὰ καταχρηστικῶς, διὰ τὸ πρόσκομμα γεγονέναι Ἰουδαίοις, ἡμῖν δὲ θεμέλιον σωτηρίας. Καὶ ἀκρογωνιαῖος λίθος, διὰ τὸ ἐπισφίγξαι παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, περιτομήν τε καὶ ἀκροβυστίαν εἰς μίαν ἕνωσιν. Ἀμνὸς δὲ, διὰ τὸ ἄκακον, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἀπὸ
pag. 759. τῶν ἀνθρώπων ἠφανίσθαι ἐν τῷ αὐτὸν τῷ πατρὶ προσενηνέχθαι πρόβατον εἰς σφαγὴν, ἐπειδὴ ἦλθεν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ὁ ἀπαθὴς, ἵνα ἡμεῖς σωθῶμεν, καὶ εἴ τι ἔστιν ἕτερον ταῖς αὐταῖς χρήσεσι συμβαλλόμενον εἰς σωτηρίαν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, καταχρηστικῶς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

Κεφ. λς'. Τί οὖν τὸ κτίσμα ὠφελήσειεν; ἢ ποίαν χρῆσιν ποιεῖται πρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ἔνσαρκον δοξολογίαν καὶ τελείαν θεότητα; τί ὠφελεῖ ἡμᾶς τὸ λέγειν αὐτὸν κτίσμα; τί κτίσμα ταῖς κτίσεσιν ἐργάζεται; τί κτίσμα ὠφελεῖ τὰς κτίσεις; πῶς δὲ ἔκτισεν ὁ θεὸν θεὸν εἰς προσκύνησιν διδοὺς, ὁπότε λέγει, Μὴ ποιήσῃς σεαυτῷ πᾶν ὁμοίωμα μήτε ἐπὶ γῆς, μήτε ἐν οὐρανῷ, καὶ μὴ [1] προσκυνήσῃς αὐτῷ; πῶς οὖν ἔκτισεν ἑαυτῷ υἱὸν, καὶ ἐπέταξε προσκυνεῖσθαι; μάλιστα τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. Μωρὸν γὰρ τὸ κτίσιν θεολογεῖν, ἀθετεῖν δὲ πρώτην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν, Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Διὸ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία οὐ κτίσμα προσκυνεῖ, ἀλλὰ υἱὸν γεννητὸν, πατέρα ἐν υἱῷ, υἱὸν ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι. Ἀλλὰ, Ναὶ, φησί. Ἐὰν γὰρ μὴ εἴπω ὅτι κτίσμα, φησὶν, ἐλάττωσιν προσφέρω τῷ πατρί. Τὸ γὰρ κτιστὸν οὐκ ἐλαττοῖ τὸν κτίσαντα. Τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ φύσεως ἢ συστολὴν ἐργάζεται, ἢ πλατυσμὸν, ἢ μείωσιν, ἢ τομὴν, ἤ τι τῶν τοιούτων παθῶν προσάπτει τῷ γεγεννηκότι. Πολλὴ δὲ μωρία τῶν τοιαῦτα λογιζομένων, ὡς ἀφ' ἑαυτῶν τὸ θεῖον εἰκάζειν, καὶ τὰ εἰς αὐτοὺς πάθη τῷ θεῷ προσάπτειν βουλομένων, τοῦ θεοῦ ἀπαθοῦς ὄντος παν-

Cap. XXXVI. — 1. προσκυνήσῃς κυνήσεις editi libri. cod. Rhedig. προσκυνήσις cod. Ien. προς-

rit, sive alio modo *columna*, propter ignis illius splendorem qui per solitudinem illuxit, sive *manna*, quoniam *coelestem illum panem* negaverant, sive *panis*, quia nos confirmat ac roborat, sive *angelus*, Ioh. 6.
quoniam *magni consilii angelus est*; est enim angeli vox homonyma. Quippe Rhaab angelos excepisse dicitur; neque tamen angeli erant qui missi fuerunt, sed nuntii, qui de regionis natura certi aliquid Iosu. 2.
retulerunt. Qua eadem ratione dei filius pro eo quod patris voluntatem nuntiavit hominibus, *magni consilii angelus* dicitur, qui magnum illud consilium mundo significavit. Iam cum *lapis* dicitur, non sensus expers lapis aliquis intelligendus est, sed per catachresin Isai. 9, 5. 1. Cor. 10, 4.
usurpatur, eo quod Iudaeis offensioni fuerit, nobis vero fundamentum salutis. *Angularis* vero *lapis* idcirco, quod vetus ac novum testamentum circumcisionem ac praeputium in unum consociarit ac Isai. 28, 16. Ephes. 2, 20.
devinxerit; *agnus* item propter innocentiam, tum quod hominum scelus per ipsum penitus extinctum fuerit, cum ovis instar iugulatus Ioann. 1, 36.
ac patri oblatus est; quandoquidem ut pro nobis pateretur, is qui nihil pati poterat advenit, ut nos salvi esse possemus. Ac si quid aliud est, quod eodem usu ad salutem hominum accommodari possit, per catachresin in sacris literis ad illum transfertur.

Cap. XXXVI.

Ecquid ergo prodesse nobis creatura posset? aut quid ad salutem hominum conferret, vel ad divini verbi incarnati gloriam divinitatemque perfectam? Quid, inquam, nobis profuerit, si creaturam illum dixerimus? Quid est quod creatum aliquid creaturis prodesse, aut utilitatis afferre possit? Ad haec quomodo deus deum creavit, et adorandum proposuit, cum ipsemet dixerit, *Non facies tibi similitudinem ullam, neque in terra, neque in coelo, neque adorabis illam?* Exod. 20, 4. Quomodo igitur sibi filium creavit, adorarique iussit? praesertim cum apostolus dicat, *Et servierunt creaturae potius quam creatori, et stulti facti sunt.* Rom. 1, 25. Stultum enim est creaturae divinitatem tribuere, ac primum legis violare mandatum, *Dominum deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Matth. 4, 10. Propterea sancta dei ecclesia creaturam non adorat, sed filium genitum, patrem in filio, filium in patre, cum spiritu sancto. Imo vero, inquiunt. Nisi enim creaturam illum esse dixero, patris maiestatem imminuo. Etenim quod creatum dicitur, creatorem non minuit. Quod autem ex natura genitum est, contractionem quandam, aut collatationem, aut diminutionem, aut sectionem, aut eiusmodi affectionem aliquam ei affert a quo genitum est. Sed eorum qui ita cogitant summa plane stultitia est, qui de divino numine coniecturam ex seipsis capiunt, affectionesque suas in deum transfundere conantur, cum tamen tam

*τελῶς, καὶ ἐν τῷ γεννᾶν, καὶ ἐν τῷ κτίζειν. Ὡς γὰρ ἡμεῖς πάσχομεν γεννῶντες, ἐπειδὴ κτιστοί ἐσμεν, οὕτω καὶ κάμνομεν κτίζοντες. Καὶ εἰ πάσχει ὁ πατὴρ γεννῶν, ἄρα καὶ κτίζων κάμνει. Πῶς δὲ περὶ θεοῦ πάθος ἔστιν εἰπεῖν, καὶ τὸ κάμνειν, εἴπερ κάμνει; Ἀλλ' οὐ κάμνει, μὴ γένοιτο. Οὐ κοπιάσει γάρ, φησὶ ἡ γραφή. Πνεῦμα οὖν ὁ θεὸς καὶ πνεῦμα ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως τὸν υἱὸν ἐγέννησεν, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ κτισθέντα.*

Κεφ. λζ'. pag. 760. *Παρελεύσομαι δὲ καὶ τοῦτο τὸ ῥητόν· ἐφ' ἕτερα δὲ πάλιν ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν, τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐν κακαῖς ὑπονοίαις λεγομένων τε καὶ ᾀδομένων, ἄνω δέ μοι* [1] *προτεταγμένων. Καὶ γὰρ πάλιν χυδαίως φασὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν παρερμηνεύοντες, τό, Δέξασθε τὸν ἀρχιερέα ὑμῶν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, τὴν πρὸς Ἑβραίους φημί, ἀπωθοῦνται, φύσει αὐτὴν ἀναιροῦντες ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου, καὶ λέγοντες μὴ εἶναι τοῦ αὐτοῦ. Τὸ δὲ ῥητὸν διὰ τὴν ἰδίαν νόσον εἰς ἑαυτούς, ὡς προεῖπον, κακῶς ἐκδέχονται, δῆθεν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου, ὅτι, Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, τὸ κτίσμα παρεισφέροντες. Ἐρωτήσειε δ' ἄν τις* [2] *αὐτοὺς σύνεσιν κεκτημένος, καὶ ἀπορήσουσι, μὴ ἔχοντες τί ἀποκριθήσονται, ὅτι, Τὸν ἀρχιερέα πότε προσελάβετο ὁ κύριος ἡμῶν ὄνομα αὐτῷ καλεῖσθαι; Οὐδαμοῦ γὰρ πρὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας ταῦτα ἔσχε τὰ ὀνόματα, τὸ λίθον καλεῖσθαι, τὸ πρόβατον εἰς σφαγὴν φέρεσθαι, τὸ ἄνθρωπον καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, τὸ* [3] *ἀετόν, καὶ ἀρνίον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσαπερ εἰς αὐτὸν* [4] *μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ἀναφέρεται, ὡς καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν καλεῖσθαι δι' ἣν ὁ νόμος ἐκήρυττε περὶ αὐτοῦ ὑπόθεσιν ὅτι, Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἐγερεῖ κύριος ὁ θεὸς ὑμῖν. Ἄρα γοῦν τὸν προφήτην καὶ Ἀρχιερέα, καὶ τὸ Ἐξ αὐτῶν, μετὰ τὴν ἐνταῦθα κατακωχὴν ἑρμηνεύει σαφῶς ὁ λόγος. Ὡς καὶ ἀραρότως ἔστιν ἰδεῖν, πῶς πάλιν ἡ ἀνίκητος τοῦ θεοῦ δύναμις καὶ προγνωσία εἰς τὸ φράξαι πᾶν στόμα ἐπεγειρόμενον κατὰ τῆς ἀληθείας, πάντα μετὰ θαυμαστῆς φωταγωγίας προεθέσπισε καὶ ἠσφαλίσατο. Φάσκει γὰρ οὕτως ἐν τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ, ὅτι, Πᾶς ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας, δυνάμενος μετριοπαθεῖν· ἀνάγκην γὰρ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν· ὁ δὲ μὴ ἔχων ἁμαρτίαν ἑαυτὸν προσήνεγκε τῷ πατρί. Καὶ τὸ μέν, Ἐκ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἐνδημίαν, τὸ δὲ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τό, Μὴ ἔχων ἀνάγκην, διὰ τὴν θεότητα. Καὶ Περὶ τῆς αὐ-*

CAP. XXXVII. — 1. προςτεταγμένων codd. mss. et ed. princ. προεταγμένων ed. *Petav.* — 2. αὐτοὺς *cod. Rhedig.* αὐτοῖς *cod.*

in generando quam in creando ab omni affectione sit immunis. Nam quod ad nos attinet, uti gignendo patimur, eo quod creati sumus, ita et creando ac moliendo fatigamur. Quare si generando pater nonnihil patitur, etiam creando fatigatur. Quinam vero deo tribui ulla eiusmodi potest affectio sive defatigatio? Absit vero ut fatigari credamus. *Non enim laborabit,* inquit scriptura. Denique cum deus sit spiritus, perinde et spiritum sine ullo initio aut tempore genuit filium, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, genitum, non creatum. Isai. 40, 28.

Ab hac scripturae sententia ad alias transeundum modo nobis est, quas perperam accipientes usurpare ac decantare solent, quas quidem initio commemoravimus. Ac primum apostoli dictum illud temere proferunt, et interpretatione sua depravant: *Suscipite pontificem vestrum, qui fidelis est ei qui fecit seipsum.* Sed primum epistolam illam, quae ad Hebraeos scripta est, repudiant, et ab apostolicis scriptis reiiciunt. Ex qua tamen illam, uti dixi, sententiam pro privato suo animi morbo male ad institutum suum transferunt, et ex his verbis, *Qui fidelis est ei qui fecit seipsum,* creaturam esse filium adstruunt. Verum interrogare illos prudentior aliquis poterit, et ita urgere, ut quid respondeant nihil habeant. Hoc enim quaeri potest, quandonam pontifices nomen illud dominus noster assumpserit. Non enim ante susceptam carnem istiusmodi nomina sortitus est, ut *lapis* vocaretur, et *ovis ad occisionem oblata,* item, *homo,* et *filius hominis, aquila, agnus,* et id genus alia, quae post incarnationem eidem attributa sunt. Qua ratione pontifex quoque dictus est, ob elogium illud quod de ipso in lege praedicatur: *Prophetam ex fratribus vestris suscitabit dominus deus vobis.* Quare prophetam, et pontificem, et Ex ipsis suscitatum, post illam in terris habitationem, scriptura manifeste declarat. Ex quo certissime illud potest intelligi, quemadmodum invicta dei virtus ac praescientia, ut os omne praecludat adversus veritatem insurgens, cum admirabili quadam luce praedixerit ac firmaverit omnia. Sic igitur illo loco in sequentibus legitur: *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, qui possit compati: necessitatem enim habet et pro suis delictis offerre: qui autem peccatum non habet, seipsum obtulit patri.* Ubi haec verba, *Ex hominibus*, ad incarnationem pertinent. Haec autem, *Non ex hominibus,* et, *Non habens necessitatem,* divinitatem

Cap. XXXVII. — Hebr. 3, 2. — Isai. 53, 7. — Deut. 18, 15. — Hebr. 5, 1.

*Ien. et editi libri.*
3. *Libri vulgo* ἀετὸς.
4. κατὰ *habet ed. Petav. Coloniae repetita.*

τοῦ θεότητός φησι, Καίπερ ὢν υἱὸς, περὶ δὲ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, Ἔμαθεν ἐξ ὧν ἔπαθε, φησί.

Κεφ. λη'. Καὶ ὁρᾷς ὅτι πάντα τοῦ Χριστοῦ λεῖα, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς στραγγαλιῶδες. Τὸ γὰρ, Ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, pag. 761. οὐδὲ τὴν αὐτὴν πλάσιν ἐνταῦθα διηγεῖται τοῦ σώματος, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως, οὐ περὶ κτίσεως ὅλως φάσκει, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐνδημίαν τοῦ ἀξιώματος τὸ χάρισμα, ὡς καὶ τὸ εἰρημένον, Ἔδωκεν αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Καὶ οὐ πρώην τοῦτο ἐπληροῦτο ἐν τῇ θεότητι, ἀλλὰ τῇ νῦν παρουσίᾳ, ἐπειδήπερ ἡ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις ἡ ἐκ Μαρίας ἔλαβεν ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα σὺν τῷ θεῷ λόγῳ καλεῖσθαι υἱὸν θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου ἐνταῦθα πάλιν εἴρηκε, Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀλλήλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, ἵνα ὁ δεσπότης ἀγγέλων καὶ ποιητὴς παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος φανείη, ὁ φρικτὸς καὶ φοβερὸς τοῖς ἀγγέλοις, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτοὺς κτίσας σὺν τῷ πατρὶ καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἠλαττωμένος [1]λέγοιτο, καὶ φανείη σαφῶς ὅτι οὐ περὶ θεότητος ἐνταῦθα φάσκει, ἀλλὰ περὶ τῆς αὐτοῦ σαρκός. Πάθημα γὰρ θανάτου οὐ πρὸ σαρκὸς εἰς τὸν λόγον ἀναλογεῖται, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν τοῦ αὐτοῦ ἀπαθοῦς [2]ὄντος καὶ παθητοῦ, ἀπαθοῦς μὲν ὄντος ἐν τῇ θεότητι, πάσχοντος δὲ ἐν τῇ ἀνθρωπήσει, ὡς καὶ τὰ ἀμφότερα ἑνὶ πληροῦται [3]τὸ, Υἱὸς ἀνθρώπου ἐν ταὐτῷ, καὶ Υἱὸς θεοῦ ἐν ταὐτῷ. Ὁμοῦ γὰρ Χριστὸς ἐν τοῖς ἀμφοτέροις ὁ υἱὸς καλεῖται.

Κεφ. λθ'. Τί οὖν ἐποίησεν αὐτόν; Οἱ φιλονεικοῦντες μάθωσιν ἀπὸ τῶν προειρημένων πάντων ὅτι οὐδὲν εἰς τὴν θεότητα ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ ἀναλογεῖται, ἀλλὰ εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν. Καὶ οὐδὲ ὡς περὶ ποιήσεως [1]ἢ κτίσματος, ἀλλ' ὡς περὶ ἀξιώματος μετὰ τὴν παρουσίαν, τὸ Ἐποίησεν αὐτόν. Ἐρωτήσας γάρ τίς τινα βασιλέα περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, ὅτι, Τί σοι πέφυκεν οὗτος, καὶ ἀκούσει παρ' αὐτοῦ ὅτι, Υἱός μού ἐστι. Γνήσιος οὖν σοι ὑπάρχει, ἢ νόθος; Ὁ δέ φησι, Γνήσιος ἐξ ἐμοῦ ὑπάρχει. Τί οὖν αὐτὸν ἐποίησας; Βασιλέα αὐτὸν ἐποίησα. Δῆλον μηδὲν παρηλλαγμένον τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀξίας. Καὶ οὐχὶ πάντως διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ἐποίησα αὐτὸν βασιλέα, παρὰ τοῦτο, Ἔκτισα αὐτὸν, λέγει ὁ βασιλεύς. Οὐ γὰρ τὴν γέννησιν ἠρνήσατο, ἣν ὡμολόγησεν γεγεννηκέναι, ἐν τῷ εἰπεῖν Ἐποίησα, ἀλλ' ἐκείνην μὲν

Cap. XXXVIII. — 1. γένοιτο cod. Rhedig.
2. ὂν codd. mss. et ed. princ.
3. τω suspicatus est Petavius.

Cap. XXXIX. — 1. καὶ cod. Rhedig.

indicant, ut et illa, *quamvis esset filius.* Haec autem, *Didicit ex his quae passus est,* ad assumptam carnem referenda sunt.

Vides ut omnia quae Christo conveniunt plana sint et perspicua, neque quicquam in his sit impeditum aut perplexum. Nam haec ipsa verba, *Pontificem qui fidelis est ei qui fecit ipsum,* nihil ad corporis formationem aut incarnationem, aut vero creationem spectant, sed dignitatem illam ac coeleste munus indicant quod illi assumpta iam carne collatum est. Quo etiam et locus iste referendus est, *Dedit ei nomen quod est super omne nomen.* Hoc enim non antea in divinitate, sed in incarnatione perfectum est, cum scilicet humana ipsius natura quam ex Maria sumpsit nomen est eiusmodi consecuta quod omnia nomina dignitate superaret, ut cum divino verbo coniuncta dei filius appellaretur. Quam ob caussam per eundem apostolum hoc loco dixit, *Hunc autem paulo minus ab angelis minoratum videmus Iesum ob passionem mortis gloria et honore coronatum:* quo scilicet angelorum dominus et conditor angelis minor factus esse videretur, ille inquam ipse angelis metuendus ac terribilis, quos de nihilo cum patre et spiritu sancto creavit, minor diceretur, certoque constaret non de eius divinitate mentionem hoc loco fieri, sed de carne duntaxat. Mortis enim passio non priusquam carnem induisset verbo dei ratione quadam accommodatur, sed post eiusdem incarnationem, qui una et passionis expers est, et obnoxius passioni. Expers quidem, quod ad divinitatem attinet, obnoxius vero, si hominis naturam consideres. Quod utrumque in uno completur, ut et filius hominis in eodem, et dei filius in eodem existat. Christus enim utrobique dei filius vocatur.

Cap. XXXVIII. — Phil. 2, 9. — Hebr. 2, 9.

Quidnam igitur est quod *ipsum fecisse* dicitur? Discant arguti ac contentiosi homines ex iis quae hactenus dicta sunt nihil hoc in loco esse quod ad divinitatem pertineat, sed ad incarnationem omnia referri; ita tamen, ut de creatione et effectione nulla sit mentio, sed de ea dignitate quam suscepta carne consecutus est eae voces accipiendae sint, *Fecit ipsum.* Sic enim sese res habet ut si quis ab rege de filio suo percontetur, Quanam iste tibi sanguinis cognatione coniunctus est? tum ille respondeat, Filius meus est: pergat deinde, et germanusne sit an spurius roget, rex autem, Germanus et a me genitus, subiiciat. Quid igitur illum fecisti? Regem, inquit, feci. Ex quo manifeste sequitur minime hunc esse dignitatis paternae dissimilem. Nec eo quod rex dicat, Regem illum feci, eundem se creasse confitetur. Non enim generationem inficiatur, cum eum se genuisse dicat hoc ipso quod fecisse se narrat, sed cum illam aperte profiteatur, faciendi nihilominus verbum ad dignitatem

Cap. XXXIX.

pag. 762. σαφῶς ἀπεφήνατο, τὸ δὲ Ἐποίησα περὶ ἀξίας ἐδήλωσεν. Οὕτω καὶ ὁ υἱὸς υἱὸς τοῦ πατρὸς ἀναμφιβόλως τοῖς ζωὴν ἐθέλουσι πιστεύεταί τε καὶ προςκυνεῖται· τὸ δὲ ἀρχιερέα γενέσθαι, διότι ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ τῷ πατρὶ ἑαυτὸν προςήνεγκεν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς ἱερεῖον, ἑαυτὸν μὲν προςήνεγκεν, ὑπὲρ πάσης [2] δὲ κτίσεως ἀρχιερατεύων, ἀναβὰς δὲ πνευματικῶς καὶ ἐνδόξως, ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, γεγονὼς ἀρχιερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ διεληλυθὼς [3] τοὺς οὐρανοὺς ἐφ' ἅπαξ, ὡς μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ ἐν ταῖς καθεξῆς λέξεσιν ὁ αὐτὸς ἅγιος ἀπόστολος. Καὶ ἐξέπεσε πάλιν τούτων ἡ προφασιστικὴ διαλογὴ τῆς θείας γραφῆς, ζωτικῆς οὔσης, καὶ μηδὲν ἐχούσης εἰς πρόσκομμα πιστοῖς, ἢ εἰς ἐλάττωμα βλασφημίας πρὸς τὸν λόγον.

Κεφ. μ΄. Εἶτα μέμνηται πάλιν ἑτέρου ῥητοῦ, ὡς Ἰωάννης ἑστὼς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ θεασάμενος αὐτὸν ἐρχόμενον, ἔλεγεν, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτὰς τὰς λέξεις ὡς καρηβαροῦντες ἀλλάσσουσι τῇ διανοίᾳ, καὶ λέγουσι, Πῶς τοῦτο πληροῦται ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, ὅτι οὐκ ἦν πρὸ Ἰωάννου ἐν γαστρὶ Μαρίας συνειλημμένος; ἀλλὰ, φησὶ, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς, Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ μηνὶ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ· καὶ εἰςελθὼν πρὸς αὐτὴν ἔφη, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀκολουθίας. Ὡς οὖν ἡ παρθένος ἐπὶ τῷ ἀσπασμῷ ἐταράσσετο, ἔφη πρὸς αὐτήν, Ἰδοὺ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· καὶ ἰδοὺ, ἡ συγγενής σου Ἐλισάβετ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. Καὶ ὁρᾷς, φησὶ, ὅτι πρὸ ἓξ μηνῶν τοῦ εὐαγγελισθῆναι Μαρίαν, ἤδη προϋπῆρχεν ὁ Ἰωάννης. Πῶς οὖν τὸ, Πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο, ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ Χριστοῦ πληρωθήσεται; Τίς δὲ τῶν ἀκεραίων μὴ καὶ ἐν διανοίᾳ [1] ἐναργῶς ἑδραιωμένων ἀκούσας τὸ ῥητὸν οὐ ταραχθήσεται; Λέγει γὰρ τὰ ἀναγκαῖα καὶ ἀκέραια καὶ
pag. 763. ζωτικὰ, [2] καὶ τὰ τῆς θείας γραφῆς, τοῖς τὰ πονηρὰ ἑαυτοῖς ἐπισπωμένοις μᾶλλον [3] βλαβερώτερα φαίνεται, τῶν ῥητῶν πάντῃ ἐν πνεύματι ἁγίῳ κατηυγασμένων. Τί γὰρ παραλέλειπται τῷ ῥητῷ πρὸς ἀσφάλειαν; Ἰδοὺ γὰρ, λέγει, ὅτι οὗτός ἐστι, τὸ ὁρατὸν σημαίνων καὶ ὑποδεικνύων τοῖς ὁρῶσιν, ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται. Καὶ τίς ἔρχεται, ἀλλ' ἢ ἀνήρ; οὐδεὶς δὲ τῶν σύνεσιν κεκτημένων ἄνδρα ψιλὸν

2. *Restitui* δὲ *ex libris manu exaratis. Vulgo extat* τῆς.

3. εἰς τοὺς *cod. Rhedig.*

Cap. XL. — 1. *Repono* ἐνεργῶς.

retulit. Similiter et filius patris quidem filius sine ulla dubitatione ab illis creditur et adoratur qui vitam obtinere cupiunt. Pontifex vero idcirco fuisse quod in suo corpore pro humano genere patri semetipsum obtulerit. Idem et sacerdos simul et hostia pro omni creatura pontificatus officio fungens seipsum obtulit, tum spiritali quodam modo et ingenti cum gloria subvectus cum eodem illo corpore ad patris dexteram consedit, *constitutus in aeternum pontifex*, ac coelestes orbes semel permensus, ut idem apostolus in sequentibus declarat. Unde tota haec illorum ad calumniam captationemque composita de scripturis disputatio corruit; quae quidem scripturae cum vitae impertiendae vim habent, tum nihil continent ad quod fideles offendant, aut quod ad ullam verbi contumeliam eiusque dignitatis imminutionem accommodari iure possit.

Alium praeterea locum Arius commemorat, in quo Ioannes, Cap. XL. cum in deserto staret et accedentem illum videret, dixisse fertur, *Hic est quem dixi vobis, quoniam venit post me vir, qui ante me* Ioann. 1, 27. *factus est, quia prior me erat.* Primum igitur voces ipsas, tanquam crapula et ebrietate correpti, quod ad sensum attinet, immutant. Et quomodo, inquiunt, de incarnatione dictum illud accipi potest, cum ante Ioannem in Mariae utero genitus non fuerit? Nam, ut evangelista narrat, *Sexto mense missus est angelus Gabriel in ci-* Luc. 1, 26. *vitatem Galileae ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph: et ingressus ad eam dixit, Ave gratia plena, dominus tecum, etc.* Cumque virgo ob eam salutationem turbata foret, subiecit, *Ecce concipies in utero filium, et vocabis nomen eius Iesum: et ecce cognata tua Elisabeth concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis.* Animadvertis ut sex ante mensibus, quam Mariae nuntiaret istud angelus, Ioannes extiterit. Quinam igitur haec verba, *Ante me factus est*, in illius incarnatione impleri potuerunt? Quis est e rudioribus ac simplicibus, quique satis firmo ac corroborato ingenio non fuerint, qui non audita illa sententia perturbetur? Etenim necessariis ac sinceris et ad vitam conciliandam idoneis scripturae verbis utitur, quae profecto iis ipsis qui mala sponte sibi ipsis arcessunt maius quoddam detrimentum consciscunt, cum alioqui omnes illae sententiae spiritus sancti luce collustrentur. Nam quid est in illo de quo agimus loco ad cautionem praetermissum? *Ecce enim*, inquit, *hic est*, ut aspectabilem illum esse significet et intuentibus commonstret. *Quem dixi vobis, quoniam post* Ioann. 1, 27. *me venit.* Quis ille venit praeterquam vir? Sed nemo intelligentia

2. καὶ *particulam, quae vulgo desideratur, revocavi ex syllaba* κα *vocabuli proximi.*

3. *Libri vulgo* βλαβλερώτερα.

νομίσειε τὸν κύριον ἡμῶν, ἀλλὰ αἱ ἄνω αἱρέσεις αἱ ἤδη σημανθεῖσαι, οἱ περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον καὶ Ἐβίωνα. Ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ἀνὴρ πάντως ὅτι ἠσφαλισμένως καὶ κύριον αὐτὸν ἴσασιν οἱ ἀληθινοὶ πιστοὶ, ὡς καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, Ὃ ἀκηκόαμεν ἀπαρχῆς, ἵνα εἴπῃ τὸν ἀπαρχῆς ὄντα, τὸν ἀόρατον θεὸν λόγον, ὃν ἠκούσαμεν ἐν θείαις γραφαῖς, ἐν προφήταις καταγγελλόμενον, ἐν οὐρανῷ ἐξυμνούμενον. Καὶ διὰ τοῦτο, Ὃ ἐν ἀρχῇ ἠκούσαμεν, καὶ ἐθεασάμεθα τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα ἄνω τὸ ἀκηκοέναι θεὸν ὁμολογήσῃ ἐξ ὑπαρχῆς, τὸ δὲ ἑωρακέναι ἄνθρωπον σημάνῃ ὃν καὶ ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης ἔφη ὅτι, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, καὶ τὸ, Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, ἵνα θεὸν ἄνωθεν σημάνῃ καὶ ἄνθρωπον ὁρατὸν ὑποδείξῃ ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα τέλειον, μὴ ἀποβαλλόμενον τὸ ἅγιον σκεῦος ὃ εἴληφε, καὶ τὴν τελείαν αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐψηλαφηκέναι τὴν πλευρὰν, τόν τε τύπον τῶν ἥλων, τὰ τρία [4] ὁμολογήσῃ ἀπαρασαλεύτως. Οὕτω μοι καὶ ἐνταῦθα νόει· τὸ ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ἵνα τὴν ἔνσαρκον σημάνῃ παρουσίαν, ὅτι, Πρῶτος μου ἦν, ἵνα τὴν θεότητα ὑποδείξῃ, ὅτι, Πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο. Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ ἦν, φησὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.

Κεφ. μα'. Εἰ δὲ ἐν κόσμῳ ἦν πρὸ τοῦ Ἰωάννην γεννηθῆναι καὶ συλληφθῆναι, πρὸ αὐτοῦ γέγονεν ἐν κόσμῳ, οὐ περὶ [1] κτίσεως, οὐ περὶ ποιήσεως σημαίνων, ἀλλὰ κατὰ τὴν χρῆσιν ἣν ὁμωνύμως εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι λέγειν, Ἐγενόμην ἐν Ἱεροσολύμοις, Ἐγενόμην ἐν Βαβυλῶνι, Ἐγενόμην ἐν [2] Αἰθιοπίᾳ, Ἐγενόμην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, οὐ κτίσιν σημαίνων ἐνταῦθα, ἀλλὰ ἐπίβασίν τε καὶ παρουσίαν. Τὸ γὰρ, Ἐγενόμην ἐν Βαβυλῶνι, ἢ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ὅτι Ἦλθον. Πρὸ ἐμοῦ οὖν ἐγένετο, ἵνα δείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ λόγου ἀεὶ ἐπίβασιν, καὶ τὸ, Πρῶτός μου ἦν, ἵνα δείξῃ τὴν θεότητα ἀεὶ οὖσαν, [3] τὸ δὲ, Ὀπίσω μου ἐρχόμενον, ἵνα δείξῃ τὴν σύλληψιν μετὰ τὸν Ἰωάννην. Καὶ διὰ τοῦτο, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμαστικὴ φωνὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀκοῆς. Πρῶτον γὰρ ἀδιάρθρωτον εἰώθασιν οἱ φωνοῦντες ἀποδιδόναι φωνὴν ἠχήεσσαν, ἀπομήκοθεν καλοῦντες τούς τι ἔχοντας παρ' [4] αὐτῶν ἀκούειν, καὶ ἐπὰν ἐκεῖνοι τῆς φωνῆς ἀκούσωσι μόνης, καὶ δώσουσι τὸν νοῦν τοῦ ἀκούειν, καὶ ἑτοιμάσωσι τὴν ἀκοὴν, τότε ὁ

(pag. 764.)

4. ὁμολογήσει *codd. mss. et ed. princ.* CAP. XLI. — 1. κτήσεως *habent libri omnes.*

aliqua praeditus nudum hominem esse dominum existimet, nisi forte superiores illae haereses, quas antea proposuimus, Cerinthi videlicet, Merinthi et Ebionis. Ceterum praeterquam quod vir est idque consulto ad securitatem ostenditur, una etiam et dominum esse non dubitant qui vere fideles sunt. Quod ipsum Ioannis quoque testimonio constat. *Quod audivimus,* inquit, *ab initio.* Ut eum de- 1. Ioann. 1, 1.
claret qui ab initio extitit, dei verbum scilicet quod videri non potest, quodque sacris in literis et prophetis nuntiatum audivimus, et in coelo sublimem ad gloriam provectum. Quare ita loquitur: *Quod initio audivimus, et oculis vidimus.* Ut cum audisse se dicit, deum ab initio fuisse fateatur, cum autem vidisse narrat, hominem significet, de quo Ioannes Baptista loquebatur, cum diceret, *Venit post me vir.* Illud vero, *Et manus nostrae contrectaverunt,* eum usum habet, ut cum ab initio deus fuerit, eundem etiam conspectabilem hominem ex Maria genitum fuisse demonstret, indeque a mortuis surrexisse perfectum, adeo ut sanctum illud vas, quod acceperat, hoc est perfectam hominis naturam, non abiecerit, sed cum illius latus clavorumque cicatrices ac vestigia contrectasset, tria illa sine ulla haesitatione confessus est. Sic igitur quod a Ioanne Baptista dicitur, *Hic est quem dixi vobis, quoniam venit post me vir,* incarnationem declarat. Haec autem, *Prior me erat;* eius divinitatem significant; *quoniam ante me* factus est. Quippe, ut in evangelio scriptum est, *in mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.*

Quod si mundo erat, antequam nasceretur aut gigneretur Ioan- Cap. XLI.
nes, ante illum in mundo extitit, quod de creatione aut effectione intelligi non debet, sed ad communem loquendi rationem accommodatum est, qua vulgo sic loquuntur homines, Fui Ierosolymis; Fui Babylone, Fui in Aethiopia, Fui Alexandriae; ubi non creatio ulla, vel productio, sed accessio et adventus exprimitur. Nam istud, Fui Babylone, vel in alio loco, idem valet atque Eo perveni. Quamobrem et illud, *Ante me factus est,* ideo dictum est, ut verbi ad terram accessionem demonstret. Item illud, *Prior me erat,* divinitatem, quae semper existit, ostendit; haec vero, *Qui post me venit,* post Ioannem esse genitum. Propterea, *Ego vox,* inquit, *claman-* Matth. 3, 3.
*tis in deserto,* hoc est vox ad praeparandas hominum aures emissa. Qui enim clamant, ut eminus eos evocent quibus significare aliquid cupiunt, sonoram quandam initio vocem, nec articulatam proferunt, cumque illi sola exaudita voce ad audiendum mentem adhibuerint,

2. Ἀντιοχεία *suspicatus est Petavius.* 4. αὐτῶν *codd. mss. uterque.* αὐτοῦ *editi.*
3. τὸν *codd. mss. et ed. princ.*

τὴν ἠχήεσσαν φωνὴν [5] ἀποδοὺς λοιπὸν διαστέλλει τὸν λόγον ὅνπερ ἠβουλήθη εἰπεῖν. Οὕτω καὶ Ἰωάννης φωνὴ ἐγένετο ἑτοιμάζουσα τὴν ἀκοὴν τῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ ἦν αὐτὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ μετ' αὐτὸν ἦλθεν ὁ λόγος, δι' ὃν ἡ ἑτοιμαστικὴ φωνὴ γέγονε. Καὶ διὰ τοῦτο λέγει, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου. Ἡ γὰρ φωνὴ ἑτοιμάζει, ὁ δὲ κύριος [6] ἐπιβαίνει [7] ταῖς ὁδοῖς ταῖς ἡτοιμασμέναις. Καὶ ἡ φωνὴ [8] βάλλει τὴν ἀκοὴν, ὅταν δὲ ἡ ἀκοὴ σχολάσῃ, τότε ὁ λόγος ἐν τῇ ἀκοῇ καταβάλλεται τῶν δεχομένων. Οὐδαμοῦ τοίνυν ἐπιλήψεται Ἄρειος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας, ἀεὶ καταυγαζούσης καρδίας πιστῶν, εἰς τὸ μὴ ἐκτραπῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῷ λόγῳ υἱῷ θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ ἀκτίστῳ καὶ ἀγεννήτῳ σωτηρίας.

Κεφ. μβ'. Προκοπτόντων δὲ πάλιν ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαινόντων, οὐδὲν παραλείψομεν τῶν ἄνω προτεταγμένων εἰς ἐπίλυσιν, ἀλλὰ αὖθις πάλιν ἐπιληψόμεθα τῆς ἀκολουθίας. Προφασίζονται γὰρ πάλιν ἑτέραν πρόφασιν τὴν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰρημένην ὅτι, [1] Φανερὸν ἔστω ὑμῖν πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ἐσταυρώσατε, καὶ κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε. Καὶ λέγουσι πάλιν ὅτι τὸ ἐνταῦθα Ἐποίησε γέγραπται, καὶ οὐχ ὁρῶσι τὸ ῥητόν· [2] αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τὸ ῥητὸν μηνύει. Τοῦτον γὰρ τὸν Ἰησοῦν, ἵνα σημάνῃ τὴν ἐνανθρώπησιν κυρίου. Ἀπὸ τοῦ γὰρ, Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, φανερόν τί ἐστιν ὅτι ἣν ἐσταύρωσαν σάρκα. Σάρκα γὰρ ἐσταύρωσαν, καὶ διὰ τοῦτο ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν [3] λελάληκα,
pag. 765. ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου. Ἀλλ' οὐ τῆς ἐνανθρωπήσεως διορίζων τὴν θεότητα. Οὔτε γὰρ ἐκτὸς τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑπῆρχεν ἡ θεότης, ὁπηνίκα ἔμελλε πάσχειν, οὔτε ἐν τῷ πάσχειν ἐγκατελείφθη ὑπὸ τοῦ λόγου ἡ ἔνσαρκος παρουσία. Ἀλλ' οὔτε ὁ ἀπαθὴς λόγος πέπονθε τὸ πρότερον ἐν σαρκὶ ὢν τῇ πασχούσῃ. Ἀληθὲς γάρ ἐστιν ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ ἓν ὄνομα, ἔν τε τῇ θεότητι καὶ ἐν τῇ ἀνθρωπήσει. Χριστὸς γὰρ ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ Χριστὸς κύριος ἐν αὐτῇ τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ. Ἀλλὰ τὸ μὲν παθεῖν ἐν σαρκὶ, καθὼς εἶπε Πέτρος ὅτι, Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἵνα δείξῃ τὴν ἀπάθειαν τῆς θεότητος. Καὶ πάλιν, Ἀποθανὼν ἐν σαρκὶ, ζωογονηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. [4] Τοῦτον οὖν τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, ἵνα μὴ παραλειφθῇ ἡ ἁγία ἔνσαρκος οἰκονομία ἀπὸ τοῦ ἀπαθοῦς καὶ

5. ἀποδιδοὺς *cod. Rhedig.*
6. ἐκβαίνει *ed. Pelav.*
7. ταῖς ὁδοῖς *om. in ed. Pelav. Colon. repetita.*
8. βάλλει τὴν ἀκοὴν *mea est emendatio. Galakerus Opp. Crit. p.* 812. *suspicabatur* καλεῖ, *Petavius* λαλεῖ εἰς τὴν ἀκοήν. *In libris est* λαλεῖ τὴν ἀκοήν.

Cap. XLII. — 1. φανερὸς *cod. Rhedig.*

atque aurem admoverint, tum vociferator ille quod dicere constituerat distinctius eloquitur. Ita ergo Ioannes vox quaedam fuit praeparandis hominum auribus. Non enim sermo ipse fuit, sed post illum sermo tandem advenit, cuius gratia praeparatrix illa vox antecesserat. Unde etiam ita loquitur: *Vox clamantis in deserto: parate vias domini.* Quippe vox praeparat, dominus autem praeparatas iam vias ingreditur. Itemque vox aures ad audientiam componit; quae ubi vacuas se praebuerint, tum sermo audientium auribus immittitur. Nihil est igitur quod Arius eiusque fautores arripiant ex hoc loco, cum divina veritas fidelium animos perpetuo collustret, ne ab ea salute deflectant quae per verbum dei filium revera increatum ac genitum obtinetur.

Cap. XLII. Iam vero progredientes porro, et ad ea quae sequuntur deinceps transeuntes, nihil eorum praetermittemus quae ad dissolvendum initio proposuimus, sed consequentia ordine pertexemus. Ex alio itaque loco opinionis suae comprobandae argumentum eliciunt, ex eo, inquam, quod Petrus in Actis apostolorum dixisse legitur, *Manifestum sit vobis omnis domus Israel, quoniam hunc Iesum, quem* Act. 2, 36.
*crucifixistis, et dominum, et Christum ipsum deus fecit.* Quibus in verbis observandum illud monent quod *fecisse* scribatur; nec ad ipsam sententiam attendunt, quae seipsam declarat. *Hunc,* inquit, *Iesum,* ut assumptam a domino naturam hominis demonstret. Nam ex his verbis, *Hunc Iesum quem crucifixistis*, perspicuum est de carne illa esse sermonem quam isti crucifixerant. Propterea dominus in evangelio, *Nunc autem,* ait, *quaeritis me interficere, ho-* Ioann. 7, 19.
*minem, qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a patre meo.* Neque tamen ab humana illa natura divinitatem abstraxit. Siquidem haec ab illa imminente passione separata non fuit, nec in ipsa demum passione eadem est a verbo illa derelicta. Sed neque verbum passionis omnis expers antea passum est, quamvis in carne patiente resideret. Etenim una et eadem appellatio tam dei quam hominis naturae vere, et proprie convenit, ac tam suscepta hominis a verbo natura quam dominus in assumpta carne subsistens Christus dicitur. Verum passus in carne ad eum modum dicitur quo Petrus locutus est, *Christo passo pro nobis in carne,* quo immunem ab 1 Petr. 3, 21.
omni patiendi conditione divinitatem significet. Item, *Mortuus in* Ibid. 18.
*carne, vivificatus autem spiritu.* Ergo, *Hunc Iesum, quem crucifi-* Act. 2, 36.
*xistis,* ideo dixit, ne a passionis et creationis experte verbo relicta

2. αὐτὸ *cod. Rhedig.* αὐ^τὸ *cod. Ien.* αὐτὸς *editi.*

3. λελάληκα *codd. mss.* ἐλάληκα *ed. princ.* ἐλάλησα *ed. Petav.*

4. τοῦτον *codd. mss. uterque, et ed. princ.* τοῦτο *ed. Petav., qui emendat in marg.* τοῦτον.

ἀκτίστου λόγου, ἀλλὰ συνενωθῇ ἄνω τῷ ἀκτίστῳ λόγῳ. Διὰ τοῦτο καὶ κύριον καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε τὸ ἐκ Μαρίας συλληφθὲν, τὸ ἐν θεότητι συνενωθέν· οὐ γὰρ ἡ Μαρία θεὸς κατὰ φύσιν. Διὰ τοῦτο ἑξῆς τὸ Ἐποίησεν ἐπιφέρει. Ὡς καὶ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ φησι, ἐρωτησάσης αὐτῆς ὅτι, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; φησὶ, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Ὅταν δὲ εἴπῃ, Καὶ τὸ γεννώμενον, ἔδειξεν ἀκαταζητήτως περὶ θεοῦ λόγου ὅτι υἱός ἐστιν ἀναμφιβόλως, οὐ κτισθεὶς, οὐ ποιηθεὶς, [5]περὶ δὲ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μετὰ προςθήκης, Καὶ τὸ γεννώμενον τὸν Χριστὸν καὶ κύριον ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ ταῖς ἄλλαις ῥήσεσι πάντα σαφῶς ἐπληρώθη, καὶ οὐδὲν καμάτου περιέχουσιν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ πεπλήρωται, καὶ οὐδεμία ἔστι παρεκτροπὴ τοῖς τῆς ἰδίας ζωῆς ἐπιμελουμένοις. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος ἀπὸ ζῶντος πατρὸς, υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ οὐ κτιστός. Πάντα δὲ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ πεπλήρωται, ἵνα μήτε φάντασμα [6] νομισθείη, μήτε ὁμοούσιος ἡ σὰρξ τῇ ἄνω θεότητι, ἀλλὰ συνηνωμένη ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ εἰς μίαν ἀπάθειαν, μάλιστα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. Οὐκέτι γὰρ ἀποθνήσκει, φησὶ, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Ἔστι γὰρ εἷς
pag. 766. κύριος, εἷς Χριστὸς, εἷς βασιλεὺς, ἐν δεξιᾷ πατρὸς καθήμενος, τὸ σωματικὸν, καὶ πνευματικὸν, μία ἕνωσις, μία θεότης πνευματικὴ, τὰ ἀμφότερα φωτεινὰ, καὶ ἔνδοξα. Ἔτι δὲ ὑπερβήσομαι τὸ ῥητὸν ἱκανῶς ἑρμηνευόμενον νομίζων, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτερα [7] πρὸς αὐτῶν εἰς ἀνατροπὴν τῶν ἀκουόντων ἐπινενοημένα τοῦ λέγειν ἐπιλάβοιμι.

Κεφ. μγ'. Φασὶ γὰρ πάλιν, Εἰ ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, πῶς οὐκ οἶδε τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ ἰδίῳ λόγῳ ὁμολογεῖ τοῖς μαθηταῖς μὴ εἰδέναι ἃ ὁ πατὴρ ἐπίσταται, φήσας ὅτι, Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ, οὔτε ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος; Εἰ τοίνυν, φασὶν, ὁ πατὴρ οἶδε, καὶ αὐτὸς οὐκ οἶδε, πῶς δύναται ἡ αὐτὴ θεότης πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑπάρχειν, ὁπότε ἃ οἶδεν ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς ἀγνοεῖ; Ὅσα δὲ μυστικῶς καὶ ἐν τῇ ἐνθέῳ αὐτοῦ σοφίᾳ πρὸς ἀσφάλειαν γνώσεως ἀληθεστάτης ὁ μονογενὴς διδάσκων ὑφηγεῖτο, οὗτοι ἀγνοοῦντες τὰ ἀνθρωποπαθῆ πάντα εἰς ἑαυτῶν βλάβην, ὥςπερ δεινὰ ἑρπετὰ, καὶ εἰς ἑαυτῶν λύμην τὰ ὑπὸ τοῦ πανούργου θηρευτοῦ δεδελεασμένα ἀφαρπάζουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ ψεῦδος οὐδαμοῦ σταθήσεται, ἡ δὲ ἀλήθεια πάντη τοὺς ἰδίους αὐτῆς

5. „Intricatus hic locus" *annotavit Petavius. Rescripserim levissima mutatione* περὶ δὲ τῆς ἀπὸ Μαρίας ἐνσάρκου οἴκου.

6. πληρωθείη *cod. Rhedig.*

7. πρὸς αὐτῶν *ego. Vulgo* τῆς αὐτῷ.

humana natura videatur, sed cum eodem coniuncta. Ob id dominum Christumque fecit deus id quod ex Maria genitum erat, et cum divinitate copulatum. Non enim Maria deus extitit; unde verbum illud, *Fecit,* mox addidit. Sed et angelus Gabriel interroganti Mariae, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* respondit, Luc. 1, 31.
*Spiritus domini superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te: ideoque quod gignetur sanctum, vocabitur dei filius.* Iam cum dicit, *Quod gignetur,* extra omnem controversiam de dei verbo significavit haud dubie filium esse, qui nec creatione nec effectione productus fuerit. De suscepta autem e Maria hominis natura cum additamento illo, *Quo a gignetur,* illud accipi debet, *Christum et dominum fecit,* perinde atque in aliis locis manifeste impleta omnia sunt, nec difficultatis quicquam continent. Ita, inquam, quod hoc loco dicitur, in incarnatione perfectum est. Quare nihil est quod hi, qui vitae suae curam gerunt, abripi se in errorem ullo modo patiantur. Denique vivum verbum a vivo patre processit, filius patris, non ab eo creatus. Porro omnia in incarnatione perfecta sunt, ne aut inanis quaedam species aut divinitati consubstantialis caro crederetur, sed in unam passionis expertem naturae conditionem consociata natura hominis intelligeretur, id quod praecipue post resurrectionem contigit. *Non enim amplius moritur,* inquit, *mors illi* Rom. 6, 9.
*ultra non dominabitur.* Est enim unus dominus, unus Christus, unus rex, ad dexteram patris considens, unum quiddam, spiritale pariter et corporeum, singularis unitas, una spiritalis divinitas, splendoris ambo gloriaeque plenissima. Verum de hoc loco hactenus; abunde enim a nobis explicatum arbitror. Nunc ad alia veniendum, quae ad audientium perniciem ab illis excogitata sunt.

Hoc enim obiiciunt: Si ex essentia patris est, quomodo horam Cap. XLIII.
ac diem ignorat, seque quod pater novit nescire discipulis suis fatetur? *De die illa,* inquit, *et hora nemo novit, neque angeli in coelo,* Matth. 22, 42.
*neque filius, nisi solus pater.* Si igitur pater novit quod ignorat et Marc.
ipse, qui potest patris ac filii eadem esse divinitas, cum filius quae 13, 32.
patri cognita sunt nesciat? Verum quae mystice ac pro divina sua sapientia ad certissimae scientiae firmitatem ac munimentum dei filius docendo proposuit, quaeque ad humanam conditionem accommodata sunt, ignari isti suam ad pestem ac perniciem trahunt, tanquam serpentes quidam exitiabiles, atque ab callido captatore esca quadam et illecebra pellecti, nec illud sentiunt, hanc esse mendacii naturam, ut consistere nuspiam possit, contra veritatem non eos

ὑπ' αὐτῶν, *vel* τοῖς αὐτοῖς, *suspicabatur Petavius. Et Cornarius vertit* et de aliis ab ipsis ad subvertendos audientes excogitatis dicere aggrediar.

*υἱοὺς διορθοῦται, καὶ ἐξελέγχει τὸ ψεῦδος. [1] Εἴπω γὰρ ὑμῖν, οἱ τὴν κακὴν ὑπόνοιαν περὶ τοῦ Χριστοῦ κεκτημένοι ἀπ' ἀρχῆς, τί μεῖζόν ἐστι κατὰ φύσιν καὶ πρὸς τὴν εἴδησιν, ὁ θεὸς ὁ πάντων δεσπότης καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ ἡ ἡμέρα ὑπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἀγομένη τε καὶ γινομένη, καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, πάντως δὲ ἐρωτώμενοι ἀναγκασθήσονται ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας τὸν πατέρα μείζονα λέγειν, ὡς καὶ ἔστιν. Εἰ τοίνυν φάσκει ὁ υἱὸς λέγων, Οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, ὁ τὸ μεῖζον γινώσκων, τουτέστι τὸν πατέρα, πῶς τὸ ἧσσον ἀγνοεῖ; Ἀλλὰ ἔστι θεῖα τὰ ῥήματα πνεύματι ἁγίῳ λεγόμενα, ἄγνωστα δὲ τοῖς μὴ εἰληφόσι πνεύματος ἁγίου δωρεὰν καὶ χάριν. Τοιοῦτοι γὰρ ὄντες οἱ προειρημένοι ἄστατον ἔχουσι καὶ τὸ φρόνημα, ἠλίθιόν τε τὴν διάνοιαν, εἰς ἐπιβλαβεῖς καὶ εἰς ἥσσονας παρεκτροπὰς ὀλισθαίνουσαν.*

Κεφ. μδ'. *[1] Προϋπαντήσεται γὰρ αὐτοῖς τὸ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰρημένον*
pag. 767. *ὅτι, Γίνεσθε ἕτοιμοι, αἱ [2] ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ αἱ λαμπάδες ὑμῶν ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, καὶ ἔσεσθε ὡς καλοὶ δοῦλοι, προσδοκοῦντες τὸν ἴδιον δεσπότην· ὡς γὰρ λῃστὴς ἐν νυκτὶ, οὕτως παραγίνεται ἡ ἡμέρα. Καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολός φησι, Οὐκ ἐστε σκότους τέκνα, ἀλλὰ ἡμέρας, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς μὴ ὡς κλέπτης καταλάβῃ. Εἰ τοίνυν οἱ υἱοὶ τῆς ἡμέρας οὐχ ὑπὸ σκότους καλύπτονται, ἀλλὰ ἕτοιμοι γίνονται ὅτι ᾗ οὐκ οἴδασιν ἡμέρᾳ καὶ ᾗ οὐ προσδοκῶσιν ὥρᾳ ὁ δεσπότης αὐτῶν παραγίνεται, ἄρα οὐ διαλλάξει παρὰ τοὺς αὐτοῦ δούλους καὶ υἱοὺς τῆς ἡμέρας, διὰ τὴν αὐτοῦ φωτεινὴν ὑπόστασίν τε καὶ θεότητα, αὐτὸς αἴτιος αὐτοῖς τούτων τυγχάνων, ἢ ὅτι ὡς οἱ ἀγνοοῦντες τὴν ἡμέραν καὶ μὴ ἑτοιμασθέντες καταληφθήσεται ἀγνοῶν καὶ [3] ὑπ' ἐλαττώσει τυγχάνων. Τίς δὲ μεμηνὼς ταῦτα περὶ κυρίου λογίσοιτο, ὅτι αὐτὸς ἔσται ὡς οἱ ὑπ' αὐτοῦ δεσποζόμενοι ἄνθρωποι, καὶ μεμαθητευμένοι, ἢ ὡς οἱ χείρους διὰ τὴν αὐτῶν ἀνετοιμασίαν καὶ ἄγνοιαν; καὶ τὸ ὅλον ἐστὶν ἠλίθιον. Εἰ τοίνυν ταῦτα οὐ δύναται πληροῦσθαι, ὁ δὲ λόγος παρεκτεινόμενος ἀντίθετος τῇ χρήσει εὑρεθήσεται, ἄρα ζητητέον ἐστὶ τίνα τὸν λόγον εὕρωμεν, ἵνα ἀναντιθέτως τῶν ἀμφοτέρων σωζομένων μὴ ἐκτραπῶμεν τῆς ἀληθείας. Ἀδύνατον γὰρ τὸν κύριον ψεύδεσθαι, καὶ ἀδύνατον αὐτὸν μάτην τὰς ἐξηγήσεις εἰς ἡμετέραν ζωὴν ποιεῖσθαι. Γινώσκει τοίνυν ὁ πατὴρ, γινώσκει ὁ υἱὸς, γινώσκει τὸ ἅγιον πνεῦμα. Οὐδὲν γὰρ ἐν πατρὶ διηλλαγμένον*

Cap. XLIII. — 1. Εἴπωσιν γὰρ ἡμῖν *coniecit Petavius. Recte interpretatus est Cornarius* Dicam enim vobis, qui malam opinionem de Christo ab initio habetis, Utrum maius est – – – – et illa hora? Omnino autem interrogati cogentur *cett.*

solum quos tanquam filios habet moderari ac regere, sed et mendacium omne convincere. Hoc enim petere a vobis libet, o miseri qui de Christo domino tam male ab ipso principio sentitis: ecquid ad naturae dignitatem aut cognitionem maius esse videatur, deusne dominus omnium ac pater domini nostri Iesu Christi, an dies illa, vel hora, quae a patre, filio et spiritu sancto producitur atque efficitur? Necesse est omnino vel ipsa veritate cogente respondeant, multo, ut revera est, maiorem esse patrem. Itaque cum hoc filius asserat: *Nemo novit patrem, nisi filius, et nemo novit filium nisi* Matth. 11, 27.
*pater*, qui quod maius est, patrem videlicet, novit, quod minus est ignorare qui potest? Sed eiusmodi sunt divini illi sermones, ut cum ex sancti spiritus afflatu prolati sint, minime ab illis percipiantur qui spiritus sancti donum gratiamque non acceperint. Cuiusmodi cum haeretici illi sint, instabili et inconstanti ingenio ac stolida mente praediti sunt, quae in perniciosissimorum atque infimorum errorum diverticula labatur.

Nam occurrere illorum conatibus potest quod a domino pronuntiatur, *Estote parati, sint lumbi vestri praecincti, et lucernae vestrae in manibus vestris: et eritis tanquam boni servi expectantes dominum suum: ut enim fur de nocte, sic advenit dies illa.* Cui et sanctus apostolus adstipulatur. *Non estis*, inquit, *tenebrarum filii, sed diei, ne dies tanquam fur vos apprehendat.* Quare cum diei filii tenebris non obducantur, sed parati sint, quoniam qua die nesciunt, et qua hora non expectant, dominus ipsorum advenit, nihil opinor a servis suis ac diei filiis is qui istorum omnium caussa illis est splendidissima sua persona ac divinitate discrepabit. Ac scilicet, perinde ut diei illius ignari imparatique, nescius et imprudens occupabitur, hac ipsa re mancus ac defectus. Quis adeo furiosus est ac vecors ut eiusmodi quaedam de Christo cogitet, nimirum eiusdem illum conditionis esse cuius homines sunt eius dominatui ac disciplinae subiecti, aut ut deteriores illi qui imparati ignarique sunt? Est illud sane quam stolidum ac ridiculum. Quamobrem cum haec ita se habere nequeant, et oratio ipsa cum usu comparata repugnare videatur, excogitanda nobis aliqua ratio est, ut utrisque sine ulla contradictione salvis a veritate non excidamus. Mentiri quippe dominus non potest, aut ad vitam nostram instituendam frustra aliquid praecipere. Quocirca cognoscit pater diem illum, cognoscit et filius, cognoscit et spiritus sanctus. Nec est quicquam in patre a filio di-

Cap. XLIV. Matth. 24, 44. Luc. 12, 35. 1. Thess. 5, 2.

Cap. XLIV. — 1. προεπαντήσεται cod. Rhedig.
2. ὀσφῦες cod. Ien. et ed. princ. ὀσφυῖες cod. Rhedig.
3. ὑπελάττωσι codd. mss. et ed. princ. et sub minoribus existens *vertit Cornarius.*

παρὰ τὸν υἱόν, οὐδὲ ἐν υἱῷ παρηλλαγμένον παρὰ τὸ πνεῦμα, ὡς ἐν ἑκάστῃ τῶν προειρημένων αἱρέσεων ἐν χρείᳳ καταστάντες ἀπεδείξαμεν, ἐξ ἀληθινῶν συστάσεων τὴν τριάδα εἶναι μίαν θεότητα, καὶ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ παρηλλαγμένον, ἀλλὰ τὸ πᾶν τελειότης, τρία τέλεια, μία δοξολογία, καὶ μία κυριότης.

Κεφ. με΄. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, Τίνι τοίνυν [1] τῷ λόγῳ εἴρηκε [2] τοῦτο; Καὶ ἤδη μὲν ἄλλῃ μοι περὶ τοῦ λόγου τούτου πέφρασται. Οὐδὲν δὲ κωλύσει τοῖς αὐτοῖς προσθεῖναι, καὶ τὰ αὐτὰ ἀληθινὰ ῥήματα λέγειν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, τοῖς δὲ ἐντυγχάνουσιν ἀσφαλὲς ἔσται, τοῖς δὲ [3] ἐναντίοις εἰς ἔλεγχον. Ἡ γὰρ ὑπόθεσις τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τρία γὰρ τάγματα ἐν ταὐτῷ ὑπεισήνεγκεν [4] ἐν μέσῳ, πατέρα, καὶ ἑαυτὸν, καὶ πάντας
pag. 768. ἀγγέλους ἐν οὐρανῷ. Καὶ τῷ μὲν πατρὶ ἀπέδωκε τὸ εἰδέναι, οὐ μόνον εἴδησιν ὑποδεικνύων καὶ γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀεὶ παρὰ πατρὶ καὶ παρὰ υἱῷ ἀναμφιβόλως [5] κεκρατυμμένα τε καὶ γεγεννημένα καὶ εἰργασμένα, καὶ ὁ μὲν πατὴρ οἶδε τὴν ἡμέραν, εἶδεν αὐτὴν καὶ εἰργάσατο, καὶ πέπραχε, καὶ ἔκρινεν, ὡς ἔφη ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ ὅτι, Ὁ πατὴρ οὐδένα κρινεῖ, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ. Ἐν γὰρ τῷ δεδωκέναι κέκρικεν. Κρίνας τοίνυν ἔγνω, γνοὺς οἶδε πότε ἔρχεται. Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ἤδη κέκριται, οὐ τῆς κρίσεως παρελθούσης, ἀλλὰ τῶν τότε μελλόντων ἔσεσθαι ἤδη ἀποδεικνυμένων, ὡς καὶ ἐπὶ [6] τούτῳ τὸ τοιοῦτον πληροῦται. [7] Οἶδε γὰρ ἡ γραφὴ εἴδησιν καὶ εἴδησιν. Ὡς καὶ πολλάκις εἰς τὸ συνεκτικὸν κατερχόμενοι ἀπὸ ὁμοιωμάτων καὶ παραδειγμάτων τῶν ἤδη πεπραγματευμένων τὴν σαφήνειαν καὶ τὴν φράσιν ἑκάστης ὑποθέσεως παριστῶντες οὐ διελείψαμεν, [8] λάβωμεν τοίνυν ἐξυπαρχῆς αὖθις καὶ περὶ τούτων εἴπωμεν.

Κεφ. μϛ΄. Τί φατε, ὦ οὗτοι; ᾔδει Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς παρακοῆς καὶ παραβάσεως, ἢ οὐκ ᾔδει; καὶ οὐ δύνασθε ἀντειπεῖν τῇ ἀληθείᾳ· ἐὰν γὰρ μὴ θελήσητε ὀρθοποδῆσαι πρὸς τὸν τοιοῦτον νοῦν, ἐλεγχθήσεσθε. Ἦσαν γὰρ, φησὶ, γυμνοὶ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο· γυμνῶν δὲ αὐτῶν ὄντων, καὶ οὐ τυφλωττόντων. Οὔτε γὰρ τοῦτο ἀρνήσασθαι δύνασθε, μὴ βλέποντας αὐτοὺς ὁμολογῆσαι. [1] Εἶδε

Cap. XLV. — 1. αὐτῷ *cod. Rhedig.* 2. τούτω *cod. Ien.* τοῦτο *cod. Rhedig.* 3. ἐναντίας *codd. mss. uterque. Hinc reponendum fortasse* τοῖς δὲ δι' ἐναντίας, *qua locutione Epiphanius est usus, ut solum afferam haer.* 66, 10. *et* 24. 4. ἐν τῷ μέσῳ *cod. Rhedig.* 5. κεκρατυμμένα *codd. mss. uterque.* κεκρατημμένα *ed. princ.* κεκρατημένα *ed. Petav.*

versum, aut in filio a spiritu sancto discrepans, quemadmodum in unaquaque superiorum haereseon refutanda, ubi id necesse fuit, certissimis rationibus ostendimus, sacrosanctam videlicet trinitatem una divinitate constare, neque quicquam diversum in sese variumque continere, sed ipsam omnino perfectionem esse, in qua tria perfecta sint, quibus unius et singularis gloriae praedicatio ac singularis dominatio tribuatur.

Dices, Cur igitur hoc ille dixit? Iam quidem alias nobis illa disputata quaestio est, sed nihil modo prohibet quominus eadem illa repetamus hoc loco. Atque eosdem illos verissimos sermones usurpare, *neque me pigebit*, et lectoribus ad cautionem utile atque ad refellendos adversarios cumprimis oportunum videtur. Sic igitur sese res habet, triplicem in illo loco Christus ordinem proposuit, patrem, seipsum, ac coelestes omnes angelos. Ex quibus patri quidem illius diei notitiam detulit. Neque hanc solum indicavit, sed et alia omnia quae in patris ac filii potestate sine ulla controversia perpetuo fuerunt, quaeque ab illis producta ac perfecta sunt. Novit itaque pater diem illam, novit, inquam, et produxit, ac iudicavit, prout in Ioannis evangelio dominus narrat. *Pater*, inquit, *neminem iudicabit, sed omne iudicium dedit filio.* Hoc enim ipso quod iudicium dedit iudicasse putandus est. Ergo cum iudicaverit, novit quando sit illa dies ventura. Nam *qui non credit in filium, iam iudicatus est.* Non quod iudicium iam praeterierit, sed quod quae tunc futura sunt modo declarentur; cuiusmodi quiddam in praesenti negotio cernitur. Quippe scriptura non unum scientiae genus complectitur. Ceterum quod hactenus saepe ac constanter fecimus, ut ad rei, qua de agitur, illustrationem et explicationem similitudines quasdam et exempla proponeremus ex praeteritis rebus ac gestis, a quibus ad argumentum ipsum et caput disputationis perveniremus, idem in praesentia faciendum iudico. Quare altius repetito principio ad eum modum cum illis agamus.

[Cap. XLV. — Philipp. 3, 1. — Ioann. 5, 22. — Ioann. 3, 18.]

Quid tandem dicitis? Num Adamus uxorem Evam vel ante peccatum ac violatam legem noverat, necne? Non potestis veritati repugnare. Nisi enim in huius rei intelligentia recta progredi velitis, facillime convincemini. *Erant*, inquit scriptura, *nudi, nec pudore afficiebantur.* Atqui tum nudi erant, neque tamen caeci. Quod quidem inficiari non potestis, aut non videndi facultate prae-

[Cap. XLVI. — Gen. 2, 25.]

6. τύπῳ *est vitium ed. Petav. Colon. repet.*
7. „Deest nonnihil" *annotavit Petav. in marg. Nihil desidero.*
8. *Vocabulo* λάβωμεν *in edit. Petav. incipit cap. XLVI. Vulgo enim destinguunt* εἴδησιν, ὡς καὶ πολλάκις – – – οὐ διελείψαμεν. Λάβωμεν τοίνυν *cett.*

Cap. XLVI. — 1. οἶδε *codd. mss. et ed. princ.*

γάρ, [2]φησὶ, Εὔα τὸ ξύλον ὅτι καλὸν εἰς βρῶσιν, καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι. Ἄρα γοῦν ᾔδει καὶ ᾔδεισαν. Εἰδότες δὲ καὶ ὁρῶντες ἀλλήλους [3]ἐπεγίνωσκον. [4]Ἦν μετὰ πολὺν χρόνον, φησὶ ἡ γραφὴ, Καὶ ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Ἀλλὰ τὴν μὲν πρώτην εἴδησιν καὶ βλέψιν περὶ εἰδήσεως δι' ὁράσεως συνισταμένης λέγει, καὶ διὰ ἐννοίας· περὶ δὲ τῆς δευτέρας γνώσεως περὶ εἰδήσεως καὶ χρήσεως ἀπαγγέλλει· ὡς καί που Δαβὶδ γηράσας, ὡς λέγει ἡ θεία γραφὴ, Καὶ ἐγήρασε Δαβὶδ, καὶ οὐκ ἐθερμαίνετο, καὶ εἶπον [5]αὐτοῦ οἱ παῖδες [6]αὐτῷ, Ζητηθήτω τῷ βασιλεῖ παρθένος, καὶ εὑρέθη Ἀβισὰκ ἡ [7]Σωμανῖτις. Καί φησι· Ἔθαλπεν αὐτὸν, καὶ συνεκοιμᾶτο αὐτῷ, καὶ οὐκ ἔγνω αὐτὴν Δαβίδ. Τὴν σύσσωμον καὶ σύμπλευρον πῶς οὐκ ᾔδει;
pag. 769. ἀλλ' ἐνταῦθα εἴδησιν οὐ τὴν δι' [8]ἐννοίας διηγεῖται, ἀλλὰ τὴν διὰ χρήσεως. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰακώβ· [9]ὅτι μὲν γὰρ ἑπτὰ ἔτη ἐτύγχανε ποιμαίνων μετὰ Ῥαχὴλ καὶ Λίας, καὶ ᾔδει αὐτάς· ὅτε δὲ περὶ τῆς συναφείας τῆς τοῦ σεμνοῦ αὐτῶν γάμου διηγεῖται, φησὶ, Ἔγνω Λίαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Ὅτι ἡ μὲν πρώτη εἴδησις δι' ἐννοίας ἦν καὶ δι' ὁράσεως, ἡ δὲ δευτέρα γνῶσις καὶ εἴδησις περὶ χρήσεως καὶ ἐνεργείας. Οὕτω καὶ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· οὐχ ὡς [10]ἀγνοοῦντος τοὺς μὴ ὄντας, ἀλλὰ τὸ ἐναργὲς τῆς τοῦ κυρίου ἀντιλήψεως σημαίνει. Καὶ, Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας, οὔπω ἔγνων ὑμᾶς. [11]Ἆρα οὐκ ᾔδει αὐτοὺς κατὰ εἴδησιν; ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἦσαν ἄξιοι αὐτοῦ, τὸ πρακτικὸν ἀπ' αὐτῶν ἀναιρεῖ. Καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ, Ὑμᾶς ἔγνων ἐκ πάντων ἐθνῶν. [12]Ἆρα γὰρ τὰ ἔθνη πάντα καὶ ὁ ἀριθμὸς πάσης ἀνθρωπότητος ἀπὸ τῆς αὐτοῦ γνώσεως παραλέλειπται, καὶ οὐχὶ μᾶλλον αἱ τρίχες ἑκάστης κεφαλῆς ἀνθρώπου, τῶν τε αὐτῷ δουλευόντων καὶ τῶν αὐτῷ ἀπειθούντων, οὐ γινώσκονται; Καὶ ὁδοὺς γὰρ τὰς ἐκ δεξιῶν οἶδεν ὁ θεός. [13]Ἆρα γὰρ ἀγνοεῖ τὰς ἐξ ἀριστερῶν; καὶ πόσα ἔστι τοιαῦτα εἰπεῖν [14]περὶ εἰδήσεως καὶ εἰδήσεως;

Κεφ. μζ'. Οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ πατὴρ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ, τὴν τῆς γνώσεως καὶ [1]κρίσεως γνῶσιν ἀπέδω-

2. φησὶν ἡ εἴα *cod. Rhedig.*

3. *In cod. Rhedig. legitur* ἐπιγίνωσκον, *cuius vocabuli in fine abrasae aliquot literae, et accentus quidem super* ω *positi vestigia adhuc comparent.*

4. *In ed. princ. ante* ἦν (*habet* οὖν) *est spatium trium fere literarum vacuum relictum. Petavius suspicabatur esse* τοίνυν *reponendum. Gatakero Adverss. Misc. pag.* 812. *placuit* Πῶς οὖν —. *At libri mss. habent, ut edidit Petavius,* ἦν. *Cornarius vertit* Quum autem nossent et viderent se mutuo, cognoverunt; velut post multum tempus ait scriptura *cett.*

5. αὐτοῦ *codd. mss. et ed. princ.* αὐτῷ *ed. Petav.*

6. αὐτῷ *cod. Rhedig.* αὐτοῦ *cod. Ien. et editi.*

7. σωμανίτις *codd. mss. et ed. princ.* Συναμῖτις *ed. Petav.*

ditos asserere. *Vidit enim*, inquit, *Eva lignum, quoniam bonum est ad comedendum, et pulchrum visu.* Proindeque et Adamus illam noverat, et utrique se mutuo cognoscebant, ac videbant et tamen longo postea tempore, ut scriptura narrat, *cognovit Adam Evam* Gen. 4, 1. *coniugem suam.* Sed nimirum prior illa cognitio ac visio de ea notitia, quae videndi sensu et intelligentia constat, accipitur. At secunda praeter notitiam usum quoque complectitur. Quemadmodum Davidi aetate iam affecta contigit, ut scriptum est, *Et senuit David,* 3. Reg. 1, 1. *et non calefiebat: et dixerunt ei servi sui, Quaeratur regi virgo: et inventa est Abisac Sunamitis:* et ait, *Calefaciebat ipsum, et dormiebat cum illo, et non cognovit eam David.* Quaero quae ad eius corpus ac latus accubabat, num eam ignorare David potuit? Verum hoc in loco non de ea cognitione loquitur quae sola animi comprehensione constat, sed quae ad usum refertur. Nam et idem de Iacob usurpatur, qui septem annos cum Rachele et Lia pecora paverat, easque probe cognoverat. Nihilominus cum de honestis illorum nuptiis scriptura loquitur, *Cognovit,* inquit, *Liam uxorem suam.* Quod videlicet prima cognitio ad intelligentiam et videndi sensum, posterior ad usum actionemque referatur. Eodem modo et in sacris literis legimus, *Cognovit dominus qui sunt eius.* Non quod eos igno- 2. Timoth. 2, 19. ret qui sui non sunt, sed divinae cognitionis ac perfectionis vis et efficacitas exprimitur. Item illud, *Discedite a me operarii iniquita-* Luc. 13, 27. *tis: nescio vos.* Num illos, quod ad cognitionem attinet, nesciebat? Sed nimirum, quod ipso digni non erant, cognitionis illius efficientiam eo verbo sustulit. Ad haec in alio loco, *Vos,* inquit, Deut. 14, 2. *novi ex omnibus gentibus.* Itane vero? Nationes omnes, ac totius humani generis multitudo illius cognitioni subtrahetur? An non e contrario vel *capilli, qui in cuiusque hominis capite sunt,* tam eo- Matth. 10, 30. rum qui ipsi serviunt, quam qui imperium detrectant, ab eodem Luc. 12, 7. illo noscuntur? Item, *Vias quae a dextris sunt novit deus.* Num Prov. 4, 27. sinistras ignorat? Quam multa id genus de cognitionum discrimine commemorari possunt.

Cap. XLVII. Quamobrem hoc ipsum unigenitus dei filius voluit. Nam cum *pater filio iudicium commiserit,* vicissim hic iudicii illius cognitio- Ioann. 5, 22.

8. ἐννοίας *emendavit Petavius post Cornarium, qui vertit* per intellectum. εὐνοίας *cod. Ien. et editi.* εὔνοιαν *cod. Rhedig.* ἐννοίας *probavit etiam Gatakerus Dissert. de Novi Instrumenti Stylo cap. XI., Opp. Crit. p.* 72.

9. *Fortasse scribendum* ὅτὲ μὲν.

10. ἀγνοοῦντος *emendavit Petav.* ἀγνοοῦντας *librorum est scriptura.*

11. ἄρα *scripti et editi.*

12. ἆρα *codd. mss.* ἄρα *editi.*

13. ἆρα *codd. mss.* ἄρα *editi.*

14. *Sic supra cap.* 55. οἶδε γὰρ ἡ γραφὴ, *dixit,* εἴδησιν καὶ εἴδησιν, *et infra cap.* 51. ἀπὸ τοῦ καρδίαν καὶ καρδίαν, *cap.* 63. ὡς ἄλλου καὶ ἄλλου.

Cap. XLVII. — 1. χρήσεως *codd. mss. uterque.*

κεν ἤδη τῷ πατρὶ, ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, κατὰ δύο τρόπους, ὅτι οἶδε πότε ἔρχεται. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ ἡ ἡμέρα καὶ ὥρα ἔρχεται. Καὶ οἶδεν αὐτήν· ἤδη γὰρ πέπρακται αὐτῷ παραδεδομένη ἡ κρίσις τῷ μονογενεῖ. Οὕτω καὶ ἐν τῷ μονογενεῖ υἱῷ τοῦ θεοῦ, θεῷ ὄντι καὶ μηδὲν ἀπὸ πατρὸς παρηλλαγμένῳ, ἡ αὐτὴ εἴδησις. Αὐτὸς γὰρ οἶδεν αὐτὴν, καὶ αὐτὸς ἄγει αὐτὴν, καὶ φέρει, καὶ τελεῖ, καὶ κρίνει, καὶ ἄνευ αὐτοῦ οὐκ ἔρχεται. Οὔπω δὲ ἔγνω αὐτὴν κατὰ πρᾶξιν, τουτέστιν οὔπω ἔκρινεν. Ἔτι γὰρ ἀσεβεῖς ἀσεβοῦσι, καὶ ἄδικοι πλεονεκτοῦσι, καὶ πόρνοι, καὶ μοιχοὶ, καὶ εἰδωλολάτραι ἀνομοῦσι, καὶ ὁ διάβολος ἐνεργεῖ, καὶ αἱρέσεις ἐπανίστανται, καὶ ἡ πλάνη ἐργάζεται, ἕως ἐνέγκῃ αὐτὴν τὴν ἡμέραν ὁ μονογενὴς υἱὸς
pag. 770. τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ δίκαιον ἑκάστῳ ἀπονείμῃ, καὶ γνώσεται αὐτὴν, τουτέστι παράξει αὐτὴν δυνάμει. Καὶ ἐν μὲν πατρὶ κατὰ δύο τρόπους πεπλήρωται, ἐν δὲ τῷ υἱῷ κατὰ εἴδησίν ἐστι, καὶ οὐκ ἀγνοεῖται, κατὰ δὲ πρᾶξιν οὔπω ἐτελέσθη, ἐπειδὴ οὔπω κέκρικεν. Ἀπὸ δὲ τῶν ἁγίων ἀγγέλων κατὰ δύο τρόπους παραλέλυται, καὶ ἐν τῷ μηδέπω [2] κατὰ πρᾶξιν ἐγνωκέναι αὐτοὺς, τουτέστιν ἐπιτελέσαι. Οὔπω γὰρ προσετάχθησαν ἐξελθεῖν καὶ συναγαγεῖν τοὺς ἀσεβεῖς, ὡς τὰ ζιζάνια, [3] δεσμὰς, καὶ ἑτοιμάσαι εἰς τὸ πῦρ κατακαῆναι. Καὶ ὁρᾶτε, ὦ ἀγαπητοὶ καὶ τοῦ θεοῦ δοῦλοι, ὅτι μάτην ἕκαστος τῶν κατά τινα πρόληψιν ἑαυτοῖς τὰ δεινὰ [4] ἐπισπωμένων ἐστρατεύσατο, διαφόρως ἕκαστος καθ' ἑαυτοῦ εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὰ ἥσσονα καὶ ἠλαττωμένα βλασφημεῖν ἐπιχειροῦντες.

Κεφ. μη'. Ἀλλὰ καὶ ταύτης ἱκανῶς τὴν φράσιν πεποιημένοι ἐπ' ἄλλας πάλιν αὐτῶν λέξεις δῶμεν τὸν νοῦν, σὺν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει. Οἱ γὰρ γεννάδαι καὶ εἰς πάντα εὔτολμοι, καί τοί γε ὁμολογοῦντες οὐχὶ κατὰ τοὺς Μανιχαίους, οὐδὲ κατὰ ἄλλας πολλὰς αἱρέσεις, ἀλλὰ κἂν τὸ κατὰ σάρκα ἀληθὲς κατέχοντες, καὶ [1] αὐτὸ δὲ ἐλλιπῶς, καὶ οὐ πληρέστατα. Ὁμολογοῦσι γὰρ τὸν σωτῆρα σάρκα ἀληθινῶς ἐσχηκέναι. Ἀκούοντες δὲ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ εὐαγγελίου ὅτι κέκμηκεν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας καὶ ἐπείνησε καὶ ἐδίψησε, καὶ ἐκοιμήθη, καὶ ἀνέστη, ταῦτα πάντα συνάξαντες εἰς τὴν θεότητα ἀναφέρουσι τὴν αὐτοῦ, βουλόμενοι τὴν θεότητα αὐτοῦ ὡς ἐκ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων ἀπαλλοτριοῦν τῆς τοῦ πατρὸς

2. „Deest aliquid" *margini adscripsit Petavius. At certe nihil desidero.* Βραχυλόγως *enim verbis* καὶ ἐν τῷ μηδέπω κατὰ πρᾶξιν ἐγνωκέναι αὐτοὺς *expressit etiam prius membrum, quod alterum rationis modum contineret. Verto* Angelis vero duobus modis haec cognitio detracta est, etiam quod nondum secundum actionem cognoverunt, *h. e.* non solum quod secundum scientiam,

nem patri detulit. *Nemo,* inquit, *novit diem nisi pater.* Quod duobus modis explicari potest. Primum quod quando ventura sit intelligat, cum ex illius nutu ac voluntate hora illa ac dies adveniat. Secundo ideo nosse dicitur, quod filio suo iam omnem illam iudicii functionem tradiderit. Nec minus huic ipsi dei filio, utpote deo, nec ulla re a patre diverso, eadem est tribuenda cognitio. Quare et diem illam novit, et eandem producit, ac perficit, et iudicium administrat, nec absque illo prorsus adveniet. Neque tamen, quod ad effectionem pertinet, eam nosse dicitur, quia nondum iudicium instituit. Nam et impii adhuc impietatem exercent, et iniusti aliena per vim usurpant; et stupratores, adulteri ac simulacrorum cultores flagitia sua perpetrant, et diabolus molitur aliquid, et haereses insurgunt, et errorum falsitas quamplurima machinatur: donec scilicet diem illum filius dei proferat, et unicuique quod iustum est attribuat. Tum demum illam nosse dicetur, hoc est vi sua ac potestate facere. Ergo illud in patre duobus modis impletur, in filio vero scientia et cognitione tenus; nec is tamen ignorat, sed nondum actione ipsa perfecit. Nondum enim iudicavit. Angelis porro duobus modis haec cognitio detrahitur, quod neque quando futura sit intelligant, nec actione ipsa cognoscant, hoc est nihil adhuc effecerint. Quippe nondum mandatum illis est ut exeant et impios velut lolium in fasciculos colligant, et igni ad comburendum praeparent. Animadvertitis, opinor, o carissimi, deique servi, eos omnes qui sponte sua animique proposito sibi perniciem arcessunt frustra veritati bellum inferre, cum unusquisque magno suo malo, diversa ratione inferiorem quandam conditionem ac sortem dei filio per summam contumeliam conatur adscribere.

Marc. 13, 32.
Matth. 13, 30.

Cap. XLVIII.

Verum cum hactenus de illo scripturae loco satis multa diximus, cetera, quae ab illis afferuntur, divino freti praesidio cuiusmodi sint videamus. Etenim generosi illi ac nimium audaces, tametsi non eadem cum Manichaeis, atque aliis quam plurimis haeresibus sentiant, sed veram in Christo carnem retineant, hoc ipsum tamen non plene atque integre, sed cum defectu aliquo profitentur. Nam salvatorem nostrum vera quidem carne praeditum fuisse concedunt. Sed cum in evangelio audiunt eundem *ex itinere fatigatum* fuisse, nec non et famen sitimque pertulisse, dormisse ac surrexisse, haec omnia colligentes ad eius divinitatem referunt, quam quidem argumentis eiusmodi freti alienam a natura patris affirmare

Ioann. 4, 6.

sed etiam *cett.*
3. δεσμὰς δεσμὰς *ed. pr. Cornarius etiam vertit* in fasciculos ac fasciculos. εἰς δεσμὰς *correxit Gatakerus l. l. p.* 812.
4. ἐπεσπωμεν *cod. Rhedig.*
Cap. XLVIII. — 1. αὐτῷ *codd. mss. et ed. princ.*

οὐσίας. Ὅτι, Εἰ ἔστι, φησὶ, ἐκ τοῦ πατρὸς, τοῦ πατρὸς μὴ κοπιῶντος, [2] μηδὲ διψῶντος, μήτε πεινῶντος, καθὼς ἡ θεία γραφὴ λέγει, Οὐ κοπιάσει, οὐδὲ πεινάσει, οὐδὲ διψήσει, [3] οὐδὲ ὑπνώσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ, τούτων δὲ οὕτως εἰς τὸν υἱὸν τελειωθέντων, ἀλλότριος [4] ἄρα, φησὶν, ὑπάρχει τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ φύσεως. Καὶ ὅτι μὲν ταῦτα εἰς τὸν μονογενῆ οὐκ ἐπληροῦτο πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας [5] καὶ αὐτοὶ ὁμολογήσουσιν. Ὅταν δὲ ὁμολογήσωσιν ἀναγκαζόμενοι, ἔλθωσι δὲ εἰς τὰ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ τετελειωμένα, καὶ ἀκούσωσι, διόπερ ἔλαβε σῶμα, διὰ τοῦτο ταῦτα εὐλόγως ἐπιτελεῖν, ἐνδιδοὺς ὥσπερ ἡνίοχος τῷ ἅρματι εἰς τὰς εὐλόγους χρείας, ὅτι κατὰ ἀλήθειαν σάρκα ἐνεδύσατο, καὶ οὐ
pag. 771. κατὰ δόκησιν, τότε φάσκουσι μὴ ἐκ σαρκὸς εἶναι ταῦτα μόνης.

Κεφ. μθ'. Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι καθ' ἑαυτὴν οὔτε διψήσει, οὔτε κοπιάσει. Οὐκ ἴσασι δὲ οἱ τὴν ὁδὸν καταλελοιπότες, καὶ ἐπὶ τὰς ἐναντίας τρίβους ἐκτραπέντες, ὅτι οὐ μόνον σάρκα [1] ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἔλαβεν ἐλθὼν, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν, καὶ νοῦν, καὶ πάντα εἴ τι ἔστιν ἀνθρώποις, χωρὶς ἁμαρτίας, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἁγίας παρθένου, διὰ πνεύματος ἁγίου. Οὐ βούλονται [2] καταδέξασθαι ψυχὴν αὐτὸν εἰληφέναι διὰ τὸν τοιοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἔλεγχον, ὅπερ ἐστὶν εὐχερέστερον ἁπάντων πρὸς ἀντίθεσιν τῆς αὐτῶν ματαιολογίας. Αὐτὸς γὰρ ὁμολογεῖ ἀληθὴς θεὸς, λέγων περὶ αὐτοῦ, ὅτι, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, ὅτι, Ἡ ψυχή μου τετάρακται, καὶ, Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου, καὶ, Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ λαβεῖν αὐτήν· καὶ ἵνα δείξῃ ἑαυτὸν θεὸν μὲν εἶναι ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν. Ἀνθρώπου γὰρ οὐκ ἔστιν οὗτος ὁ λόγος. Οὐδεὶς γὰρ ἔχει ἐξουσίαν τοῦ θεῖναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ λαβεῖν αὐτήν. Ὅταν δὲ περὶ ψυχῆς διηγεῖται, δείκνυσιν ἑαυτὸν ἀληθινῶς ἐνανθρωπήσαντα, καὶ μὴ δοκήσει. Καὶ πάλιν, Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων. Καὶ ἵνα δείξῃ ἀληθινὰ ταῦτα ὄντα, ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἔλεγε τῷ πατρὶ, Εἰς χεῖρά σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Καὶ, Ἐλθόντων, φησὶ, τῶν στρατιωτῶν, εὗρον αὐτὸν ἤδη ἐκπεπνευκότα. Καὶ πάλιν, Καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ εἶπεν, Ἠλὶ, ἠλὶ, [3] λημᾶ σαβαχθανὶ, τουτέστι Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; ὡς ἤδη καὶ ταύτην τὴν δύναμιν τοῦ λόγου ἐφράσαμεν. Καὶ ἐξέπνευσε, φησὶ τὸ εὐαγγέλιον. Τὸ δὲ, Ἐξέπνευσε, καὶ, Εἰς χεῖράς σου, καὶ τὸ, Ἡ ψυχή μου τετάρακται, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τῆς ἀληθείας λεγούσης, τίς [4] ἠλίθιος εἴη πεισθῆναι μὲν τοιούτῳ ἐργαστηρίῳ ἀνθρώπων

2. μὴ cod. Rhedig. Reponendum videtur μηδὲ — μηδὲ, aut μήτε — μήτε.
3. Libri vulgo οὔτε.
4. ἄρα φησὶν codd. mss. ἄρα φασὶ editi.
5. καὶ om. ed. Petav. Colon. repetita.

Cap. XLIX. — 1. ἔλαβεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ cod. Rhedig.
2. δὲ καταδέξασθαι volebat Petav.

conantur. Cum enim pater *non laboret, neque sitiat, nec esuriat,* ut scriptura sacra loquitur, *Non laborabit, neque sitiet, nec esuriet, nec est investigatio prudentiae eius,* eadem illa vero in filio perfecta cernantur, a patris, inquiunt, essentia et natura sit alienus oportet. Atque haec quidem omnia ante incarnationem minime convenisse filio, vel ipsi fateantur. Cui cum etiam inviti assenserint, et ad ea pervenerint quae suscepta iam carne in eo perfecta dicuntur, audierint vero propter susceptum ab illo corpus, haec merito ac iustissimis de caussis necessarios ad vitae usus ab illo permissa, quemadmodum auriga moderari currum solet, quandoquidem non sola specie, sed revera carnem induit, haec cum illis obiiciuntur, negant ex sola carne proficisci illa potuisse. Isai 40, 28.

Et vero per seipsam sola caro neque sitire, neque fatigari poterit. Sed hoc isti, qui relicta via contrarias ad semitas deflexerunt, ignorare videntur, dei filium non modo carnem, sed et animam et mentem, atque omnia denique quae sunt hominis propria suscepisse, praeter peccatum, neque hoc e virili semine, sed ex virgine Maria, per spiritum sanctum. At isti negant animam illum assumpsisse, quo illius argumenti vim effugiant, quod ad illorum inanem comprimendam loquacitatem ceteris omnibus promptius est ac facilius. De seipso quippe verus ipse testificatus est deus, qui veritatem se esse dixit, hoc ipsum quod dicimus, his verbis, *Anima mea turbata est:* et, *Tristis est anima mea:* et, *Potestatem habeo ponendi animam meam, et sumendi eam;* ut et seipsum deum esse monstraret, penes quem istiusmodi sit potestas. Usurpari enim haec ab homine non possunt, quia nemo est qui ponendae animae suae, iterumque sumendae facultatem habeat. At cum de anima loquitur, hominem se revera, non sola opinione, factum ostendit. Item, *Ego sum pastor bonus, qui animam suam ponit pro ovibus suis.* Atque ut haec veritati esse consentanea declararet, in cruce suspensus ita patrem alloquitur: *In manus tuas commendo spiritum meum.* Et, *Cum venissent,* inquit, *milites, invenerunt iam illum expirasse.* Ad haec, *Et exclamans,* inquit, *voce magna dixit, Eli Eli, lamma sabacthani, hoc est, Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* Cuius quidem orationis vim iam ante declaravimus. *Et expiravit,* inquit evangelium. Quae cum ita sint, et eiusmodi voces, *Expiravit,* et, *In manus tuas, etc.,* et, *Anima mea turbata est,* ac ceteras id genus ipsa veritas usurpet, quis adeo stultus est huic ut caecutientium ac somniantium hominum ergastulo fidem adhibere velit,

Cap. XLIX.

Ioann. 12, 27. Matth. 26, 38. Ioann. 10, 18. Ibid. Luc. 23, 46. Ioann. 19, 33. Matth. 27, 46 Marc. 15, 37.

3. λημᾶς ἀβαχθανὶ *codd. mss.* λημᾶς ἀμαχθανὶ *ed. pr.*

4. ἠλίθιος τοιούτῳ μὲν πεισθῆναι ἐργ. *cod. Rhedig.*

μυωπαζόντων καὶ ὀνειροπολουμένων, καὶ καταλεῖψαι αὐτὰς τὰς τοῦ θεοῦ λόγου εὐλόγους ῥήσεις τῆς ἀληθείας;

Κεφ. ν'. Ἀλλὰ λοιπὸν λεξιθηροῦντες τὰ καλῶς καὶ ὀρθῶς εἰρημένα ἀπὸ ἑκάστης γραφῆς δίκην πειρατῶν ἀνδρῶν σώματα ὑγιῆ ἀκρωτηριαζόντων, μαρτυρίᾳ τινὶ κέχρηνται ᾗ τροπικώτερον πολλάκις ἡ γραφὴ κεχρημένη διηγεῖται. Καὶ τὸ μὲν τροπικῶς εἰρημένον [1] ἀλήθειαν φέρειν pag. 772. εἴωθε. Τὸ δὲ [2] ἀληθὲς καὶ ἀπαρεμφάτως κεκηρυγμένον εἰς ἕτερον πρόςωπον ἀλληγοροῦσιν. Εὐθὺς γὰρ ἀναπηδῶσιν ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἡσαΐου φέροντες ῥῆσιν, ὅτι ἐκ προσώπου τοῦ πατρὸς εἴρηται ὅτι, Ἰδοὺ, συνήσει ὁ παῖς μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν εὐδόκησα, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· ὡς τοῦ πατρὸς εἶναι ταύτην τὴν λέξιν. Καὶ γὰρ ἀληθές. Πῶς οὖν καὶ ὁ πατὴρ, φησὶ, ψυχὴν εἴληφεν; ἐὰν δὲ εἴπωμεν ὅτι, Μὴ γένοιτο, Τί οὖν, φησὶ, ἀλλ' ὅτι τροπικώτερον εἴρηται; ἄρα οὖν, φασὶν, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ εἰρημένον τροπικώτερον εἴρηται. Καὶ νομίζουσιν ἐν τούτῳ κατὰ τῆς ἀληθείας εὑρίσκειν θηρᾶσθαι πρόφασιν, ὅπερ αὐτοῖς οὐ δοθήσεται. Ἀκαλλώπιστος γὰρ οὖσα ἡ ἀλήθεια καθ' ἑαυτὴν ἕστηκε, μήτε ἡττωμένη, μήτε καλλωπισμοῦ ἐπιδεομένη. Ἴδωμεν γὰρ τῶν ἀμφοτέρων τὴν δύναμιν. Εἰ μὲν γὰρ ὁ πατὴρ ἦλθεν εἰς σῶμα, καὶ σάρκα ἐνεδύσατο, καὶ εἴρηκε τὸν λόγον τοῦτον, ἀληθινῶς ψυχὴν ἔσχεν· εἰ δὲ σάρκα ὁ πατὴρ οὐκ ἐνεδύσατο, εἴρηκε δὲ ὅτι, Ἡ ψυχή μου, τροπικῶς τοῦτο περὶ τὸν θεὸν ᾄδεται, ἵνα ἐνασφαλίσηται τὸ γνήσιον, καὶ δείξῃ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν γνησιότητα. Ἀλλ' οὐκέτι περὶ τὸν υἱὸν τὰ αὐτά ἐστιν ἐν τούτῳ λέγειν. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ οὐκ ἔλαβε σάρκα, ὁ δὲ υἱὸς ἐνεδύσατο σάρκα. Ὁ πατὴρ ἄνθρωπος οὐ γέγονεν, ὁ δὲ υἱὸς γέγονεν ἄνθρωπος. Τὸ ὅμοιον γὰρ ἐπὶ τῷ πατρὶ ῥητέον. Ὡς γὰρ ἐνταῦθα λέγει, Ἠγάπησεν αὐτὸν ἡ ψυχή μου, οὕτως λέγει, Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ [3] Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου· καὶ, Ἡ καρδία μου πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' αὐτῶν. Εἰ τοίνυν διὰ τὸ τροπικώτερον εἰρῆσθαι ὅτι, Ἠγάπησεν [4] ἡ ψυχή μου, δεχόμεθα τὸ περὶ ψυχῆς, ἄρα γοῦν καὶ τὸ περὶ καρδίας τροπικώτερον εἴρηται, καὶ δῆλον [5] ὅ τι καὶ παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ σαφὲς εἴη. Εἰ τοίνυν τροπικῶς λέγει περὶ ψυχῆς ὁ πατὴρ, καὶ περὶ καρδίας ἧς οὐκ ἔλαβεν (οὐ γὰρ ἐφόρεσε σάρκα), τροπικώτερον εἰς τὸν πατέρα τὰ τοιαῦτα ἀναλογεῖται. [6] Οὐκέτι δὲ ταὐτὸν περὶ τὸν υἱὸν ἡγητέον. Ὁ υἱὸς γὰρ ἔλαβε σάρκα, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπείαν θέσιν.

Cap. L. — 1. ἀλήθειαν *cod. Rhedig.* ἀλη^θ *cod. Ien.* ἀλήθεια *edili.* ἀληθείᾳ φ. εἰώθασι *putavit Pelavius. Cornarius recte* veritatem ferre solet.

2. ἀληθῶς *volebat Pelav.*

3. ἰεσαὶ *cod. Ien. a m. pr., et cod. Rhedig.* „Hallucinatus videtur in Esaiae loco citando." *Petavius.*

4. *Inter* Ἠγάπησεν *et* ἡ ψυχή μου *ed. pr. habet lacunam quindecim fere literarum.*

5. *Libri vulgo* εἴρηται. καὶ δῆλον ὅτι *celt.*

ac veritatis voces ipsas a divino verbo pronuntiatas rationique consentaneas relinquere?

Pergunt in aucupandis vocibus, quae recte ac praeclare in uno- Cap. L.
quoque scripturae libro conceptae sunt. In quo piratas imitantur, qui sana corpora mutilant. Ita illi testimonio quodam abutuntur, ac loquendi consuetudine, quam tropice saepius usurpare scriptura consuevit. Et quidem quod ad eum modum tropice dictum est, tanquam vere proprieque dictum afferre solent. Quod autem vere et simpliciter pronuntiatum est, aliam ad personam per allegoriam trahunt. Hic enim accurrunt statim, et ex Esaia sententiam eiusmodi proferunt, in qua sic pater loquens introducitur: *Ecce intelliget puer* Isai. 42, 1.
*meus dilectus, in quo mihi placui, quem diligit anima mea*, quae quidem ex patris persona dicuntur; nec de ea re dubitandum est. Quid igitur? Num etiam pater animam suscepit. Respondentibus nobis, Minime id quidem, Ecquid igitur, inquiunt, aliud est, nisi quod tropice ista dicuntur? Perinde itaque et a filio tropice sunt illa dicta. Ita ex huius occasione loci magnum se contra veritatem argumentum nactos arbitrantur; quod ipsis tamen nequaquam dabimus. Quippe veritas fuci ac lenocinii omnis expers per seipsam stat, neque aut superari potest, aut exquisitum quendam ornatum desiderat. Videamus porro quae sit amborum vis ac potestas. Nam si pater ad corpus descenderit, et carnem induerit, atque eiusmodi sermonem usurparit, revera etiam animam habuit. Sin carnem haud susceperit, et nihilominus hoc dixerit, *Anima mea etc.*, tropice de deo ista praedicari putandum est, ut germanitatem, quae inter se ac filium intercedebat, ea ratione firmaret. Ad filium autem eadem illa convenire nequeunt. Quippe pater minime carnem accepit, quam filius induit. Ille non est factus homo: filius homo factus est. Ac simili plane ratione quiddam alio loco patri tribuitur. Nam ut hic ita loquitur, *Dilexit illum anima mea*, sic alibi, *Inveni David filium* 1. Reg. 13, 14.
*Iesse, virum secundum cor meum:* item, *Cor meum longe abest ab* Isai. 29, 13.
*illis.* Quare si propterea quod tropice dictum est, *Quem dilexit anima mea*, id de anima verum esse confitemur, consequens est ut eodem modo quod de corde dicitur tropice dictum videatur. Neque potest ab homine prudente ea de re vel levissime dubitari. Ergo si de anima tropice pater loquitur, de corde, quod minime suscepit, neque enim carnem assumpsit, necesse est eiusmodi omnia per tropum quendam ad patrem accommodari. Non idem tamen et de filio sentiendum est, qui quidem carnem cum omni humanarum partium dispositione suscepit.

6. *Fortasse* οὐκ ἔστι.

Κεφ. να'. Ἔσται γὰρ τοῦτο ἐναντίον τῷ περὶ υἱοῦ τροπικώτερον λέγοντι pag. 773. περὶ τῆς ἐκ προςώπου ἐνανθρωπήσεως, κἂν ἔν τινι μέρει λόγου γενομένης ὑποθέσεως, διὰ τοῦ ἀληθινῶς ἐνανθρωπῆσαι. Εἰ γὰρ ἀλληγορεῖται τὸ περὶ ψυχῆς υἱοῦ, καὶ τροπικώτερον περὶ αὐτῆς ὑποληπτέον, ἄρα καὶ περὶ καρδίας [1] τοιαῦτα λελέχθω. Καὶ δώσομεν λοιπὸν τὰ πάντα δόκησιν εἶναι, καὶ οὐκ ἀλήθειαν. Τροπικῶς εἴρηται καὶ περὶ σαρκὸς, κατὰ τὸν φιλονείκου Ἀρείου λόγον. Καὶ οὐκέτι καρδίαν ἔσχεν ἐλθὼν ὁ λόγος, οὔτε ἧπαρ, οὔτε σάρκα, οὔτε ἔγκατα, οὔτε ὀστέα, οὔτε τι τῶν τοιούτων, ἀλλὰ πάντα λοιπὸν ἀλληγορεῖται, καὶ τροπικώτερον λέγεται· ἢ ὅτι ὅλως φυρτὸν ἔλαβε σῶμα, μηδὲν τῶν [2] ἐντοσθίων ἔχον. Πῶς οὖν ἤσθιε καὶ ἔπινεν; ἀλλὰ ἄπαγε. Εἰ δὲ ὁ πατὴρ λέγει καρδίαν καὶ ψυχὴν, δύναται δὲ εἰς αὐτὸν ἀλληγορεῖσθαι καὶ τροπικῶς λέγεσθαι, καὶ εἰς τὸν υἱὸν τροπικῶς, διὰ τὸ ἀρνεῖσθαι αὐτὸν εἰληφέναι ψυχήν. Εἰς δὲ τὸ περὶ καρδίας πιεζόμενοι οὐ δύνανται ἀρνήσασθαι, διὰ τὸ ὁμολογεῖσθαι παρ' αὐτῶν πᾶσαν τὴν θέσιν τοῦ σώματος [3] τὸν κύριον εἰληφέναι, ἀπὸ τοῦ καρδίαν καὶ καρδίαν, τὴν μὲν ἀληθινῶς ὁμολογουμένην, τὴν δὲ ἀλληγορουμένην. Οὕτω καὶ περὶ ψυχῆς ὁ λόγος ἀληθὴς ὑπάρχει, καὶ οὐκ ἀλληγορεῖται, οὔτε τροπικῶς λέγεται. Οὔσης δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ἐν παντὶ [4] τετελειωμένης σώματι καὶ ψυχῇ, καὶ νῷ καὶ καρδίᾳ, καὶ εἰς πάντα ὅσα ἐστὶν ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, γέγονε δὲ αὐτῷ τὰ ἀνθρώπινα εὐλόγως πράττεσθαι, καὶ ἐν θεότητι τελείως ἐν σωτηρίᾳ ἐπιτελεῖσθαι, οὐκέτι ἡ αὐτοῦ θεότης ἀδοξήσει παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελειότητα, ἀλλὰ διὰ τὴν ἔνσαρκον ἐνανθρώπησιν καὶ τὸ διψῆσαι, καὶ τὸ πεινᾶσαι, καὶ τὸ πιεῖν καὶ ἐσθίειν, καὶ τὸ ὑπνοῦν καὶ ἀδημονεῖν πληρωθήσεται, ἀπαθοῦς οὔσης τῆς αὐτοῦ θεότητος. Καὶ διέπεσεν αὐτῶν πάλιν ὁ περὶ τούτου λόγος, ἐπειδὴ ἦλθεν εἰς σάρκα θεὸς ὤν.

Κεφ. νβ'. [1] Λεγόντων αὐτῶν ὅτι, Εἰ ἦν ἐκ τοῦ πατρὸς, πῶς εἰς σάρκα

Cap. LI. — 1. τοιαῦτα *codd. mss.* τὰ τοιαῦτα *edili.*
2. ἐντοστίων *cod. Rhedig.*
3. *Libri habent* τοῦ κυρίου. *Pro* εἰληφέναι *ed. pr. habet* εἰλήφεται, *ed. Petav.* εἰληφέναι. *Cornarius vertit* omnem situm partium corporis dominum suscepisse.
4. τετελειωμένης *ego.* τελειωμένης *codd. mss* τελειουμένης *ed. Petav.* τελειομένης *ed. pr.*

Nam qui de filio tropice quiddam eiusmodi affirmare audeat, tametsi in una duntaxat aliqua parte istud usurpari velit, nihilominus hoc illi ipsi contrarium esse animadvertet, quod de tota divinae personae incarnatione constituerit, quod nimirum vere hominis naturam assumpserit. Etenim ut illud demus, quod de anima filii scriptum est ad allegoriam spectare, ac tropice illud omne interpretandum esse, superest ut idem quoque de corde suspicemur, atque eo tandem res recidat, nihil ut veritate, opinione autem omnia constare videantur. Itaque de carne quae dicuntur, per tropum usurpare dicentur, si quid vitilitigatori huic Ario credimus. Unde neque cor, neque iecur, neque carnes, neque intestina, neque ossa, nec ullam denique istiusmodi partem divinum verbum illa in incarnatione susceperit, sed ad allegoriam et tropum universa traducenda sunt; aut confusum quoddam corpus induerit oportet, quod intestinis penitus careat. Quod si ita est, vesci aut bibere quomodo potuit? Apage tam absurda. Iam vero cum pater cor et animam sibi tribuat, idque allegorice ac per tropum de ipso interpretari possimus, ac de filio quoque, quod ad animam attinet, quam ab illo susceptam Ariani negant, utcumque etiam tropice dictum videri possit, certe cum cor illis opponitur, negare omnino non possunt, eo quod totam humani corporis dispositionem assumptam a domino fuisse ultro ipsi confitentur. Proindeque quemadmodum cor duobus modis accipi non negant, proprie scilicet ac vere, et allegorice, ita et de anima iudicare convenit, ut ea vere filio, non allegorice, neque tropice tribuatur. Quocirca cum suscepta hominis a Christo natura suis omnibus numeris absoluto corpore constet, nec non et anima, mente, corde, ceterisque, quae homini insunt, praeter peccatum, cumque humanae functiones, pro eo ac rationi consentaneum erat, una cum perfecta divinitate ad salutis administrationem ab illo obitae praestitaeque fuerint, iam illud explicari commode potest, quemadmodum illius divinitas non sit, quod ad dignitatem attinet, perfectione patris inferior, ob eamque quam usurpavit carnis humanae conditionem praeclare id esse perfectum intelligemus quod et sitim et famem tulisse, et bibisse, et comedisse, et somnum cepisse, et tristitia ac moerore contractus fuisse legitur, cum interim eius divinitas ab omni eiusmodi affectione esset immunis. Ita nullus hac in parte illorum opinioni locus est, quoniam quidem deus ad carnem descendit. Cap. LI.

Quod autem hoc ab Arianis obiicitur: Si ex patre erat, quinam Cap. LII.

Cap. LII. — 1. Λεγόντων δὲ αὐτῶν *suspicatus est Petavius.*

ἦλθεν; φήσειεν ἄν τις πρὸς αὐτοὺς, Περὶ τῶν ἀγγέλων τί φατε; pag. 774. παντὶ τοῦτο δῆλόν ἐστιν ὅτι ὁμολογοῦσι τοὺς ἀγγέλους ὑπὸ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι. Καὶ γὰρ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος βλασφημοῦσι καὶ τολμῶσι λέγειν κεκτίσθαι ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἄκτιστον ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Εἰ οὖν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τολμῶσι τοῦτο λέγειν, πόσῳ γε μᾶλλον περὶ τῶν ἀγγέλων οὐ δυνήσονται ἀρνήσασθαι ὅτι ἐκ τοῦ μονογενοῦς ἐσχήκασι τὸ εἶναι κεκτισμένοι γεγονότες; Εἰ τοίνυν οἱ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότες ἄγγελοι μὲν πνευματικοὶ γεγονότες, πλὴν κτίσματα αὐτοῦ ὄντες, καὶ ὑποβεβηκότες πολὺ ἀπείρως τῆς αὐτοῦ οὐσίας, ὡς ἔργον αὐτοῦ ὄντες, ὅμως σάρκα μὴ εἰληφότες, τί ἐροῦμεν; [2] Ἆρα μείζους εἰσὶ τοῦ υἱοῦ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντες, ἢ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; διὰ τί μὴ εἰς σάρκα ἦλθε, καὶ σάρκα ἐφόρεσε, καὶ ἐνηνθρώπησεν, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ, ἤ τις τῶν ἀγγέλων; Οὐ γὰρ πάντως διὰ τὸ ἡλαττῶσθαι τὸν υἱὸν παρὰ τὸν πατέρα, τούτου ἕνεκα σάρκα ἐνεδύσατο (ἐπεὶ ἂν ὤφειλον καὶ οἱ ἄγγελοι πάντως σάρκα ἐνδύσασθαι, ἢ καὶ τὸ πνεῦμα), ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ σοφία ὢν τοῦ πατρὸς, καὶ δύναμις, καὶ λόγος, αὐτὸς τὰ πάντα ἐδημιούργησε σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, ἵνα δείξῃ ὅτι τὸ αἴτιον τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως οὐκ ἀπὸ τοῦ πεπλακέναι, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ πεποιηκέναι τὸ ἁμαρτὲς, [3] ἢ τὸ τῆς παρακοῆς, ἔσχεν, ἀλλ' ἀπὸ ἰδίας προαιρέσεως, ἵνα τὴν δικαίαν κρίσιν εἰς τέλος διεξαγάγοι, ὡς εἶπεν ὁ Ἡσαΐας, Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἕως ἐξαγάγοι τὴν κρίσιν εἰς νῖκος, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι. Καθάπερ καὶ Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ εἴρηκε, τὸ, Καὶ νικήσεις ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἐκρίθη γὰρ ἵνα κρίνων δικαίως φράξῃ τὰ στόματα τῶν μελλόντων ἀντιλέγειν. Οὐ γὰρ δυνήσεταί τις ἀντιλέγειν τῇ αὐτοῦ δικαίᾳ κρίσει. Ἐφόρεσε γὰρ τὸ σῶμα τἄχραντον [4] αὐτὸ συντηρήσας. Οὐ γὰρ ὃ γέγονεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ [5] ἀπ' ἀρχῆς, τουτέστιν ἐν τῷ Ἀδὰμ, πάντως εἰς [6] τοῦτο ἐκ τοῦ δημιουργοῦ, τοῦ ἀναιτίου τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας, τοῦ ἁμαρτεῖν γέγονε, καὶ διὰ τοῦτο ἥμαρτεν, ἀλλὰ τὸ αὐτεξούσιον αὐτῷ [7] ἀπέδωκεν, καὶ αἴτιος ἑαυτῷ ἕκαστος γίνεται ἁμαρτίας. Διά τοι τοῦτο ἀναίτιος ὁ δημιουργὸς θεὸς pag. 775. λόγος, ὁ σὺν πατρὶ κτίσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι, ἀθάνατος, καὶ ἄχραντος, ἰδίᾳ δοκήσει ἀρρήτῳ τινὶ σοφίας μυστηρίῳ ἐνηνθρώπησε, τελείως τὰ πάντα ἀναδεξάμενος ὑπὲρ τοῦ ἰδίου

2. ἆρα *codd. mss.* ἄρα *editi.*

3. *Scribendum puto* ἤτοι τῆς π.

4. αὐτοῦ *recte, ut mihi videtur, Gatakerus Advers. Misc. p.* 812. ἄχραντον *coniecit Pelav., annotans* „Haec non satis liquida sunt."

5. *Verba* ἀπ' ἀρχῆς - - πάντως *non comparent in ed. Petavii Colon. repetita.*

6. τοῦτον *suspicatus est Petavius. Gatakerus l. l. correxit* πάντως τοῦτο, ἐκ τοῦ δημιουργοῦ ὂν, *vertens* Non enim quod in primo homine, Ada nimirum, ab initio extiterat, hoc utique a conditore peccati illius integro prorsus profectum, peccandi Adae caussa fuit, ideoque peccavit. *Mihi omnia sana esse vi-*

ad carnem descendit? ita illis e contrario potest occurri: De angelis quid tandem existimatis? Nemini quippe dubium est angelos a filio ex illorum esse sententia productos. Praesertim cum de spiritu sancto per summam in ipsum contumeliam dicere audeant, a filio hunc esse procreatum, qui tamen creationis omnis expers, *a patre procedit et a filio accipit.* Ioann. 15, 26. Sed si de spiritu sancto eiusmodi quiddam pronuntiare non dubitant, quanto minus idem de angelis negare poterunt, nec dubitare, cum creati illi sint, quin a filio ut essent acceperint? Itaque cum producti ab eodem angeli, qui tametsi spiritus sint, illius tamen creaturae sunt, et ab eius naturae praestantia infinitis partibus absunt, utpote cum illius opus sint, sed cum angeli carnem non susceperint, quid tandem putabimus? Estne ut filio excellentiores illos arbitremur, a quo creati sunt? An idem quoque nobis de spiritu sancto persuadebimus? Cur, inquam, neque hic, nec angelorum ullus ad carnem descendit, nec eam gestavit aut naturam hominis assumpsit? Enimvero non ideo quod patre minor sit filius, propterea carnem induit (alioqui tam angeli, quam spiritus sanctus carne quoque vestiri debuerant), sed quoniam idem ipse, qui est sapientia patris, et virtus, ac verbum, omnia cum patre et spiritu sancto condidit, ut hoc videlicet demonstraret, peccati illius, quod ab Adamo commissum est, originem in ipsius formationem reiici non debere, neque ex productione sua delictum illud contumaciamque traxisse, sed ex propriae voluntatis arbitrio, quo iustum iudicium ad exitum perduceret, quemadmodum Esaias loquitur: *Calamum contritum non confringet, et linum fumigans non* Esai. 42, 3. *extinguet: donec educat iudicium in victoriam, et in nomine ipsius gentes sperabunt.* Cui et illud Davidis congruit, *Et vincas cum iudicaris.* Psalm. 51, 4. Quippe idcirco iudicatus est, ut vicissim iuste iudicans eorum qui contradicturi sunt, ora praecludat. Nemo enim iusto ipsius iudicio repugnare poterit. Nam ita sibi corpus imposuit, ut integrum impollutumque servarit. Neque enim quod initio in Adamo peccatum extitit, id ab opifice ipso, qui ab omni culpa primi nostri parentis alienus est, in Christi corpus derivatum est, ut propterea delictum aliquod commiserit, sed libertatem eidem indulsit, adeo ut peccati sibi quisque caussa sit. Dei itaque verbum culpae omnis expers, quod cum patre et spiritu sancto hominem creavit, immortale, impollutum, sponte sua, et arcano quodam sapientiae mysterio naturam hominis assumpsit, omniaque opificii sui gratia abun-

*dentur. Verte modo:* Non enim quod attributum homini ab initio est, hoc est Adamo, id in hunc finem est ab opifice, quippe ab Adami culpa liber est, attributum, ut peccaret ille *cett.*

7. ἀπέδωκεν *codd. mss.* ἐπέδωκεν *editi.*

πλάσματος, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας, οὐ μετὰ ἀνάγκης, ἀλλ' ἑκουσίᾳ γνώμῃ, ἵνα ἐν τῇ σαρκὶ κατακρίνῃ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἐπὶ τῷ σταυρῷ διαλύσῃ τὴν κατάραν, καὶ ἐν τῷ μνήματι καταφαίρετον ποιήσῃ τὴν φθορὰν, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ σὺν τῇ ψυχῇ κατελθὼν ἐν τῇ θεότητι κλάσῃ τὸ κέντρον τοῦ θανάτου, καὶ διαλύσῃ τὴν πρὸς τὸν ᾅδην διαθήκην. Οἱ δὲ ἀχάριστοι παντάπασι τὰ ἀγαθὰ εἰς κακὰ μετατρέποντες, ἀνθ' ὧν [8] εὐχαριστῆσαι τῷ φιλανθρώπῳ, καὶ τελείῳ, καὶ ἀγαθῷ ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς ὑπάρχοντι, οὐκέτι [9] εὐχαριστῆσαι, [10] ἀλλ' ἀχαριστοῦσι μᾶλλον πάθη τῇ αὐτοῦ θεότητι προσάπτοντες, ἃ μὴ δύνανται συνιστᾶν, τῆς ἀληθείας φανερᾶς πᾶσιν ὑπαρχούσης.

Κεφ. νγ'. Καὶ τούτων οὕτως ἑρμηνευομένων πάλιν ἐπ' ἄλλας λέξεις ἐφεξῆς ἐλεύσομαι. Λέγουσι γὰρ τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου, κακῶς ἑρμηνεύοντες, ὅτι, Ὁ ἀποστείλας με πατὴρ μείζων μού ἐστι. Καὶ πρῶτον μὲν, Ὁ ἀποστείλας με πατὴρ, φάσκει, καὶ οὐχ, Ὁ κτίσας με. Πᾶσαι γὰρ αἱ θεῖαι γραφαὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς πατέρα γνησιότητα σημαίνουσιν. Ἐγέννησάς με, φησὶ, πάτερ· καὶ, Ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω· καὶ, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ, Ὁ ἀποστείλας με πατήρ· καὶ οὐδαμοῦ, Ὁ κτίσας, οὐδαμοῦ, Ὁ ποιήσας, εἴρηκε. Καὶ πῶς οὗτοι τὰ μὴ ὄντα ἑαυτοῖς ἐπισωρεύουσιν; Ὁ δὲ ἀποστείλας με πατὴρ [1] μείζων μού ἐστι. Τί τούτου κυριώτερον; καὶ τί τούτου ἀναγκαιότερον; καὶ τί τούτου γνησιώτερον; καὶ τί τούτου πρεπωδέστερον; Τίνι γὰρ πρέπει δοξάζειν πατέρα, ἀλλὰ υἱῷ ἀληθινῷ, τῷ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένῳ; Ὁ πατὴρ γὰρ [2] δοξάζει τὸν υἱὸν, καὶ ὁ υἱὸς δοξάζει τὸν πατέρα, καὶ τούτου ἕνεκα εἰς ἡμῶν ὑπογραμμὸν καὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα δόξης ὑπ' αὐτοῦ ἀναφερομένης εἰς μίαν ἑνότητα, καὶ εἰς μίαν δόξαν, δοξάζει ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ τὴν αὐτοῦ τιμὴν τοῦ πατρὸς εἶναι, καθὼς εἴρηκεν, ὅτι, Ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπ' αὐτὸν μένει. Μείζων
pag. 776. δὲ κατὰ ποῖον τρόπον οὗτοι λογίζονται; κατὰ ὄγκον; ἀλλὰ κατὰ χρόνον; ἀλλὰ κατὰ ὕψωμα; ἀλλὰ κατὰ ἡλικίαν; ἀλλὰ κατὰ ἀξίαν; τί τούτων ἔστιν ἐν θεῷ, ἵνα τοῦτο διανοηθῶσιν; Οὔτε γὰρ χρόνῳ ὑποπίπτει τὸ θεῖον, ἵνα ὑποδεέστερος νοηθῇ ἀχρόνως ἐκ πατρὸς γεγεννημένος, οὔτε προκοπῆς ἔχεται τὸ θεῖον, ἵνα [3] ὁ μὲν υἱὸς προκόψας μὴ φθάσοι τὴν τοῦ πατρὸς μεγαλειότητα. Εἰ γὰρ κατὰ προκοπὴν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ υἱὸς θεοῦ καλεῖται, ἄρα πολλοὶ ἦσαν ἴσοι αὐτῷ, καὶ τούτου ἕνεκεν αὐτὸς προέκοψε μείζων μὲν τῷ ἀξιώματι κληθεὶς, [4] ἐλάτ-

8. Recte Petavius desiderat ἔδει.
9. εὐχαριστοῦσι autumat Petavius. Possis eodem iure εὐχαρίστησαν. Sententia verborum intellectu sane facilis est, at ipsa correctu difficillima.
10. ἀλλὰ cod. Rhedig.
Cap. LIII. — 1. μείζον cod. Rhedig.
2. δοξάσει cod. Rhedig.

dantia quadam humanitatis in sese transtulit, non necessitate ad id impulsus, sed voluntatis arbitrio, ut peccatum in carne damnaret, et execrationem in cruce dilueret, et in sepulcro corruptelam omnem e medio tolleret, et ad inferos cum anima ac divinitate descendens stimulum mortis infringeret, foedusque cum inferis initum dissolveret. At ingrati homines, qui bona in mala commutant, cum pro his omnibus clementissimo, ac perfecto bonoque a bono patre genito filio gratificari deberent, non modo nullas habent gratias, sed et ingratissimos sese praebent, eiusque divinitati affectiones ac perturbationes affingunt; quod quidem efficere nullo modo possunt, cum omnibus veritas ipsa manifesta sit.

His in hunc modum explicatis, ad alia, quae ab illis proponuntur, me confero. Nam ex evangelio dictum inprimis illud proferunt, interpretatione sua depravatum: *Qui misit me pater maior me est:* ubi notandum in primis illud est, quod ait, *Qui misit me pater*, non autem, Qui creavit me: siquidem omnibus in scripturae libris divini verbi cum patre germanitas exprimitur. *Genuisti me, pater*, inquit, et, *Ego ex patre exivi, et vado;* item, *Ego in patre et pater in me*, et, *Qui misit me pater.* Nec usquam aut creator, aut factor dicitur. Quonam igitur pacto quae nuspiam sunt accumulare nituntur? *Qui misit me pater maior me est.* Quid ea voce magis proprium? quid necessarium magis? quid magis geminum aut congruum? A quonam enim consentaneum magis est affici gloria celebrarique patrem, quam ab germano filio, qui sit ab eo genitus? *Pater enim glorificat filium, et filius glorificat patrem.* Unde ad nos ipsos informandos, eamque praedicationem demonstrandum, quam in patrem collatam ad singularem unitatem, singularemque gloriam referret, gloria illum afficere voluit, ut intelligeremus honorem suum patri esse communem; quemadmodum dixit, *Qui non honorificat filium, ut honorificat patrem, ira dei in ipso manet.* Verum cum maiorem esse patrem asserunt, quanam id demum ratione concipiunt? Mole? an tempore? an sublimitate? an aetate, vel dignitate? Quid horum inest in deo, ut hoc suspicari liceat? Non enim subest tempori deus, ut inferior putetur, cum a patre ante tempus omne sit genitus. Sed neque progressum ullum idem deus admittit, ut ob hoc ipsum progrediens filius paternam amplitudinem assequi non posse dicatur. Nam si dei filius hanc ipsam appellationem profectu quodam meruerit, plerosque necesse est aequales huic extitisse, quorum e numero efferens sese, ac progressus ille ut ce-

Cap. LIII. — Ioann. 14, 28. — Ioann. 16, 28. — Ioann. 14, 12. — Ioann 5, 37. — Ioann. 17, 4. et 5, 54. — Ioann 5, 23. — Ioann. 15, 26.

3. μὴ ὁ υἱὸς *cod. Rhedig.* 4. ἔλαττω *codd. mss. et ed. princ.*

των δὲ [5] τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἐν ἀξιώματι ὄντι. Ἀλλά φησι ἡ γραφὴ, Τίς ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ; ὡς τῶν πάντων καταχρηστικῶς λεγομένων, τούτου δὲ μόνου ὄντος υἱοῦ κατὰ φύσιν, καὶ οὐ κατὰ χάριν· ἐπειδήπερ, Ἐφεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ ἐξισωθήσεται. Ἀλλὰ τί φασιν; Ἐν ὑψώματι ὑπερέχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ. Ἐν ποίῳ τοίνυν μέρει τάττεται τὸ θεῖον, ἢ τοπικῶς περιορίζεται; Ἵνα [6] μὴ περιγραφὴ τὸ μεῖζον σημάνῃ. Πνεῦμα γὰρ ὁ θεός. Καὶ ἐκ πανταχόθεν διαπίπτει ἡ αὐτῶν ἐπινενοημένη ξενολογία. Καὶ τοῦτο δὲ παρελθόντες ἐπὶ τὰς ἑξῆς αὐτῶν λέξεις ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.

Κεφ. νδ΄. Φασὶ γὰρ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἀποστέλλων ὅμοιος τῷ ἀποστελλομένῳ, ἀλλὰ ἄλλος ἐστὶν ὁ ἀποστέλλων τῇ δυνάμει, καὶ ἄλλος ἐστὶν ὁ ἀποστελλόμενος, ὅτι ὁ μὲν πέμπει, ὁ δὲ πέμπεται. Καὶ εἰ κατ᾽ αὐτοῦ ἦν ἡ τῆς ἀληθείας διάνοια, οὐκέτι ἐπὶ μίαν ἑνότητα ἀληθείας καὶ δυνάμεως καὶ θεότητος ἀνεφέρετο ἡ πᾶσα τῆς γνώσεως ὑπόθεσις. Δύο γὰρ ἀπαντώντων, ἢ δύο πεμπόντων, οὐκέτι υἱὸς ὁ υἱὸς ἦν, [1] ἀλλ᾽ ἀδελφὸς, συναδέλφου συνόντος, οὐκέτι υἱὸς, ἀλλὰ ἢ κατὰ συναλιφὴν ἢ κατὰ υἱοθεσίαν, ἢ αὐτὸς ἑαυτὸν ἦν ἀποστέλλων, ἢ οἱ δύο ἅμα ἀποστέλλοντες ἢ παραγινόμενοι, δύο θεότητας ἐσήμανον, καὶ οὐχὶ μίαν ἑνότητα. Ἐνταῦθα οὖν ὁ ἀποστείλας, καὶ ὁ ἀποστελλόμενος, ἵνα δείξῃ τῶν πάντων ἀγαθῶν μίαν εἶναι τὴν πηγὴν, τουτέστι τὸν πατέρα. Καθεξῆς δὲ τῆς πηγῆς οὐχ ἑτερωνύμως, ἀλλὰ κατὰ τοῦ υἱοῦ ὄνομα καὶ τοῦ λόγου ὢν μία πηγὴ ἐκ πηγῆς ὁ υἱὸς προελθὼν, ἀεὶ ὢν παρὰ τῷ πατρὶ γε-
pag. 777. γεννημένος, ὅτι, Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. Καὶ ἵνα δείξῃ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· ἵνα δείξῃ φῶς τὸν πατέρα, καὶ φῶς τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν, καὶ φῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πηγὴν ἐκ πηγῆς, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ μονογενοῦς, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ποταμοὶ γὰρ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἔλεγε δὲ [2] τοῦτο περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, φησὶ τὸ εὐαγγέλιον. Καὶ πάλιν φησὶ, δεικνύων τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς περὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ ὁμοουσιότητος, ἔλεγεν, Ἐάν τις ἀνοίξῃ μοι, εἰςελθὼν ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου μονὴν παρ᾽ αὐτῷ ποιήσομεν· καὶ οὐκέτι εἶπεν ἀποσταλήσομαι [3] ὑπὸ τοῦ πατρός μου, [4] ἀλλὰ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ παρ᾽ αὐτῷ, ὡς κρούοντος τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς σὺν αὐτῷ εἰςερχομένου· ὡς ἀεὶ εἶναι, καὶ μηδέποτε διαλιπεῖν πατέρα ἀπὸ υἱοῦ, καὶ υἱὸν ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρός. Διὸ καὶ

5. τῷ *cod. Rhedig. Cornarius vertit* minor vero his qui ante ipsum in dignitate sunt, *quae verba eum* ἐλάττων δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἐν ἀξιώματι ὄντων *legisse evincunt. Suspicor scribendum esse* τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἐν ἀξιώματι ὄντος.

6. *Scripsi* μὴ περιγραφὴ — σημάνῃ. *Cornarius vertit* ut circumscriptio quod

teris dignitate maior est habitus, sic illo qui se antecessit inferior. Scriptum est autem, *Quis aequabitur deo in filiis dei?* quasi ceteri omnes per catachresim filii nominentur; hic autem natura solus non gratia filius existat. *Quoniam invenit omnem viam scientiae, et nullus cum eo comparabitur.* Quid igitur dicunt? Sublimitate filio pater antecellit. Quanam igitur in parte collocatur deus? An loco circumscribitur, ut spatii ipsa descriptio quod maius est demonstret? Atqui deus spiritus est. Unde omnis ab illis excogitata peregrina verborum novitas undequaque corruit. His itaque praetermissis ad ceteras illorum obiectiones transeamus.

Psalm. 88, 7. Baruc. 3, 36.

Cap. LIV.

Negant enim eum qui mittitur mittentis esse similem, cum alius sit vi ac potestate qui mittit, alius qui mittitur, quod hic mitti, mittere ille dicatur. Quod si illorum opinioni constaret veritas, non iam tota cognitionis ratio ad unam veritatis potentiae ac divinitatis singularitatem pertineret. Duobus enim occurrentibus, aut mittentibus, filius non amplius filius erit, sed frater, cum una frater existat, nec amplius filius erit, nisi vel confusione, vel adoptione; aut seipsum ille mittet, aut duo simul mittentes, vel accedentes divinitates duas non unam singularitatem ostendent. Hic igitur mittens ac missus exprimitur, ut argumento sit, quendam esse bonorum omnium fontem, videlicet patrem, secundum quem non alio nomine quam filii verbique praeditus filius, fons vivus ex fonte progreditur, qui apud patrem perpetuo ab eodem genitus extiterit; quoniam *Apud te est fons vitae.* Atque ut spiritus quoque sanctus indicetur, *In lumine*, inquit, *tuo videbimus lumen;* quo et patrem lumen esse declaret, et lumen patris filium, lumenque spiritum sanctum, ac postremo fontem ex fonte, hoc est patre et unigenito filio spiritum sanctum profluere. *Flumina enim*, inquit, *ex ventre illius fluent aquae salientis in vitam aeternam; dicebat autem istud de spiritu sancto,* ait evangelium. Praeterea ut consubstantialem se esse patri discipulis suis ostenderet, *Si quis*, inquit, *aperuerit mihi, ingressi ego et pater mansionem apud illum faciemus.* Non dixit, Mittar a patre meo, sed, *Ego et pater apud illum manebimus*, adeo ut pulsante filio cum eo pater ingrediatur, idemque cum filio perpetuo sit, nec unquam ab illo separetur, uti nec a patre filius. Unde in alio loco,

Ioann. 7, 38. et 4, 14. Ioann. 14, 23.

maius est significet, *ut* ἡ περιγραφὴ — σημάνῃ *legisse videatur. Petavius autumabat* τῇ περιγραφῇ (*sed tum scribendum* σημανθῇ *esset*). *Libri habent* μὴ περιγραφῇ — σημανῇ.

Cap. LIV. — 1. ἀλλὰ *cod. Rhedig.*

2. οὐ τὸ περὶ *cod. Ien. et ed. princ.* οὐ περὶ *cod. Rhedig.*

3. παρὰ *cod. Rhedig.*

4. ἀλλὰ ἐγὼ *codd. mss.* ἀλλ' ἐγὼ *editi. Vocab.* μου *abest a cod. Rhedig.*

ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ δι' ἐμοῦ εἰςελεύσονται πρὸς τὸν πατέρα. Καὶ ἵνα μή τινες ἥσσονα πρὸς τὸν πατέρα νομίσωσι, διὰ τὸ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα εἰςιέναι, φησὶ, Οὐδεὶς ἐλεύσεται πρὸς μὲ, ἐὰν μὴ ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος ἑλκύσῃ αὐτόν. Ὁ πατὴρ οὖν φέρει πρὸς τὸν υἱὸν, καὶ ὁ υἱὸς φέρει πρὸς τὸν πατέρα, εἰςφέρει δὲ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Ἀεὶ γὰρ πάντοτε ἡ τριὰς ἐν μιᾷ ἑνότητι θεότητος, τρία τέλεια, μία θεότης. Καὶ διέπεσεν ὁ τούτων λόγος.

Κεφ. νε'. Πάλιν δὲ φάσκουσι, Τίνι τοίνυν τῷ λόγῳ εἴρηκεν ὁ Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὅτι, Ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα [1] ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν [2] ὑμῶν; εἰ τοίνυν θεὸν [3] αὐτοῦ ὁμολογεῖ, πῶς ἔτι ἔσται ἴσος αὐτῷ, ἢ ὑπ' αὐτοῦ γνησίως γεγεννημένος; ἵνα δείξωσιν ἐν πᾶσιν ἀγνωσίαν θεοῦ αὐτοὺς ἔχειν, [4] καὶ ἐν μηδενί εἰσι φωτισμῷ τοῦ εὐαγγελίου κατηυγασμένοι. Ψηλαφήσας γάρ τις καὶ ἀνερευνήσας ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ κατὰ γενεὰν, εἴσεται τῆς ἀληθείας τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τελείας γνώσεως, καὶ πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος τὴν δύναμιν. Κνίζονται δὲ οὗτοι Ἰουδαϊκῷ φρονήματι περιβεβλημένοι, καὶ ἀγανακτοῦσι τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, καθάπερ ἐκεῖνοι
pag. 778. ἔλεγον ὅτι, Δι' οὐδὲν πονηρόν σε λιθάζομεν, ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος ὢν υἱὸν θεοῦ [5] σεαυτὸν ὀνομάζεις, ἴσον τῷ θεῷ ποιῶν σεαυτόν. Οὕτω καὶ οὗτοι τῷ αὐτῷ πάθει τῶν Φαρισαίων καὶ Ἰουδαίων περιπεσόντες ἀγανακτοῦσι, μὴ θέλοντες λέγειν τὸν υἱὸν ἴσον τῷ γεγεννηκότι. Ὅρα γάρ μοι τὴν τῶν γραφῶν ἀκρίβειαν, ὅτι οὐδαμοῦ εἴρηκεν ἡ θεία γραφὴ τὸν λόγον τοῦτον πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας, ἀλλ' ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ, [6] Ποιήσωμεν ἄνθρωπον λέγει, συνδημιουργὸν καλῶν τὸν υἱὸν, καὶ γνήσιον δεικνὺς κατ' ἰσότητα. Καὶ οὐδαμοῦ εἴρηκεν ὁ υἱὸς, Θεόν μου, καὶ θεὸν [7] ὑμῶν. Καὶ ἤκουσεν Ἀδὰμ τῆς φωνῆς τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ Παραδείσῳ. Καὶ, Ποίησον σεαυτῷ κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων. Καὶ, Ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου. Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν, Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ. Καὶ Δαβὶδ λέγει, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Καὶ οὐδαμοῦ εἶπεν ὁ κύριος, Θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν. Ὅτε δὲ ἔλαβε τὸ ἡμέτερον σῶμα, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, καὶ ἐν ἡμῖν κατελογίσθη, τότε πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς, πρὸς οὓς ὤφειλε κατὰ πάντα ὁμοιωθῆναι χωρὶς ἁμαρτίας, Θεόν μου ἔλεγε, καὶ θεὸν ὑμῶν, καὶ πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν. [8] Πατέρα μου μὲν κατὰ φύσιν ἐν τῇ θεότητι, καὶ

Cap. LV. — 1. ἡμῶν *cod. Rhedig.*
2. ἡμῶν *cod. Rhedig.*
3. αὐτοῦ *codd. mss. et ed. princ.*
4. καὶ ὅτι ἐν *suspicatus est Petav.*
5. αὐτὸν *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*
6. ποιήσομεν *cod. Rhedig.*

*rum spatium, aut ullum dierum initium,* ut scriptura loquitur. Si igitur neque principium habet temporis ullum, neque finem, in confesso est, atque extra omnem controversiam, eundem a nullo creatum fuisse. Atqui nusquam de eo est scriptis illud expressum. Verum pietatis, ut dixi, studio religiose haec de ipso et sentire et praedicare cogimur, licet nihil sit eiusmodi scriptum. Eodem modo tametsi nullo in scripturae loco vox illa *consubstantialis* diserte atque expressis literis contineretur, nos uti tamen illa necesse putaremus, quantumvis de deo disputare supra nos ac naturae nostrae conditionem esse videretur. Nihilominus tamen facile nobis benignissimus

pag. 798. ὅμως αὐτὸς ὁ κύριος συγγνωμονήσειεν ἡμῖν, βουλομένοις οὐχ ὑπὲρ θεότητος ἀπολογεῖσθαι, τῆς ἀνενδεοῦς οὔσης τῆς ἡμῶν συστάσεως. Ἀλλὰ δεῖ εὐσεβῶς λέγειν, καὶ εὐσεβῶς νοεῖν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα.

Κεφ. οα'. Τοίνυν ἀποκρίθητε ἡμῖν οἱ τοῦ Ἀρείου μαθηταί. Ἀγέννητον λέγομεν πάντες ὁμοῦ τὸν πατέρα, καὶ ἄκτιστον, καὶ θαυμαστὴ ἡ λέξις δηλονότι. Ποῦ τοίνυν γέγραπται τοῦτο; δείξατε τὸν τόπον· οὔτε γὰρ νόμος εἴρηκεν, οὔτε προφῆται, οὔτε εὐαγγέλιον, οὔτε ἀπόστολοι. Εἰ τοίνυν εὐσεβῶς λέγομεν λέξιν μὴ γεγραμμένην, καὶ ἔστιν ἀποδεκτὴ ὑπὲρ δόξης θεοῦ λεγομένη, τίς ἡμῖν ἐγκαλέσειεν, [1] εἰ μὴν καὶ μὴ ἦν τὸ Ὁμοούσιον γεγραμμένον, εὑρόντων ἡμῶν λόγον δι' οὗ λόγου δυνησόμεθα τὸ ἀσφαλὲς ὁμολογῆσαι τῆς ἡμῶν σωτηρίας; Ἀλλ' εἰσὶ μαρτυρίαι μετὰ καὶ τοῦ εὐσεβοῦς λογισμοῦ, αἵ τε προτεταγμέναι, καὶ ἄλλαι πλείους. Παρελεύσομαι δὲ καὶ ταύτην τὴν λέξιν, καὶ τὰς ἄλλας [2] αὐτῶν τοῦ δελεασμοῦ κατὰ τῶν ἀκεραίων λεγομένας ἐν θεῷ ἀναξανῶ ῥήσεις τε καὶ ἐπινοίας.

Κεφ. οβ'. Λέγουσι γὰρ πάλιν οἱ αὐτοὶ μετὰ πασῶν ὧν ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου καὶ τῶν εὐαγγελίων κατὰ τὸν νοῦν αὐτῶν παραφθείρουσι κακῶς ὑπονοοῦντες λέξεις, καὶ ταύτην εἰς μέσον φέροντες ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου, ὡς εἴρηται ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, ἐν τῷ περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως κεφαλαίῳ, ὡς καθεξῆς φησι, Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν· δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Ὅταν δὲ εἴπῃ ὅτι πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα· ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Ἐπιλαμβάνονται τοίνυν τοῦ ῥητοῦ, καὶ τῷ ἔθει τῆς αὐτῶν ἔχθρας πρὸς τὸν μονογενῆ [1] ἀνασκευάζοντες τὴν αὐτοῦ ἄφραστον καὶ ἔνδοξον θεότητα, ὡς καὶ πολλάκις εἶπον, ἀνοίᾳ φερόμενοι. Καί
pag. 799. φασιν, Ὁρᾷς ὅτι λέγει, ὅταν τὸ τέλος παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ [2] δύναμιν· δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς

Cap. LXXI. — 1. *Scripsi* εἰ μὴν καὶ μὴ ἦν, *cum libri haberent* εἰ μὴ καὶ μὴ ἦν. *In ed. Petav. Coloniae iterata legitur* εἰ καὶ μὴ ἦν.
2. *Cornarius vertit* ipsius.
Cap. LXXII. — 1. ἀνασκευάζοντες

dominus veniam concederet, qui non id affectaremus, ut divinitatis, quae praesidio nostro ac confirmatione non eget, patrocinium susciperemus. Sed nimirum de divinis rebus pie loqui ac sentire nos oportet, ne pessime pereamus.

Quamobrem respondete quaeso nobis, Arii fautores ac discipuli, cum ingenitum ex aequo patrem omnes increatumque fateamur, sitque admirabilis illa profecto dictio, ubinam est scripto nominatim expressa? Proferte locum, si potestis. Neque enim aut in lege commemoratur, aut apud prophetas, aut in evangelio, aut in apostolorum denique monimentis. Quod si vocabulum aliquod nusquam scriptis expressum usurpare licet, idque propter divinam gloriam usurpatum amplectuntur omnes et approbant, quis nos accusare merito possit, si cum vox illa consubstantialis nullibi diserte scripta videretur, nos eiusmodi vocabulum excogitasse diceremus, per quod salutarem doctrinam, ab omni periculo erroris immunem profiteri possemus? Verum ad pium illum religiosumque sensum scripturae insuper auctoritates accedunt, cum a me commemoratae hactenus, tum complures aliae. Sed iam ab huius loci tractatione discedam, ut ad alias scripturae sententias et argumenta discutienda me conferam, quas velut illecebras rudibus ac simplicibus obiiciunt. Cap. LXXI.

Etenim inter alia sacrarum literarum testimonia, quae ex apostolo et evangeliis ad suum sensum depravata ac perperam intellecta proferunt, hoc insuper ex apostolo nobis obiiciunt, quod in epistola ad Corinthios legitur, ubi de mortuorum resurrectione disputat; sic enim loquitur: *Deinde finis cum tradiderit regnum deo et patri, cum destruxerit omnem principatum, et omnem potestatem, ac virtutem; oportet enim ipsum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: novissimus inimicus destruetur mors.* Cum autem dicit, subiicienda illa omnia, manifestum est eum excipi qui subiecerit ipsi omnia. *Cum autem subiecta ei fuerint omnia, tunc et ipse filius subiicietur ei qui sibi subiicit omnia, ut sit deus omnia in omnibus.* Hunc ergo locum arripiunt, et pro eo ac consueverunt propter insitum in dei filium odium adversus inexplicabilem ac magnificam illius divinitatem comparant, incredibili, ut saepe dictum est, insania perciti. Sic igitur obiiciunt: Videsne quam diserte dicat, *Cum postremo tradiderit regnum deo patri, cum destruxerit omnem potestatem et virtutem: oportet enim ipsum regnare, donec ponat omnes inimicos sub* Cap. LXXII. 1. Cor. 15, 24.

*scripsi Cornarium (qui vertit* destruunt) *et Petavium secutus. Libri habent* κατασκευάζοντες.

2. Δ[illegible] *cod. Ien.* δόξαν *cod. Rhedig.*

πόδας αὐτοῦ. Τὸ δὲ, Δεῖ, καὶ, Ἄχρι, καὶ, Ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν, χρόνου ἐστὶν ὁρισμός. Καὶ βλασφημοῦντές φασι, Παύσεως καὶ καταλύσεως τοῦ βασιλεύοντός ἐστι [3] ταῦτα δηλωτικὰ, Ἕως οὗ παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρί. Καὶ οὐκ ἴσασιν ἐξ ὑπαρχῆς τὸν νοῦν τῆς ἀληθείας, ὅτι διὰ τὸ μετεσχηκέναι τὸν μονογενῆ σαρκὸς καὶ αἵματος τὰ ἀνθρωποπαθῆ περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας προςληπτικὰ τῆς δόξης ᾄδεται καὶ λέγεται· ἀλλ' οὐκ ἐκτὸς τῆς τελείας ἀεὶ καὶ ἐνδόξου αὐτοῦ θεότητος, τῆς μηδὲν ἐνδεομένης [4] προςλαβέσθαι δόξης, ἐχούσης δὲ τὸ αὐτοδεδοξασμένον καὶ τὸ αὐτοτέλειον. [5] Ὡςαύτως περὶ τῶν δύο ἀπολογεῖται μερῶν, φάσκων περὶ μὲν τοῦ προσφάτου, Δόξασόν με, πάτερ, ἐν τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι, ὁ δὲ πατὴρ, τῶν [6] δύο σχέσεων ἀπαγγέλλων τὴν δόξαν, περὶ μὲν τῆς πρώτης κατὰ τὸ πνεῦμα ὅτι, Ἐδόξασα, ἵνα δείξῃ τὸ ἀόριστον, περὶ δὲ τοῦ προσφάτου διὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ὅτι, Καὶ πάλιν [7] δοξάσω· ἵνα καὶ ἐνταῦθα τὸ σαφὲς ἀποδειχθείη περὶ ὧν καὶ [8] ὁ ἀπόστολος εἴρηκε, περὶ αὐτοῦ διττῶς τὴν ἀλήθειαν ὑποτιθέμενος.

Κεφ. ογ'. Καὶ τὸ, Ἄχρις οὗ παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, διὰ τὴν ἀπὸ χρόνου ἀρχὴν γενομένην ἐνσάρκου παρουσίας. Ἡ γὰρ θεότης τοῦ μονογενοῦς ἦν ἀεὶ σὺν πατρὶ, ὅπερ ἐστὶ μονογενὴς θεὸς λόγος ἐκ πατρὸς προελθὼν ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως. Ἐπεὶ πῶς πληρωθήσεται τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, τὸ, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι; ἐπειδήπερ ἔλεγεν αὐτῇ, Τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· ἵνα δείξῃ ἄνωθεν τὸν θεὸν λόγον κατεληλυθότα, καὶ ἐν μήτρᾳ τῆς αὐτῆς παρθένου σαρκωθέντα καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντα· ἵνα μὴ διορίσῃ τὴν ἔνσαρκον τελείωσιν ἀπὸ τῆς ἐνθέου τελειώσεως, μετὰ προσθήκης τοῦ, Καὶ ἔλε-
pag. 800. γεν αὐτῇ, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς θεοῦ· εἶτα, Δώσει αὐτῷ ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ἀντιδιαστελλομένων τοίνυν τούτων [1] θατέρου πρὸς θάτερον, [2] τὸ, Δεῖ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ, καὶ, Βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας (καὶ οὐκ εἶπεν, Εἰς τὸν αἰῶνα μό-

3. δηλωτικὰ ταῦτα *cod. Rhedig.*
4. προςλαβέσθαι *emendatio est Cornarii (qui interpretatus est* quae nihil opus habet ut gloriam assumat). *Libri vulgo* προλαβέσθαι.
5. ὡς αὐτὸς *suspicatus est Petavius.*
6. „Deesse nonnihil suspicor." *Petavius.*

*pedibus ipsius?* Ubi haec verba, *Oportet*, et, *Donec*, et, *Cum tradiderit regnum*, definitum temporis spatium significant. Atque haec ipsa verba, *Donec tradiderit regnum deo et patri*, exitum aliquem finemque regni ei qui regnat accidere demonstrat. Haec illi per summam in deum contumeliam iactitant; neque quid veritas ipsa significet ullo modo percipiunt; nimirum quod unicus dei filius carnis ac sanguinis particeps fuerit, humanas eidem affectiones, eaque, quae gloriae quandam accessionem indicant, humanae illius naturae tribui, vulgoque praedicari; quod tamen a perfecta gloriaeque plenissima divinitate minime putandum est. Quae quidem divinitas cum ipsa per sese gloria praedita, ac perfecta sit, nequaquam externam atque adscititiam gloriam requirit. Nam et Christus ipse ea verbis expressit quae ad ambas illas partes propugnandas pertinere possunt. Itaque de ea quae recentior est accipi ista possunt: *Glorifica me, pater, ea gloria, quam habui apud te, antequam mundus fieret.* Pater autem duarum perinde conditionum et habitudinum gloriam demonstrans, de priore secundum spiritum sic loquitur: *Ego glorificavi;* ut infinitum quiddam declaret. De recentiore vero et hominis suscepta natura, *Et iterum glorificabo.* Ex quibus illustrari ac declarari potest hic apostoli locus de quo nunc agimus; in quo duplicem perinde sensum veritatis proposuit.

Nam haec verba, *Donec tradiderit regnum deo et patri,* ad hu- Cap.
manae naturae, quae certo tempore coepit, initium revocanda sunt. LXXIII.
Divinitas porro filii cum patre semper extitit, quae nihil aliud est quam unigenitus deus, verbum a patre sine ullo initio, vel tempore procedens. Alioqui quomodo angeli dictum illud reipsa perfici posset: *Spiritus domini superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit* Luc. 1, 35.
*te?* Dixerat enim Mariae virgini, *Paries filium, et vocabis nomen eius Iesum.* Quibus divinum verbum e coelo delapsum esse, atque in utero virginis carnem factum, perfectamque hominis naturam suscepisse, monstraret; ut ne perfectam corporis naturam a perfecta divinitate secerneret. Quare subinde illud adiecit eidemque dixit, *Ideoque et quod nascetur sanctum vocabitur Filius dei;* deinde, *Dabit ei deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.* Quamobrem cum haec ambo sibi invicem opposita esse videantur, videlicet, *Oportet ipsum regnare donec* etc., et, *Regnabit in domo Iacob in secula* (ubi obser-

7. *Post voc.* δοξάσω *Petav. incepit novum caput, distinguens* Ἵνα καὶ ἐντ. τ. σ. ἀποδειχθείη, περὶ ὧν *cett.*
8. ὁ *om. ed. Petav.*

Cap. LXXIII. — 1. θατέρων *codd. mss. uterque.*
2. *Scribendum* τῶν.

νον, ἀλλ', Εἰς τοὺς αἰῶνας), καὶ πάλιν [3] τὸ, Ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ἀντιπαρατιθέμενον τὸ, Καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος, ἀμφοτέρων δὲ τὰ τοιαῦτα περὶ κυρίου καὶ Χριστοῦ φησάντων, ἀξιοπίστων ἁπάντων ὄντων, τοῦ μὲν ἀγγέλου Γαβριὴλ ἁγίου ὄντος, τοῦ δὲ ἁγίου ἀποστόλου πνευματοφόρου ὄντος, τί ἂν φαίησαν οἱ τῆς ζωτικῆς πραγματείας ἄγνωστοι; μὴ [4] ἄρα ἀντίθετος εἴη ἡ γραφὴ πρὸς ἑαυτὴν τὰ πάντα ἀεὶ ἀληθεύουσα; Μὴ γένοιτο. Ἀλλ' ὡς ἀπαρχῆς εἴπομεν, διὰ τὸ προςληπτικὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὰ πάντα ἔχει τῆς εὐλόγου ἀκολουθίας. Εἰ γὰρ παραδίδωσι τὸ βασίλειον χρόνῳ, ἄρα νῦν οὐδὲ βασιλεύει. Εἰ δὲ οὔπω βασιλεύει, πῶς εὑρίσκεται προςκυνούμενος ἀεὶ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας καὶ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ; ὡς ἡ γραφὴ λέγει περὶ αὐτοῦ ὅτι, Ὅταν εἰςαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγουσα καὶ, Προςκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ, καὶ πάλιν, Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ, φησὶ, Αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. Ἆρα οὖν βασιλεύει ἀεὶ ὁ [5] πάντων προςκυνούμενος. Τί οὖν εἴπομεν, τοῦ υἱοῦ ἀεὶ βασιλεύοντος, ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν καὶ νῦν καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, ἐπεὶ μηδέπω παρέδωκε τὴν βασιλείαν τῷ πατρί; ἆρα ἐκτός ἐστι τοῦ βασιλεύειν ὁ πατήρ; Μὴ γένοιτο. Ἔστι γὰρ ἅμα πατρὶ βασιλεύων, καὶ πατὴρ ἅμα υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. Ἀλλὰ τί λέγουσιν, ὅταν παραδῷ τὸ βασίλειον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, παύεται αὐτὸς τοῦ βασιλεύειν; Μὴ γένοιτο. Ἐπεὶ πῶς πληροῦται τὸ, Καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι οὐδὲν ἐν τῷ υἱῷ πεπλήρωται, οὔτε πληροῦται, ἀφη-
pag. 801. νιάζον καὶ ἰδιάζον τῆς τοῦ πατρὸς ἑνώσεως καὶ ἑνὸς θελήματος πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. Ὁρῶμεν γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὡς περὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ [6] εἰρημένον ὅτι, Ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, ὡς αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ παραδιδόντος τὴν βασιλείαν, καὶ καταργοῦντος πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τὸ, Δεῖ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὡς τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα ποιοῦντος καὶ αὐθεντοῦντος καὶ ἐξουσιάζοντος, καὶ τῷ πατρὶ παραδιδόντος σὺν τῇ βασιλείᾳ τοὺς ὑποτασσομένους.

Κεφ. οδ'. Εἶτα λοιπὸν μεταβαίνει εἰς πρόσωπον ἕτερον πάλιν, τοῦ πατρὸς ὑποτάσσοντος πάντα τῷ υἱῷ, καί φησι, Πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Οὐκέτι δὲ ἀπὸ

3. *Scribendum* καὶ πάλιν τοῦ, Ὅταν - - ἀντιπαρατιθεμένου τῷ, Καὶ τῆς βασιλείας *cett.*

4. ἆρα *cod. Rhedig.*

5. ὁ πάντων *codd. mss. et ed. princ. Cf. Winer Grammat. d. neutestam. Sprach-*

vandum est, *In secula*, non, In seculum, dixisse), item cum illud, *Cum tradiderit regnum deo et patri*, huic contrarium sit, *Et regni eius non erit finis*, cumque haec ambo de Christo domino idonei ac fide digni auctores asserant (nam et angelus Gabriel sanctus est, et apostolus divino spiritu afflatus), quid nostri illi vitalis ac salutaris illius mysterii plane imperiti dixerint? Utrumne scriptura secum ipsa pugnat, quae nunquam a veritate deflectit? Minime vero. Sed, ut antea dicebamus, propter illam humanae naturae conditionem, quae accessionis capax est, consentanee omnia aptissimeque cohaerent. Etenim si regnum certo aliquo tempore traditurus est, consequens est ut nondum regnet. Quod si ita est, cur angelis et archangelis tam ante quam post incarnationem adoratus esse perpetuo dicitur? De eo quippe scriptura testatur, *Cum induceret primogenitum in orbem terrarum dictum esse*, et, *Adorent eum omnes angeli dei*, item, *Sedet ad dexteram patris*, deinde, *Coram illo flectetur omne genu coelestium, terrestrium et infernorum*. Necesse est igitur ut qui ab omnibus adoretur, perpetuo regnum obtineat. Iam vero cum perpetuo penes filium iam olim fuerit, et modo sit, et deinceps regia sit futura potestas (quandoquidem regnum patri nondum tradidit), quid tandem existimabimus? Patremne ab regno interim exclusum? Minime vero. Regnat enim cum patre filius, et cum filio ac spiritu sancto pater. Sed quid asserunt isti? *Cum tradiderit regnum deo et patri*, num regnare desinet? Nequaquam certe. Quomodo enim verum illud esset angeli responsum, *Et regni eius non erit finis?* Hoc igitur significare voluit apostolus, nihil impletum in filio implerive quod a paterna coniunctione atque una eademque patris et filii et spiritus sancti voluntate discrepans sit aut seiunctum. Siquidem et hoc loco de filio ipso dictum animadvertimus, *Cum tradiderit regnum deo et patri: cum destruxerit omnem principatum, et potestatem, et virtutem;* tanquam filius ipse regnum tradat, ac principatum omnem destruat etc. Ad haec, *Oportet*, inquit, *ipsum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus suis;* quasi filius omnia perficiat, ac pro auctoritate sua et potestate moderetur, et patri denique una cum regno subiectos offerat.

Hebr. 1, 6.

Philipp. 2, 10.

Cap. LXXIV.

Post haec aliam ad personam transit: *Patre filio subiiciente omnia;* et, *Omnia subiecit*, inquit, *sub pedibus eius; novissimus inimicus destruetur mors.* Ubi non amplius ex persona patris dunta-

*idioms* §. 30, 4. *p.* 178 *sq.* ὁ ὑπὸ πάντων *ed. Petav.*

6. εἰρημένον *emendavit Petavius. Libri habent* εἰρημένου.

προςώπου πατρὸς μόνον, οὐδὲ ἀπὸ προςώπου υἱοῦ μόνον, ἀλλὰ [1]μεσαίτατα τῶν προςώπων πατρὸς καὶ υἱοῦ φησι, Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Ὅταν δὲ εἴπῃ ὅτι, Πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, ἤθελον ἐρωτῆσαι τοὺς αὐτοὺς, ἀπὸ προςώπου τίνος τὸ Εἴπῃ λέγει; τὸ γὰρ βάθος τῶν μυστηρίων τοῦ θεοῦ πνευματικῶς τοὺς σαρκικοὺς κρίνει· ὁ γὰρ σαρκικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν. Ἐνταῦθα γὰρ, Ὅταν εἴπῃ ὅτι πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, εἰ μὲν ὁ πατὴρ λέγει πρὸς τὸν υἱὸν, ἐλλιπὴς ἡ πραγματεία· ὑπέταξε γὰρ ὁ υἱὸς [2]τὰ πάντα τῷ πατρί· εἰ δὲ ἀπὸ προςώπου υἱοῦ τὸ, Ὅταν εἴπῃ τὰ πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, λέγεται, ἐλλιπὲς τὸ φρόνημα, ὅτι μελλητικά τινα ἐν θεῷ, ἢ ἐν πατρὶ, ἢ ἐν υἱῷ, λογίζεται. Τίς δέ ἐστιν ὁ λέγων ὅτι, Πάντα ὑποτέτακται; οὐ γὰρ εἶπεν, Ὅταν εἴπωσιν. Εἰ γὰρ ἦν τοῦτο τοῦ υἱοῦ τὸ, Ὅταν εἴπωσι, λεγόμενον, ἠδύνατο πληροῦσθαι ἢ ἐπὶ τοὺς ἀγγέλους, ἢ ἐπὶ τοὺς ὑποταγέντας. Ἐπειδὴ δὲ ἄνω ἐσήμανε τὸν υἱὸν ὑποτάσσοντα τῷ πατρὶ καὶ παραδιδόντα, καὶ τὸν πατέρα ὑποτάσσοντα τῷ υἱῷ τὰ πάντα, περιελείπετο δὲ τοῖς [3]λεξιθήρεσι τὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου πρόςωπον, τούτου ἕνεκα ἀπαρεμφάτως μετὰ τὸ πρόσωπον τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς τὸ πρόςωπον ὑπέφαινε τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἀναγγέλλοντος ἀεὶ τὰ πα-
pag. 802. τρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ διδάσκοντος ἵνα μὴ ἐλλιπῆ ποιήσῃ τὴν τελείαν γνῶσιν [4]τῆς τριάδος καὶ τῆς ἐνσάρκου προςληπτικῆς δόξης παρουσίας. Εἶτα, φησὶ, Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Ὁ δὲ καταργηθεὶς πεπέδηται, οὐκέτι ἐνεργῶν ὃ ἐνεργεῖ, οὐδὲ ἔτι ὑπάρχων· καὶ γὰρ κατήργηται.

Κεφ. οε΄. Τί οὖν οἱ τὸ συνιέναι τὰς γραφὰς ἀγνοοῦντες ἔχουσι περὶ τούτου λέγειν; δεῖ ἡμᾶς ἄρα λογίσασθαι περὶ τοῦ υἱοῦ ὅτι ἀργήσει τοῦ βασιλεύειν; εἰ οὕτως ἄρα εἶχεν ἡ λέξις. Ἀλλὰ ἀσεβήσομεν καὶ αὐτὸν μετὰ τῶν ὑποτασσομένων ἐναριθμῆσαι μάλιστα, μετὰ τὸ ἐνεργεῖν οὗ ἐνήργει παυομένου· ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Οὐδεὶς γὰρ τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων, καὶ ἐλπιζόντων ἐν ἀληθείᾳ, διανοηθήσεται ἀπρεπῶς τῇ αὐτοῦ δόξῃ λέγειν, ἢ ἀκούειν, ὡς οὗτοι ματαίως φρονοῦσι. Πάντα δὲ ἡ θεία γραφὴ διδάσκει, Ὅταν εἴπῃ, Πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, δηλονότι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος [1] αὐτῷ τὰ πάντα. Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ὅπως τὸ ἀπαρχῆς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου σημανθὲν, καὶ

Cap. LXXIV. — 1. μεσώτατα *lego in cod. Rhedig., et cod. Ien. quoque in syllaba* αι *voc.* μεσαίτατα *rasurae habet vestigia.*
2. τὰ *non habet cod. Rhedig.*
3. *Suspicor* λεξιθῆρσι. *Cf. supra cp.* 61.
4. *Libri vulgo* τῆς περὶ τριάδος. *Petavius suspicabatur* περὶ τῆς τριάδος. *Equi-*

xat, neque ex solius persona filii, sed tanquam ab alia inter utramque interiecta subiicitur: *Novissimus inimicus destruitur mors.* Cum autem dicit, omnia huic esse subiecta, libet illos interrogare, cuius ex persona vox illa, *Dicit,* pronuntiata sit. Siquidem divinorum mysteriorum altitudo carnales homines spiritaliter diiudicat: *Nam carnalis non percipit ea quae dei sunt; stultitia enim est ipsi.* 1.Cor. 2, 14.
Haec enim, *Cum dicit omnia ei esse subiecta,* si ita accipiantur, quasi filio pater dixerit, manca est ac defecta narratio. Quippe filius omnia patri subiecit. Sin ex filii persona usurpatum putetur istud ipsum, *Cum dicit huic omnia subiecta,* non minus sensus ipse deficit, eo quod mora quaedam ac tarditas deo, sive patri, sive filio tribuitur. Quis igitur est qui *subiecta esse dicit omnia?* Non enim scriptum est, *Cum dicunt.* Nam si ad filium referri deberet istud, *Cum dicunt,* vel ad angelos, vel ad eos qui subiecti sunt, pertinere posset. Iam vero cum antea patri filium omnia subiecisse ac tradidisse docuisset, ac vicissim filio patrem omnia subiecisse, vocum porro captatoribus una spiritus sancti persona restaret, ob id filii ac patris personis spiritus sancti personam non expresse, sed infinite subtexuit, eius videlicet spiritus qui patris et filii arcana nuntiat ac perdocet. Quod ideo factum est ne ad perfectam trinitatis, et humanae naturae, ad quam gloriae fieri potest accessio, cognitionem quicpiam deesset. *Deinde novissimus,* inquit, *inimicus destruitur mors.* Porro qui destruitur quodammodo detineri vinctus intelligitur; ut quod facere solebat non moliatur amplius, adeoque cum destructus sit, non amplius existat.

Cap. LXXV. Quid igitur sacrarum literarum imperiti ea de re dicere possunt? An de filio cogitandum nobis illud est, regnandi finem unquam esse facturum? Si quidem ita sese illa vox haberet. Atqui impium quiddam a nobis admittetur, si illum in subditorum sibi ordinem redigere voluerimus, ut cum opus suum praestiterit, ab agendo desistat. Sed absit a nobis tam impia de Christo sententia. Nemo enim, qui quidem in ipsum credat aut speret ex animo, indignum quicquam de illius gloria praedicare aut audire sustinebit, cuiusmodi perperam isti et absurde sentiunt. Ceterum omnia sacris in literis docentur, *cum dicit, Omnia illi subiecta sunt,* haud dubium quin praeter illum qui subiecit illi omnia: *Cum autem subiecta ei fuerint omnia, tunc et filius ipse subiicietur ei qui sibi subiecit omnia.* Ut quod initio declaravit angelus, estque a nobis huic loco propter af-

*dem delevi praepositionem περὶ quam accrevisse persuasum mihi est ex syllaba τρι vocabuli quod sequitur τριάδος.*

Cap. LXXV. — 1. αὐτοῦ *codd. mss. uterque.*

ἐνταῦθα διὰ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ λόγου συζευχθὲν, τὴν φράσιν πᾶσαν τῆς δυνάμεως τοῦ λόγου ἀποφάνοι, ἀκολούθως τε καὶ τηλαυγῶς. Ὡς καὶ ὁ ἄγγελος τὸ ὅμοιον ἔλεγεν, ἄνωθεν μὲν σημάνας τὸν υἱὸν, εἶτα μετὰ προσθήκης περὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τὴν συνένωσιν δηλῶν, ὅτι, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ, μετὰ προσθήκης τοῦ καὶ Ἁγίου, κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὴ [2] καὶ τὸ, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον κληθήσεται Υἱὸς θεοῦ, τούτου ἕνεκα αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα μηκέτι τὸ σαρκικὸν σαρκικὸν εἴη τῇ δυνάμει, ἀλλὰ συνηνωμένον τῇ θεότητι, τὸ σαρκικὸν εἰς μίαν ἕνωσιν συνηνωμένον, σὺν πατρὶ βασιλεῦον, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ ἐξότε μὲν ἀνέστη, ἀρχὴν [3] λαβὸν τὸ, Ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι· συνήνωται γὰρ ὁμοῦ εἰς μίαν τὴν αὐτοῦ θεότητα πνευματικῶς τὸ σαρκικόν. Ἐπειδὴ [4] δὲ λέγει, Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, ἕως τῆς παρουσίας τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ, Οὕτως ὄψεσθε αὐτὸν, ὃν τρόπον
pag. 803. [5] εἴδετε αὐτὸν ἀναλαμβανόμενον, τότε λοιπὸν πάντων τελειωθέντων, καὶ μηδενὸς τῶν πρὸς πλήρωσιν ὑπολειπομένων [6] τὸ ἐπὶ τὴν αὐτοῦ θεότητα ἀναφέρειν τὸ, Ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν, ἔστι σημαινόμενον, ἵνα μὴ εἴη διαίρεσις, οὐ γάρ ἐστιν, ἵνα μὴ νομισθῇ πολυθεΐα, μία γάρ ἐστιν ἡ δοξολογία. Οὔτε γὰρ νῦν ὡς τυραννῶν ὁ υἱὸς οὐχ ὑποτέτακται τῷ πατρὶ, οὔτε ὑποτέτακται ὡς δοῦλος καὶ ἐξουσίαν μὴ ἔχων, ἐκ πατρὸς γεγεννημένος τῆς αὐτῆς φύσεως, καὶ τῆς αὐτῆς θεότητος, οὔτε τότε κατὰ ἔλλειψιν, οὔτε κατὰ ὑπόβασιν, οὔτε κατὰ ἀνάγκην, ἢ κατὰ [7] λῆξιν ὑποτάσσεται τῷ πατρὶ, ἀλλ' ὡς υἱὸς γνήσιος μονογενὴς, σὺν πατρὶ βασιλεύων ἀεὶ εἰς μίαν ἑνότητα, καὶ εἰς ἓν γέρας τιμῆς ἀνάγων τὴν πᾶσαν κτίσιν, καὶ διδάσκων αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ θεότης, μία ἡ κυριότης, μία δοξολογία πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, πρεπόντως τιμωμένου τοῦ πατρὸς ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ὡς γνησίου υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς οὐκ ἀλλοτρίου ὄντος πατρὸς καὶ υἱοῦ. Καὶ ἀποκλειέσθωσαν τῶν κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος βλασφημούντων αὐτοὶ οἱ λόγοι, καὶ τὰ ἐπινοήματα τῆς πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἔχθρας. Καὶ ἔτι πάλιν τὰ κακῶς ὑπ' αὐτῶν ἐπινοούμενα φωράσαντες ἀνατρέψομεν.

Κεφ. οϛ'. Πάλιν λέγουσι τῶν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου λέξεις τινὰς, καί φασιν, Διὰ τί οὐ δύναται ποιεῖν οὐδὲν ὁ υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ ἴδῃ τὸν

2. καὶ τὸ cod. Rhedig. τὸ καὶ reliqui libri. princ. Quod certe habet unde defendi possit.

3. λαβὼν codd. mss. uterque et ed.

4. δὲ non habet ed. Petav.

finitatem ac similitudinem adiunctum vim omnem divini verbi consentanee ac perspicue declaret. Nam et angelus idem propemodum dixit, cum significato dei filio, subinde quibusdam additis, assumptae hominis naturae et cum verbo coniunctae mentionem iniecit: *Propterea*, inquit, *et quod nascetur ex te* (ubi *sanctum* adiecit) *vocabitur Filius dei*. Luc. 1, 35. Quae cum ita sint ac voces illae, *Propterea*, et, *Quod nascetur vocabitur Filius dei*, usurpatae ab angelo fuerint, recte filius ei subiiciendus dicitur, *qui sibi universa subiecit;* ut ne quod carnale est amplius sit virtute carnale, sed cum divinitate coniunctum; illud, inquam, ipsum carnale in unum copulatum cum deo, et cum patre ac spiritu sancto regnum illud obtinens, *cuius non erit finis*. Cuius quidem, ex quo resurrexit, velut initium accepit: *Ut sit deus omnia in omnibus;* quod in unam divinitatem spiritaliter sit illud carnale coniunctum. Sed quod ita loquitur: *Hoc facite in meam commemorationem, donec veniat filius hominis*, item: *Sic illum videbitis, quemadmodum vidistis ascendentem in coelum;* Luc. 22, 19. et 1. Cor. 11, 21. Act. 1, 11. tum demum perfectis omnibus, nec ulla re praetermissa, ad ipsius divinitatem revocatum iri omnia eadem illa verba demonstrant: *Ut si deus omnia in omnibus;* ne qua sit divisionis suspicio; quae nulla est, ut non deorum multitudo fingatur. Nam una est personarum omnium, ac singularis gloria. Et vero non, quasi tyrannidem usurparit filius, patri modo non subiicitur, neque tanquam servus ac propria potestate carens eidem subiicitur, cum sit a patre genitus, eademque cum ipso natura ac divinitate praeditus. Neque tunc propter ullum defectum, aut velut imminutionem capitis, ac necessitatem, sive potestatis abrogationem patri subiiciendus est, sed perinde ac germanus et unicus filius, qui cum patre perpetuo regnat, et ad unam singularitatem atque unum decus et honorem creatas res omnes revocat, et ecclesiam suam instituit: *Ut si deus omnia in omnibus*. 1. Cor. 15, 28. Quoniam una est patris et filii et spiritus sancti divinitas, dominatus unus, singularisque gloria, a filio porro, tanquam ab germano filio, patri, ut par est, honor tribuitur, nec non et a spiritu sancto, cum a patre et filio minime sit alienus. Facessant itaque contumeliosorum in dei filium ac spiritum sanctum impiae voces, ac sacrilegae, argumentaque omni in eosdem hostilitate referta. Nos autem cetera male ab illis excogitata, et hoc loco patefacta, diluemus.

Cap. LXXVI. Aliis igitur ex evangelio prolatis auctoritatibus ita disputant: Quid est quod *nihil a seipso facere filius potest, nisi patrem facien-* Ioann. 5, 19.

5. *Libri vulgo* ἴδετε.

6. τὸ *reposui pro* τῶν *quod in libris vulgo extat. Petavio locus videbatur mutilus esse.*

7. λῆξιν *emendarunt Cornarius (vertit enim* iuxta cessationem) *et Petavius.* λέξιν *in libris est.*

πατέρα ποιοῦντα; καὶ [1]οὐ νοοῦσιν ἀπαρχῆς τὰ λεγόμενα, ὅτι καί τοί γε ὁ πατὴρ οὐ πρότερον ἐποίησε, καὶ ὕστερον ὁ υἱὸς ἐτεχνάσατο. Ποῖον γὰρ οὐρανὸν ἐποίησε καθ' ἑαυτὸν ὁ πατὴρ, ἵνα ἀπὸ τοῦ τύπου τοῦ πρώτου οὐρανοῦ λαβὼν τὸ ὁμοίωμα ὁ υἱὸς οὕτως ἐργάσηται; ἀλλ' οὐδεὶς τοῦτο δύναται δεῖξαι τῶν τὴν κακίαν ἐπινοούντων. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἀλλ' ἅμα ἐν ἀρχῇ ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ φάσκει, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ οὐκ εἶπε, Δεῦρο, ποιήσω, καὶ ὑποδείξω πῶς ἐργάσῃ. Ἔπειτα δὲ, Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐποίησε, καὶ ἔδειξε τῷ υἱῷ πῶς δεῖ ποιεῖν τὸν ἄνθρωπον. Οὔτε γὰρ ἐν ἀγνοίᾳ ἦν ὁ υἱὸς, ἵνα μετὰ τὸ μαθεῖν τέχνην τότε τὰ ἐξ
pag. 804. αὐτῆς ἐργάσηται. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἐλθὼν ὁ κύριος ἡμῶν τὴν σάρκα ἐνεδύσατο, καὶ ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ ἐν ἡμῖν συνανεστράφη, εἶχε δὲ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τὸν λόγον, οἵτινες ἐνόμιζον αὐτὸν τὰ τοῦ πατρὸς καταλύειν, βουλόμενος ἀναγαγεῖν τὴν διάνοιαν, τοῦ μὴ προςέχειν τῇ αὐτοῦ ἐνανθρωπήσει μόνον, ἔλεγεν, Οὐδὲν ποιεῖ ὁ υἱὸς, ἐὰν μὴ ἴδῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἵνα δείξῃ τὸ ἔργον τοῦ υἱοῦ εἶναι ἔργον τοῦ πατρὸς, καὶ τὸν πατέρα εὐδοκοῦντα ἐπὶ τῇ αὐτοῦ τῆς πάσης ἐργασίας οἰκονομίᾳ. Οὕτω καὶ κατὰ ἀκολουθίαν καὶ τὰς ἄλλας λέξεις προςκόπτοντες, ὡς θῆρες, καὶ ἐλεγχόμενοι ἀπὸ προσώπου τῆς τοῦ λόγου ἀστραπῆς, τῆς ἀληθείας, διωχθήσονται. Ἄστραψον ἀστραπὴν, καὶ σκορπιεῖς αὐτούς· ἐξαπόστειλον τὰ βέλη σου, καὶ συνταράξεις αὐτούς.

Κεφ. οζ'. Πρόςκειται γὰρ ταύτῃ τῇ λέξει [1]ἃ ἀναλέγουσι καθ' εἱρμὸν, καὶ λέγουσιν ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, Ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ, καὶ μείζονα τούτων [2]δείξει αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε· καὶ πάλιν, Ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ· ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ· καὶ πάλιν, Οὐδένα γὰρ ὁ πατὴρ κρινεῖ, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. Ὅρα δέ μοι λοιπὸν, Ἄρειε, τὸ πέρας τῆς πρὸς σὲ διαλογῆς, ποῦ ἀπετέλεσεν ὁ λόγος; οὐκ εἶπέ τινας ναὶ, καί τινας οὔ, ἀλλ' ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, ὡς τιμῶσι τὸν πατέρα. Μὴ ἀτίμαζε τοίνυν τὸν υἱὸν, ἵνα μὴ ἀτιμάσῃς τὸν πατέρα· εἰ γάρ τι εἰς τὸν υἱὸν λογίζῃ [3]ὑποβεβηκὸς ἢ ἐλάττωμα διανοεῖσθαι, οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὸν πατέρα ἀναβαίνει σου ἡ διάνοια. Τῆς γὰρ αὐτῆς σοι τολμηρίας ἐστὶ τὸ εἰς τὸν υἱὸν διανοεῖσθαι, καὶ μὴ τιμᾶν αὐτὸν καθάπερ τιμᾷς τὸν πατέρα. Ἵνα γὰρ καὶ δῷ αὐτῷ ὁ πατὴρ, λέγε μοι, ὦ γεννάδα, τί λέγει; Ἵνα ὃν θέλῃ ὁ υἱὸς ζωογονήσῃ. Οὐκ εἶπεν, Ὃν κελεύεται. Ἔδει δὲ ταῦτα [4]πάντα τὸν υἱὸν

Cap. LXXVI. — 1. οὐ *vitium est ed. Pelav.*

Cap. LXXVII. — 1. ἣν *volebat Petavius.*

*tem viderit?* Sed nullo modo horum verborum sententiam assequuntur; neque vident nihil esse quod a patre antea factum et a filio deinde fabricatum fuerit. Quod enim coelum solus per sese pater molitus est, ut ad prioris huius exemplar simile alterum filius expresserit? Nihil eiusmodi ab iis impietatis architectis demonstrari potest. *In principio enim fecit deus coelum et terram.* Imo iam tum Gen. 1, 1.
ipso fabricandi mundi principio dixit, *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem.* Non dixit, Age faciam prius, et quemadmodum moliri debeas ostendam. Deinde, *Fecit deus hominem.* Non dixit, Fecit, et ostendit filio quemadmodum fabricandus homo sit. Siquidem nulla in filio inerat ignorantia, ut posteaquam artem condidicisset ex illius praescripto moliretur. Verum ubi ad nos delapsus Christus dominus humana carne vestitus est, et homo factus est et nobiscum versatus, cum Iudaeos alloqueretur, qui ab ipso opera patris everti sibi persuaserant, quo eorum animos a solius humanae naturae contemplatione revocaret, *Nihil*, inquit, *filius facit, nisi facientem patrem viderit;* ut opus filii esse patris opus ostenderet, eidemque patri suam omnem administrationem ac functionem placere. Sic igitur deinceps infelices isti, qui alias scripturae sententias, tanquam immanes ferae, concidunt ac lacerant, convicti divini verbi ac veritatis splendorem, velut fulgure quodam consternati, fugient. *Fulgura*, inquit, *coruscationem, et dissipabis* Psalm. 143, 6.
*eos: emitte sagittas tuas, et conturbabis eos.*

Etenim illi scripturae loco quem ex evangelio proferunt statim Cap. LXXVII.
illud ordine subtexitur, *Pater enim diligit filium, et omnia demon-* Ioann. 5, 20.
*strat ei quae ipse facit, et iis maiora opera demonstrabit, ut vos miremini:* item, *Pater suscitat mortuos et vivificat similiter, et filius quos vult vivificat:* item, *Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorent filium, sicut honorant patrem.* Animadverte nunc, Ari, hunc ipsum institutae contra te a nobis disputationis exitum. Non dixit a quibusdam honorari debere, ab aliis non debere, *sed ut omnes*, inquit, *honorent filium, sicut honorant patrem.* Cave igitur dehonestes filium, ne dehonestes et patrem. Nam si quid in filio suspiceris inferius aut defectum reperiri, in patris ignominiam tua illa cogitatio redundabit. Est enim eiusdem in te temeritatis et audaciae sive eiusmodi aliquid adversus filium conceperis, sive non honores ipsum, *ut honoras patrem.* Nam ut ipsi det aliquid pater, dic, amabo te, hominum confidentissime, quid dicit? *Ut quem vult filius vivificet.* Non dixit, Quem iubetur; haec enim omnia a pa-

2. δείξῃ *codd. mss. et ed. princ.*
3. ὑποβεβηκῶς *codd mss. et ed. princ.*
4. πάντα *om. in ed. Pelav. Colon. repet.*

*δέξασθαι παρὰ πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐλάττονα εἶναι παρὰ τὸν πατέρα, μάλιστα κατὰ δύο τρόπους· πρῶτον μὲν διὰ τὸ ἀναγαγεῖν ἡμῶν τὴν διάνοιαν εἰς μίαν ἕνωσιν θεότητος, πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ μὴ εἰς μερισμοὺς καὶ πολυθεΐαν καταγαγεῖν τὸν τῶν*
pag. 805. *ἀνθρώπων λογισμὸν, ἀλλὰ ἀναφέρειν εἰς μίαν ἑνότητα· δεύτερον δὲ καὶ εἰς τὴν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας μεταβολὴν δόξης καὶ συνένωσιν τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εὐφρᾶναι διὰ τῆς ὑποσχέσεως ἧς εἶπεν ὅτι, Εἰσὶ τῶν [5] αὐτοῦ ἑστώτων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. Καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ὡς λέγει τὸ εὐαγγέλιον, ἢ ὡς τὸ ἕτερον λέγει, μετὰ ἓξ ἡμέρας (οὐ τῶν εὐαγγελιστῶν ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων λεγόντων, ἀλλὰ μιᾶς οὔσης τῆς ἀκριβείας, ἀεί ποτε δὲ ἀσφαλιζομένης, ἵνα μὴ πρόφασις γένηται [6] τὸ τοὺς ἀνθρώπους [7] προσκόπτειν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις, ἐπειδήπερ ἔγκειται ἡ ἔννοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος ἐπιμελῶς. Διὰ τοῦτο εἷς εὐαγγελιστὴς Τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ εἶπεν. Ἦν γὰρ μέρος τι τῆς ἡμέρας ὑπολειπόμενον, ὅτε τὸν λόγον ἔφη, καὶ συνηρίθμησεν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας, εἰ ἦν [8] ἡ ἡμέρα [9] κεκλικυῖα περὶ ἐνάτην ὥραν ἢ δεκάτην. Καὶ πάλιν ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περὶ τὴν τρίτην ἢ τετάρτην ὥραν τοῦ πράγματος γεγονότος, ὀγδόη αὕτη ἐκαλεῖτο. Ὁ δὲ ἄλλος εὐαγγελιστὴς ἀσφαλίζεται, καὶ λέγει, Μετὰ ἓξ ἡμέρας. Οὐκ ἠρίθμησε γὰρ ἐν ᾗ τὸν λόγον [10] ἔφη τοῖς μαθηταῖς, οὐδὲ ἐν ᾗ τὸ ἔργον ἐπετέλεσεν, ἀλλὰ τὰς μέσον ἓξ πληρεστάτας ἡμέρας.*

Κεφ. οη'. *Ὧδε δὲ περὶ τὸν λόγον γενόμενος τὴν φράσιν ὑπέδειξεν, [1] ὅπως παραλαβὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον ἀνήνεγκεν αὐτοὺς εἰς τὸ ὄρος, καὶ μετεμορφώθη, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὸ ἐν σαρκὶ πρόσωπον συνὸν ἐν τῇ θεότητι. Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λευκὰ ὡς χιὼν, δηλονότι ἡ σὰρξ ἡ ἀπὸ Μαρίας οὖσα, καὶ ἐκ τοῦ ἡμετέρου γένους τυγχάνουσα. Καὶ μετεμορφοῦτο εἰς δόξαν, δόξαν ἐπικτωμένη τῆς θεότητος, τὴν τιμήν τε καὶ τελειότητα, καὶ δόξαν τὴν ἐπουράνιον, ἣν μὴ εἶχεν ἡ σὰρξ ἀπαρχῆς, ἐνταῦθα δὲ λαβοῦσα ἐν τῇ συνενώσει τοῦ θεοῦ λόγου. Οὕτως τὰ προειρημένα νόει, ὅτι τὴν πᾶσαν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν, ἵνα ὃν θέ-*
pag. 806. *λει ζωογονήσῃ· ἵνα τὴν μὲν πρώτην ἀρχὴν δείξῃ τὴν ἕνωσιν τῆς μιᾶς θεότητος, καὶ τὸ ἓν θέλημα ἐπὶ τὸν πατέρα φέρειν τὰ ὅλα τῆς ἀγα-*

5. αὐτοῦ *om. ed. Petav.*
6. *Fortasse* τοῦ.
7. προκόπτειν *codd. mss.*
8. ἡ *om. cod. Rhedig.*
9. κεκληκυῖα *codd. mss. et ed. princ.*
10. εἶπε *cod. Rhedig.*
Cap. LXXVIII. — 1. ὅπως *emendavit Petavius.* ὅμως *habent libri.*

tre filius accipere debuit, sed non ut ipso esset inferior. Quod quidem duobus modis intelligere possumus. Primum ut mentem nostram ad unam et singularem patris, filii, et spiritus sancti divinitatem eveheret, neve ad quaedam deorum velut divortia hominum cogitationes demitti pateretur, sed ad unum et singulare quiddam attolleret. Secundo ut ad assumptam hominis naturam, quae gloriae vicissitudinem mutationemque caperet, atque ad divinitatis suae coniunctionem intelligendam perduceret; cum enim ad discipulos suos pollicitationis huiusmodi spe exhilarandos venisset, quam ostenderat: *Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec viderint* Matth. 16, 27.
*filium hominis venientem in gloria sua.* Deinde octava die, ut in et Marc. 9, 1.
evangelio scriptum est, vel ut aliud evangelium narrat, post sex Luc. 9, 27.
dies (non quod evangelii scriptores hallucinati sint, sed quod licet eadem sit omnium certitudo, eadem tamen munienda videatur, ne hominibus ad ea quae praecipua ac necessaria sunt offendendi ulla praebeatur occasio; quandoquidem *prona est impensius in malum ab* Gen. 8, 21.
*adolescentia hominis cogitatio:* propterea octava die scripsit evangelistarum alter, quod, cum a Christo illa pronuntiata sunt, nonnulla pars diei superesset, a qua die et hora numerandi initium fecit, ut puta cum iam in nonam aut decimam horam dies incumberet): deinde octavo die hora circiter tertia, vel quarta res ipsa contigit, quae dies octava numerata, cum alius evangelista, maioris cautionis gratia, post sex dies id contigisse narret; quoniam neque diem illum comprehendit quo dominus apostolis ista locutus est, nec illam in qua opus illud absolvit, sed interiectos ac plenos tantummodo sex.

Ergo evangelista cum ad eiusmodi narrationem venisset, ita Cap. LXXVIII.
rem omnem exponit: Quemadmodum *Petrum et Ioannem et Iacobum adhibens eduxit illos in montem, et transfiguratus est, et resplenduit facies eius sicut sol;* ea facies, inquam, quae erat cum divinitate coniuncta: *vestimenta autem eius candida facta sunt sicut nix.* Quamobrem illa caro quae et ex Maria virgine sumpta, et ex nostro genere suscepta fuerat, in gloriam splendoremque commutata est, et quidem divinitatis gloriam, cuius ad illam est accessio facta, nec non et honoris ac perfectionis dignitatisque coelestis, quam cum hactenus caro non habuisset, hic, posteaquam cum divino verbo copulata est, obtinuit. Ad eum itaque modum quae antea dicta sunt accipies, *Omne iudicium dedit filio;* quoniam *dedit ei potestatem, ut quem vult vivificet.* Quare ut et primum principium declararet, et unam divinitatem ac singularem in trinitate voluntatem esse monstraret, quae ad bonitatem pertinent, ad patrem ipsum, hoc est ad

θοσύνης, καὶ ἐπὶ τὴν μίαν ἀρχὴν καὶ θεότητα τῶν τριῶν οὐσῶν τελείων ὑποστάσεων, μιᾶς δὲ θεότητος, πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῆς ἐνσάρκου πάλιν παρουσίας προςλαμβανούσης μετὰ τῆς θεότητος τὴν ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ κεχαρισμένην αὐτῇ τοῦ ἀξιώματος δωρεάν τε καὶ ἐξουσίαν καὶ τελειότητα, καὶ εἰς μίαν [2] θεότητος [3] πνευματικὴν συνένωσιν.

Κεφ. οθ'. Καὶ μάλα μόλις διεδράσαμεν τὸ δυσθαλάττιον τοῦτο χωρίον, καὶ τὴν πᾶσαν ταύτην θηριοβολίαν, ἄγριά τε κυμάτων [1] κυρτώματα, ἀφρισμοὺς δὲ καὶ σάλους δεινοὺς, βέλη τε ἐναντίων καὶ θυρεοὺς κατακαύσαντες κατὰ τὸν ὀρθὸν λογισμὸν ἐν διανοίᾳ, τόξα τε τῶν δι' ἐναντίας κατακλάσαντες, ἐπὶ τὸ ἑρπετὸν τοῦτο τὸ πολυκέφαλον, ὕδρας ἄμορφον κατάστημα, λαβόντες ἐκ θεοῦ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν χάριν οἱ ἀνίκανοι, ὥςτε ἐν θεῷ ἰσχύσαντες τὴν ἐπινίκιον ᾄδειν φωνὴν, λέγουσαν, Ἄισωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν· καὶ συντρίψαντες τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος ἐπάνω τοῦ ὕδατος, τοῦ ἡσύχως πορευομένου, οὗ οὐκ ἠθέλησαν τὴν μετοχὴν [2] ἔχειν οἱ νέοι μετὰ Ἰουδαίων κληρονομίαν κεκτημένοι, πρὸς οὓς ἀποτεινόμενος ὁ προφήτης ἔλεγε, Διὰ τὸ μὴ θέλειν [3] ὑμᾶς ὕδωρ τοῦ Σηλωὰμ τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἀλλὰ βούλεσθαι ἔχειν ὑμᾶς τὸν [4] Ῥαασσὼν τὸν βασιλέα, καὶ τὸν Ταβεὴλ υἱὸν Ῥομελίου, ἰδοὺ, ἐπάγει κύριος ἐφ' ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ ἰσχυρὸν, τὸν βασιλέα τῶν [5] Ἀσσυρίων, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡμεῖς δὲ λαβόντες ἐν κυρίῳ τὴν βοήθειαν, καὶ τὸ ἀπὸ ἀληθινῆς σαρκὸς πτύσμα ἐπὶ τῆς γῆς βεβλημένον, καὶ [6] τὸ μετὰ πτύσματος φύραμα τοῦ πηλοῦ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν κεχαραγμένον, ἵνα οἵ ποτε ἐν ἀγνοίᾳ, νῦν τὴν ἀλήθειαν γνῶμεν, ἀπελθόντες καὶ νιψάμενοι ἐν τῷ Σηλωὰμ, τῷ ἀπεσταλμένῳ ἑρμηνευομένῳ, τουτέστιν ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, καὶ ἐν θεότητι τελειότητος, καὶ λοιπὸν ἑωρακότες οὐκέτι ἀρνούμεθα τὸν κύριον, εἰ καὶ ἀποσυναγώγους ἡμᾶς ποιήσωσιν οἱ τῆς Ἀρείου φατρίας καὶ Ἰουδαίων διάδοχοι. Ἔθεντο γὰρ καὶ οὗτοι, καθάπερ κἀκεῖνοι, πάντα τὸν ὁμολογοῦντα
pag. 807. τὸν κύριον ἀποσυναγωγὸν αὐτῶν γενέσθαι, ἵνα δείξωσι τὸν ἀναβλέψαντα ἔλεγχον γεγονότα τῶν ἀβλεπτούντων. Εἰ μὴ γὰρ ἦν ἡ συναγωγὴ αὐτῶν τυφλὴ ὅλη, οὐκ ἂν οὗ ἠνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ ἀποσύνακτον ἐποίουν. Εὐχαριστήσωμεν τοίνυν τῷ κυρίῳ ὅτι καὶ ἀνεβλέψαμεν, καὶ ὁμολογοῦμεν τὸν κύριον, καὶ ἐθεραπεύσαμεν τὰ σίνη, ἐὰν καὶ τὸ ἔργον τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ πράξωμεν, καὶ κατεπατήσαμεν τὸν

2. θεότητος *codd. mss. uterque, et ed. princ.* θεότητα *ed. Petav.*
3. πνεύματι *cod. Rhedig.*
Cap. LXXIX. — 1. κυρώματα *codd. mss. et ed. princ. Iam Cornarius emendavit* κυρτώματα, *vertens* elevationes.
2. ἔχειν *non comparet in ed. Petav. Colon. repetita.*
3. ἡμᾶς *cod. Rhedig.*
4. Ῥαασὶν *correxit Petavius. I cod.*

unum principium unamque divinitatem retulit. Cum enim tres perfectae sint hypostases, una tamen divinitas est, patris et filii et spiritus sancti. Hominis porro a verbo suscepta natura una cum divinitate summae dignitatis a patre filioque beneficium, nec non et potestatem perfectionemque ac spiritalem in unam divinitatem coniunctionem accepit.

Sed iam locum hunc difficillimis maris tempestatibus infestum, Cap. LXXIX.
atque omnem illam veneni vim, sive potius tumentes ac procellosos fluctus, et spumosos undarum vortices et iactationes horrendas, aegre admodum evasimus. Nam et hostium tela scutaque recta ratione ac mente freti combussimus, et illorum arcus infregimus, ac tantam divinitus vim et gratiam, licet immerentes, ad illud monstrum pluribus capitibus turpissimam ad hydrae similitudinem praeditum conficiendum hausimus, ut eodem divina ope victo ac profligato triumphale illud carmen accinere possimus, *Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem deiecit in mare.* Exod. 15, 1.
Caput igitur draconis supra aquam illam contrivimus, *quae placide labitur,* cuiusque novi illi post Iudaeos haereditatis possessores participes esse noluerunt; contra quos propheta sic invehitur: *Quoniam noluistis aquam Siloe, quae leniter currit,* Isai. 8, 6.
*sed maluistis Rase regem, et Tabeel filium Romeliae, ecce immittet dominus in vos aquam fluvii violentam, regem Assyriorum* etc. Nos autem opem a domino consecuti, hoc est *sputum illud* a vera carne Ioann. 5, 6.
in terram emissum, et *lutum ex illo sputo factum,* atque oculis nostris illitum, ut qui in summa olim ignorantia versabamur, veritatem modo percipiamus, abeuntes, *et in Siloe quod interpretatur, missus,* hoc est in humana Christi natura ac divinitate perfecta loti, recuperato visu dominum nequaquam amplius abnegamus; quamvis ab Arii factione et Iudaeorum successoribus ab omnibus synagogis exterminemur. Siquidem et isti illorum instar *decreverunt ut* Ibid. 22.
*qui dominum confiteretur ab ipsorum conventibus excluderetur;* ut ab eo cui visus restitutus fuerat nihil videntes se convinci ac redargui monstrarent. Etenim nisi totum illorum conventiculum excaecatum esset, nunquam illum cuius aperti fuerant oculi ab omni communione proscriberent. Agendae proinde domino gratiae sunt, quod et videndi sensum recuperaverimus, et hunc ipsum confitemur, atque incommodis omnibus remedium adhibuimus; si tamen praeceptis illius morem geramus, et serpentem proculcavimus, draconis caput

*Rhedig.* est ῥαασσῶν.
5. ἀσυρίων *cod. Ien.* συρίων *cod. Rhedig.*
6. τὸ τοῦ μετὰ *codd. mss. uterque. Fortasse* τοῦτο μετὰ.

ὄφιν, καὶ συνετρίψαμεν τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος ἐν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, πατρὶ ἐν υἱῷ, υἱῷ ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Καταλείψαντες δὲ τὴν νενεκρωμένην ταύτην ὕδραν, τὴν ἑπτακέφαλον καὶ πολύσχιδον, ἐπὶ τὰς ἑξῆς συνήθως προέλθωμεν, ἀγαπητοὶ, θεὸν τὸν ἀεὶ βοηθὸν ἐπικαλούμενοι τὴν [7] αὐτὴν ἡμῶν ποιήσασθαι ἐπιμέλειαν καὶ τῶν βουλομένων τούτῳ τῷ πονήματι ἐντυγχάνειν, εἰς ἴασιν [8] τῶν δεδηγμένων, καὶ εἰς διόρθωσιν τῶν μὴ ἐν κακοῖς ἤδη ἐξετασθέντων.

*ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

7. αὐτὸν *edit. Petav.*

8. τῶν δεδηγμένων *edidi ex emendat. Cornarii (qui vertit* quo commorsi iam sanentur, et qui nondum in malis examinati sunt corrigantur) *et Petavii.* τῶν δεδειγμένων *cod. Ien. et edili.* τῶνδε

dei ope ac virtute protrivimus. Cui gloria, honor, imperium, patri in filio, filio in patre, cum spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

Nunc ab hac septenum capitum ac multiplici, sed mortua iam, hydra digressi reliquas ad haereses, o carissimi, transeamus. Sed dei inprimis auxilium imploremus ut eandem nobis, iisque qui hanc nostram lucubrationem legere voluerint curam ac providentiam adhibeat, ut et qui morsibus appetiti sunt persanentur, et qui nondum in illam calamitatem inciderint ad eam cavendam instruantur.

FINIS SECUNDI LIBRI.

τῶν δηγμάτων (δειγμάτων *cod. Rhedig.*) *cod. Parisin., teste Petavio, et cod. Rhedig.*

* *Ita editi. At in codd. Ien. et Rhedig. rubro subscriptum extat* Τέλος εἴληφε (εἴληφαν *cod. Ien.*) τὰ κατὰ Ἀρείου.

Jenae, typis Friderici Frommann.